ES
3 1
Digitized by Google

Melanchthon
Camerarius

Digitized by Google

AII

Digitized by Google

Digitized by Google

IOACHIMI CAMERARII
DE VITA
PHILIPPI
MELANCHTHONIS
NARRATIO.

RECENSVIT,
NOTAS, DOCVMENTA, BIBLIOTHECAM
LIBRORVM MELANCHTHONIS
ALIAQVE
ADDIDIT

GE. THEODOR. STROBELIVS
ART. MAG. ECCLESIAEQUE WOEHRDENSIS PASTOR.

PRAEFATVS EST
IOANNES AVG. NOESSELT.

HALAE
SVMTIBVS IOANNIS IAC. GEBAVERI.
MDCCLXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBVS

S. D.

IO. AVG. NOESSELT.

Saepenumero, cum in lectionibus academicis bonorum librorum commemorandorum opportunitas incidiſſet, Auditoribus *Ioachimi Camerarii* de *Philippi Melanchthonis* vita narrationem commendaui; neque hoc mihi quod ſcio, imprudenti excidit, aut me dati huius conſilii poenitet, praeſertim cum eſſent haud pauci qui ſibi admonitis iſtius libri lectionem plurimum profuiſſe profiterentur.

Omnino vere mihi hoc videor eſſe dicturus, ex omnibus diſciplinis, quibus ad rectum prudentiae vſum conſequendum fingi et formari Theologiae ſtudioſi debent, nullam eſſe fructuoſiorem ea quae in conuerſionibus rei publicae chriſtianae enarrandis verſatur, huius autem partem nullam vel rerum varietate ampliorem vel aptiorem ad animos ſtudioſorum iucunditate quadam retinendos, vel verae ſapientiae pleniorem eſſe, quam quae complectitur res ad veterem barbariem humanaque commenta a religione depellenda patrum memoria geſtas. Quod enim poteſt iucundius ſpectaculum eſſe, quam videre, quibus e fluctibus quantaque ſiue arte ſiue felici-

tate patres emerſerint, quibus ſint conflictati periculis, laboribus ac moleſtiis, quos quaſi per flexus et anfractus attigerint portum, in quo nos ipſi ſine proprio periculo fructum ſecuritatis ac paratorum ab iis bonorum capere poſſimus? Aut quo modo non acuatur ipſe ſenſus huius felicitatis noſtrae, et vero etiam pietas in Deum inflammetur vehementius, cum cognouerimus, quot quantisque ab erroribus, fraudibus, periculis, tyrannide quoque, erepti atque eorum, ſecundum Deum quidem, virtute et conſtantia liberati ſimus; quam ii in laceſſendo acres, in defendenda cauſſa optima ſtrenui, in ferendis rerum aſperitatibus fortes exſtiterint; quam in tanta ingeniorum, morum atque conſiliorum varietate, ſummoque diſcrimine rerum, tandem aliquando obtinuerint id, quod multi iique clariſſimi viri acerrima diligentia, conſiliorum calliditate, incredibili animi robore, grauiſſimorum caſuum tolerantia, etiam fauore ac fortitudine principum adiuti, ſuperioribus temporibus non potuiſſent? Quamquam quis dubitet, illorum maiorum ſtudiis ſiue mitigatos ſiue incenſos omninoque praeparatos fuiſſe poſterorum animos, vt et doctrinae puritatem cum diſciplinae mitioris ſalubritate admitterent promtius, et intolerabile iugum facilius excuterent. Sed ea in re ſi quis animaduertat prouidentiae diuinae curſum, eius in conſiliis et factis perueſtiget ordinem, perſequatur rerum cauſſas, earumque progreſſiones cernat et quaſi anteceſſiones in vnum exitum ſpectantes, quibus effecerit Deus vt, futura praeteritis infinita ſapientia adiungendo, ſenſim, quae vellet, matureſcerent, temporumque felicitas e ſuperiorum varia multiplicique conuerſione veluti elaborata exiſteret, haec igitur ſi quis tamquam per partes contueatur, variosque hos actus quaſi in vnam fabulam compingat,

gat, quod tandem theatrum tali hiſtoria maius vel ad ſpectandum iucundius ſit?

Habet autem haec hiſtoriae religioſae pars commendationem non minimam ab eo, quod res eae, quas tradit, propius a noſtra memoria abſint, quo quidem efficitur vt non modo ad intelligendum facilior itemque ad percipiendum clarior ſit, ſed etiam domeſtica, vt ita dicam, proprietate magis nos ad cognoſcendum alliciat. Nam veteris hiſtoriae ſtudium etſi a nemine, niſi ab harum rerum ignariſſimo, contemni poſſit, habueritque quam plurimos, eosque doctos in primis viros, qui in ea et illuſtranda et popularem ad vſum traducenda praeclare ac feliciter elaborarent, impeditur tamen aut rerum obſcuritate non parua aut difficultate certitudinis quae quaeritur, vt interpretem paene infinito literarum apparatu inſtructum, eumque et cautum et in minimis rebus excutiendis curioſiſſimum requirat. Ex quo fit, vt qui vel careant hoc genere doctrinae, vel laboris impatientes ſint, vel otio minime abundent, vel ancipiti ſcriptorum veterum rerumue fide deterreantur, aut prorſus animum reuocent ab his ſtudiis aut exili et ieiuna cognitione contenti ſint, atque ita vel hiſtoriae veritatem peruertant vel praeclara iſta arte et quaſi prudentiae procreatrice quadam turpiter abutantur. Sed haec recentior hiſtoria continet res eas, quae ſunt ab intelligentia, ſenſu, conſuetudine etiam noſtra, non nimis disiuncta, quarum veſtigia adhucdum in inſtitutis moribusque noſtris reperiantur atque in ipſis publicis monumentis vigeant. Sunt etiam huius ſtudio maiora quam illius veteris expoſita praemia, non modo hactenus, quod ad noſtram memoriam ſeruata ſit prope infinita copia fontium, e quibus hauriri ac percipi poſſit adoleſcentioris Eccleſiae hiſtoria, vt, qui has res plane cognoſci ac paene ſcientia comprehendi poſſe neget,

 eum

eum rudem omnino in noſtris ſcriptoribus aut valde impudentem eſſe oporteat, ſed etiam quod ipſas noſtras res quam proxime attingere putetur. Namque noſtra religio quae initia quosque progreſſus habuerit, noſtra res publica quo modo conſtituta quasque conuerſiones experta ſit, noſtra libertas et iura quo modo vel parata vel defenſa, aut quibus viis noſtra ſint facta, quot denique per labores et caſus vsque a maioribus noſtris nos ſimus ad hunc liberalem cultum, religionem ac diſciplinam deducti, id igitur omne non modo liberam quandam oblectationem habet, cuius et ipſius magna vis eſt ad excitandos commouendosque animos, ſed et prope neceſſariam vtilitatem, vt talia contemnere turpe, curioſius perſequi et dignum hominis natura et ad communem ſalutem vberrimum videatur.

Huius autem hiſtoriae cognoſcendae haud ſcio an optima ratio ſit, animo luſtrare vitam et facta magnorum virorum, qui hoc in theatro quaſi praecipui actores h. e. quorum ingenio potiſſimum et opera maximae res, quas talis hiſtoria complectitur, geſtae fuerint. Hiſtoria quidem vniuerſa, quae gentis aut temporis cuiusdam conuerſiones generatim et quaſi infinite proponit, vt lectorum animos rerum multitudine et varietate diſtrahit, ipſamque in intelligendo curioſitatem frangit, ita admiſcet plerumque multa, quae, quanquam partes ſunt vniuerſi corporis, tamen a ſumma rei aliena continuae narrationis veluti curſum impediunt, animumque diuerſas in partes intentum a capite cauſſae et vno quaſi totius corporis adſpectu reuocant. Id quod in hac, quam commemorauimus, hiſtoriae parte maxime vſu venire ſolet, vbi, cum, quae in Germania geſta ſint, didicerimus atque cupiamus in iis haerere diutius, vt, quae rerum conſecutio et exitus fuerit, videamus, repente e Saxonia in Sueuiam, ipſaque e Ger-

Germania in Helvetiam, Galliam, Britanniam, Daniam aut alio, iubemur a ſcriptoribus concedere, qua re et rerum perceptarum memoria paene exſtinguitur et reditus ad domeſtica difficilior redditur. Sed in perſequendo vnius viri maximi curſu, ſemper animus in vnam rem intenditur, qui vir ſi princeps fuerit in iſta fabula, eius dum res geſtas ſequimur, cetera quoque mirabili rerum continuatione aperiuntur.

Porro, ſi hiſtoria ad acuendam prudentiam apta et vero etiam ſatis certa debet eſſe, atque propterea hoc conſilio diſci, vt non modo res ipſas, ſed earum quoque fontes, quaeque ex iſtis manarint, actionumque humanarum et conſiliorum exitus videamus: ingenium profecto, animum moresque eorum perſpectos habere oportet, a quibus profecta ſunt et adminiſtrata ea, quorum narrationem hiſtoria complectitur, quibus cognitis et rerum cauſſae patent et adiumenta ſapientiae vel impedimenta intelliguntur. At ea tradi in perpetuae hiſtoriae contextu non ſatis commode poſſunt, cum et rerum multitudine lectores opprimantur et crebrius reuocentur a ſumma rerum geſtarum cogitatione comprehendenda, et rerum perſonarumque veluti character infinitis iiſque minimis rebus formetur, quae quidem in vitis clarorum virorum deſcribi poſſunt, quamque vim ad eorum animos, conſilia et actiones ſiue acuendas ſiue commouendas habuerint, accurate demonſtrari, non item in hiſtoria perpetua, in qua non tam ſingulorum hominum quam rei publicae conuerſiones quaeruntur; qua re fit, vt, qui hiſtoriam aliquam vniuerſam, adſperſis latis animaduerſionibus de moribus conſiliiſque primariorum in re publica virorum, ſcripſerint, veluti BVRNETVS in commentariis de rebus ſua aetate per Britanniam geſtis, commentarios magis et materiam hiſtoriae

 elabo-

elaborandae aptam collegiſſe, quam hiſtoriam perpetuam ſcripſiſſe putentur. Sed in ſingulorum, vt diximus, virorum vitis proprius quaſi locus eſt perſequendis veſtigiis virtutum aut vitiorum, vt, a quibus initiis profecta, quibus item modis accenſa, debilitata, correcta, omninoque affecta fuerint, quos denique et quo modo rei publicae motus in vtramque partem attulerint, ſcienter accurateque cognoſci poſſit. Cui priuatae hiſtoriae corpori ſi adiungeretur narratio rerum publicarum, cuius illi auctores aut adiutores fuerint, ita harum ipſarum viciſſitudinis quaſi aliud agendo diſcendae opportunitas, aut certe ad illam rectius cognoſcendam, cognita hac priuata, aditus daretur.

Ac ſi hiſtoria vitae magiſtra recte dicitur, hactenus profecto vtilius fuerit, actiones hominum, quam fata et caſus, perſpexiſſe. Neque enim horum cognitio acuere prudentiam poteſt, niſi, quam ſint effecta aut directa humanis actionibus intelligatur, vnde, quid temere aut ſapienter, apte aut inepte, recte aut turpiter factum ſit aut debuerit fieri, liceat cognoſcere. Sed ſingulorum hominum hiſtoriam pleniorem eſſe documentorum humanae ſapientiae vel ſtultitiae, in hac certe vel tenuiſſimas actionum humanarum cauſſas diligentius explicari poſſe quam in rei publicae hiſtoria, facile intelligitur, cum hiſtoriae priuatae proprium ſit hominis ingenium moresque oſtendere ad ſpectandumque proponere, ſed in illa publica viciſſim rerum publicarum conuerſiones potiſſimum, hominum actiones et merita non niſi obiter et illarum rectius cognoſcendarum cauſſa, enarrentur. Quodſi igitur inſtructi accurata cognitione clarorum virorum, quorum moderatione et prudentia vniuerſae rei publicæ ſalus maxime contineretur, acceſſerimus ad ipſam rei publicae hiſtoriam, aut ſi hanc didicerimus quoque coniunctam et intextam narrationi de rebus a talibus viris

viris pro rei publicae ſalute geſtis, vt animus in praeclaras actiones magis fuerit quam in communes caſus intentus: quidni hoc modo hiſtoria vberior ac fructuoſior bene agendi diſciplina fuerit?

Enimuero talem eſſe *Ioachimi Camerarii* de *Philippi Melanchthonis* vita narrationem nec dubito dicere, nec vereor ne quemquam iſta in laude contra dicentem reperiam. Neque enim quisquam in iſtis initiis Eccleſiae noſtrae Melanchthone celebrior, aut in iſta re publica ſiue conſtituenda ſiue adminiſtranda vel diutius vel maiori cum dignitate verſatus fuit. Ad huius ſapientiam, tamquam ad oraculum, non modo priuati homines, ſed populi et reges confugerunt; ex huius diſciplina paene omnes exſtiterunt, qui ſcholis et conuentibus ſacris praeficerentur; huius vel opem vel conſilium adhibuerunt, cum de ſalute publica deliberandum, aut ratio doctrinae reddenda, aut cauſſa publica defendenda, aut pax inter diſſidentes de religionis ratione concilianda eſſet; et, vt breui complectar omnia, nihil fere magni tum temporis geſtum et ſuſceptum fuit in religionis negotio, in quo non aut eius vnius aut certe maxime auctoritas viguiſſet. Qua re efficitur, vt, qui eius vitam recte cognouerit, paene omnem eius temporis hiſtoriam religioſam ſimul teneat, nec cum vllius alius hiſtoria res tum in ciuitate Chriſtiana geſtae melius aut aptius coniungi poſſint.

Iſto autem artificio vtriusque in vnum corpus coniungendae praeclare vſus eſt *Camerarius;* qui, cum a prima adoleſcentia cum *Melanchthone* coniunctiſſime vixiſſet, eſſetque vnus e paucis, quocum is conſilia fere omnia communicaret, id quod nemini vel vtriusque mutuas epiſtolas legenti obſcurum eſſe poteſt, diligenter hac narratione complexus eſt non modo ipſius Philippi acta ſed vniuerſum quoque curſum religionis, qui iſta in tempora incidiſſet. Hunc

 ſi

ſi ego dicerem omnium aequalium ſcriptorum ingenio prudentiaque excellentiſſimum, oratione autem ita ceteris omnibus praeſtantem vt naturali ſermonis pulcritudine nemo a veterum eloquentia propius abeſſet, nihil dicerem niſi quod omnium, qui iudicare poſſunt, conſenſu firmatum reperiretur. Mirifice quidem me ſemper memini delectari illa librorum Camerarianorum elegantia et ſubtilitate, inprimisque huius, quem propter argumenti dignitatem, vbertatem rerum, elegantiamque et grauitatem orationis, audeo bonarum literarum ſtudioſis quam maxime commendare. Nam primum ex eo cognoſcere optime poterunt Melanchthonem, quem vno ore omnes conſentiunt primarium in Eccleſia noſtra fuiſſe virum, in quem intuentes tamquam in illuſtriſſimum doctrinae atque virtutis exemplum, et vehementer ſe ad laudem veri Theologi conſequendam incenſos ſentient, et illam ipſam, ſeſe ad eius ſimilitudinem accommodando, conſequentur. Tum breuiter quidem at ſatis plene relatum legent quidquid de religionis chriſtianae per *Lutherum* ceterosque veritatis diuinae ſtatores in integrum reſtitutae cauſſa, a principio ad conceſſam noſtris hominibus pacem et ius conſtituendae rei publicae, itemque orta ipſos inter Theologos noſtros de doctrinae forma diſſenſione, acciderit. Quae cum *Camerarius* non diſſoluta in commentarios coniecerit, ſed apto, ad earumque rerum, quae incidiſſent, conſecutionem accommodato ordine conglutinauerit, nec eas res annumerauerit lectoribus, ſed cauſſarum fontibus apertis animos ad ſapientiae et virtutis ſtudium narrando direxerit, ipſam autem orationem admirabili ſuauitate condiuerit: non oblectationem modo habebunt liberalibus ingeniis dignam, ſed etiam bene dicendi commentandique exercitationem, maximumque recte agendi incitamentum.

Neque

Neque iis, qui clarorum virorum ingeniis et rebus geſtis delectantur, deerit earum ſpectandarum opportunitas; tanta enim varietate talium locorum *Camerarius* hiſtoriam diſtinxit ſuam, vt tamquam in tabula illuſtriſſimorum iſtius temporis virorum imagines adumbrare voluiſſe videatur.

Mihi igitur valde laetanti cecidit, vt *Strobelius*, V. Reu., ſe, mihi ſignificaret, conſilium huius Camerarianae narrationis typographi formis repetendae animaduerſionibusque ſuis illuſtrandae cepiſſe. Neque enim obuia admodum erant huius libri exempla; neque in eo nihil erat, quod luminis aliquid deſideraret. Ipſum autem *Strobelium* et in hoc literarum genere excellentiſſimum cognoueram, et in *Melanchthonis* libris ita verſatum, vt hactenus eum hodie a nemine vinci putem; quod a me veriſſime dictum agnoſcent omnes, qui varia doctiſſimi viri de rebus *Melanchthonis* ſcripta contulerint. Itaque librario facile perſuaſi, vt in nouam libri Cameriani editionem ſumtus impenderet, neque ei a me aliquam libri commendationem flagitanti negare potui, non quo is eum me crederem eſſe, qui ornare librum elegantiſſimum mea laude poſſem, ſed vt oſtenderem nec ſtudium mihi defuiſſe, nec voluntatem libri commendandi auditoribus certe meis, apud quos ſperabam aliquam meam auctoritatem fore. Sed quid hac in editione factum ſit, quibusque rebus ceteris praeſtet, paucis dicendum videtur.

Primum igitur editus eſt liber, vt in calce dicitur, Lipſiae excudente *Erneſto Voegelino* Conſtantienſi anno 1566. hac inſcriptione: *De Philippi Melanchthonis ortu, totius vitae curriculo et morte, implicata rerum memorabilium temporis illius hominumque mentione atque indicio, cum expoſitionis ſerie cohaerentium: narratio diligens et accurata Ioachimi Camerarii Pabeperg.* octonis; paullo poſt, eodem ipſo anno,

no, eademque forma, iterum exſcriptus *Voegelini* ſumtibus Vtrumque exſtare exemplum ac differre quodam modo, primus, quod ſciam, docuit *Schelhornius ὁ μακαρίτης* *), recteque dixit ouum oui ſimilius non eſſe poſſe quam vtramque inter ſe editionem, egoque ipſe, qui vtramque in libris meis habeo, confirmare poſſum, eandem vtriusque ſimilitudinem in paginis, quae ſunt, praeter appendicem, 423, lineis ac formis omnibus eſſe, vt vel acerrimi cuiusque oculi nihil diſcriminis videre poſſint, niſi in epilogo p. 425. typographus pro verbis iis, quae iam deſcripſit *Schelhornius*, alia ſubſtituiſſet, quibus ſignificaſſet *tantum ſtudii in hac* ALTERA *libelli iſtius editione nauatum eſſe, vt le, entes*, ſic inquit, *attentionem reſpectus noſtri non ſint deſideraturi*; *itaque non eſſe opus adiecta aliqua expreſſorum emendatione, excepto vno aut altero in* PRIORE *etiam* EDITIONE *non animaduerſo errato.* Cui epilogo ſubiecit indicem eorum quae *Camerarius* adſcripſiſſet archetypo, praetermiſſa tamen notatione vitiorum, quae in priorem editionem irrepſiſſent atque in hac poſteriori fuiſſent emendata, et notatis duobus aliis, quae ne in hac quidem eſſent deleta. Eam ſecuta eſt tertia, octonis etiam, at forma minori, plagg. 30. quae in libri fronte dicitur parata A. 1591. *Lipſiae impenſis Valentini Voegelini*, in calce, impreſſa per *Michaelem Lantzenberger*, et ſecundam quam diximus, etiam vitiis ſeruatis, exhibere videtur, quamquam charactere literarum longe deterior eſt. Hanc plane expreſſit ea, quae in titulo annum 1592 prae ſe fert ac potius mentitur; nam in extrema parte libri habet ſignificationem A. 1591. et illius, quam modo commemoraui, etiam in paginis et verſibus ſimillima eſt, vt, praeter titulum, nulla re differat. Fecit

*) in den *Ergoetzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie und Literatur* Vol. III. p. 865. ſeqq.

cit etiam *Iac. Frid. Reimmannus* *) mentionem alius, quae prodierit Lipſiae 1596; ſed, cum is vnus ſit qui eam exſtare profiteatur, licebit dubitare cum *Clemente* **), et ſuſpicari vel vitium eſſe in anno poſito illo pro 1696. quo eſt Carpzouiana excuſa, vel illam anni 1591. nouo titulo fraude aliqua librarii ornatam. Succeſſit alia Hagae Comitum ex typographia *Adriani Vlacq* MDCLV. duodenis h. t. *Vita Ph. Mel authore Ioach. Cam. Papebergenſi, in qua conſpicere licet hiſtoriam primae Reformationis Eccleſiae multasque alias res memorabiles ſcituque digniſſimas*, pagg. 428, non admodum elegans, ſed aucta indice rerum memorabilium, quo ceteris praeſtat. Poſtrema eſt Lipſienſis apud *Theod. Martinum Heybeg* A. MDCXCVI. octonis, pagg. 432., eadem vt in vetuſtioribus editionibus inſcriptione, cura, vt perhibetur, *Frid. Benedicti Carpzouii*, ICti et Senatoris Lipſienſis, qui *Camerarii* narrationem de *Georgio* Principe Anhaltino, deque *Helio Eobano Heſſo* eodem tempore ediderat: quamquam repetita dicitur Lipſiae 1723. 8. Is abiecit Melanchthonis aliquot epiſtolas ſuperioribus editionibus ſubiunctas, ſed addidit narrationem de *Melanchthone*, ſarcophago, in quo eius exuuiae conditae eſſent, impoſitam, librique lectionem adiuuit narrationis in ſectiones partitione, atque elenchum praecipuorum argumentorum illi accommodatum in libri principio collocauit.

Quidquid ornamenti hae ſuperiores habeant, iſtud omne non ſolum complectitur haec, quam videtis *Lectores*, editio, ſed eſt etiam multis modis locupletata. Nam primum ſeruata ſunt e ſuperioribus omnia, vt ipſae Melanchthonis epiſtolae quaedam, etſi rectius in documentorum appendicem coniectae,

*) in *Catalogo biblioth. theol. ſyſtemat. critico* p. 167.
**) *biblioth. curieuſe etc.* Tom. VI. p. 133.

ieĉtae, partitio quoque libri Carpzouiana, argumenta ſeĉtionum cuilibet capiti adſcripta, itemque in margine notati anni, quibus quaeque res geſta fuerit. Porro ſubieĉtae ſunt textui notae, quae res a *Camerario* traditas vel illuſtrent vel confirment, vel libros, in quibus copioſius traĉtatae reperiantur, indicent. Harum aliquot, eaeque vncis incluſae, duĉtae ſunt e parte priori Catalogi Bibliothecae Schraderianae editi Dresdae A. MDCCX. 8., ſed pleraeque a *Strobelio* V. Cl. magno ſtudio colleĉtae. Cui et ipſi viſum eſt, praeter nouum indicem rerum praecipuarum, librum ornare inſigni documentorum, etiam antea nondum editorum, apteque poſitorum, copia, teſtimoniorum de libris *Melanchthonis* auĉtoritate, narratione de ſcriptis eius quae coniunĉtim varie prodierint, denique locupletiſſima bibliotheca omnium librorum qui vel a *Melanchthone* editi vel de rebus ad eum pertinentibus ab aliis conſcripti fuere. Gratias igitur, ſpero, habebunt Leĉtores doĉtiſſimo viro, quod ſuis de religionis inprimisque Melanchthonis hiſtoria meritis hunc cumulum addiderit, meque ipſum, ſi quid meo quoque nomine eos rogare licet, beniuolentia, qua egregium hunc Camerarii librum *Strobelii* diligentia illuſtratum exceperint, vehementer incitabunt, vt, quod iam aliquot abhinc annis inſtitui, ſtudium meum ad magni *Melanchthonis* epiſtolas ſiue editas ſiue ineditas vniuerſas vno corpore compleĉtendas, DEO fortunante, referam. Scripſi in academia Halenſi die III. Oĉtobris A. C. MDCCLXXVII.

IOA-

IOACHIMI CAMERARII
PROOEMIVM AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM AC DOM. PHILIPPVM, LANDGRAFIVM HASSIAE, PRINCIPEM CATTORVM, etc.

Saepe et multum egerunt mecum amici viuente adhuc et bene valente *Philippo Melanchthone*, vt, quae de illius genere, vita, ſtudiis, actionibus comperta haberem, literis mandare inciperem. Multa autem mihi nota eſſe arbitrabantur, quem et celeriter in eius familiaritatem perueniſſe, cum ille primum ſeſe in has regiones contuliſſet, et coniunctiſſime cum ipſo vixiſſe ſcirent. Diſputabant pertinere, me narrante potiſſimum cognoſci illa, ad celebritatem neceſſitudinis noſtrae, et hunc fructum capere vtrumque conſtantiſſimi in vera amicitia vſus, honeſtiſſimum ſimul atque iucundiſſimum videri. Saepe literas mihi ab eo non aliter quam fratris nomine inſcriptas legerant. Saepe viderant, quam amanter ipſe me coram complecteretur, et de me abſente ſermones honorificae inprimis mentionis audiuerant. Quibus omnibus moti, et me noſtrae amicitiae hanc operam dare, et aliorum cupiditati conciliare iſtam noticiam aequum eſſe exiſtimabant. Ego vero, qui et gauderem opinione de noſtra coniunctione aliorum ſingulari, et mihi huius copiam gra-

gratularer, non nolui quidem hanc deſcriptionem aggredi et iſtud opuſculum abſoluere. Sed neſcio, quo pacto ſemper interuenit aliquid, quo hic conatus impediretur, donec aeterni Dei voluntate e medio ſublatus eſt, et migrauit ex hac vita *Philippus Melanchthon* cum ingente luctu et maximo dolore bonorum omnium, et occaſionem mihi eripuit non modo gratificandi amicis, ſed eiusmodi etiam expoſitionis edendae, quae ab ipſo lecta et plenior et emendatior de eius admonitionibus diuulgari poſſet. Cum vero poſt caſum mortis illius vehementer vrgeremur, vt tandem huius ſcriptionis laborem ſuſciperemus, iniecit moram partim animi in recente moerore perturbatio, partim, vt verum fatear, aliae complures opt. et doctiſſ. virorum hoc argumento prolatae lucubrationes, inter quas, cum neque opus eſſe iam putarem ſtudio in hac parte noſtro, et illis legendis ſaepe acquieſcerem, hebetiores redditae fuerunt cogitationes animi mei, incitatioque priſtina reſedit. Itaque anno toto vertente res ea fuit dilata. Sed cum et amici ſubiicerent officii conſiderationem, et me recordatio conſuetudinis ſuauiſſimae noſtrae indies quaſi interpellaret, ſenſi rurſum paulatim inſtigari me et impelli ad hanc operam, ſi poſſem, nauandam, et tempore neglecto, quo ad fruendum nobis communiter iſta elaborarentur, nunc quaſi exequiarum haec et funeris iuſta non perſoluere amico, ne impietatis crimen ſubiret, veritus ſum Itaque et officio meo et amicorum voluntati ſtudui tandem ſatisfieri, vt expungatur nomen, ne quid debeam,

am, ſecundum Plautum. Neque aliorum iam edita praeclara ſcripta me a propoſito deterrere par eſſe duxi, ac potius veluti calcar hoc adhibitum mihi fuit. Quod enim illi feciſſent, vt teſtarentur affectionem erga mortuum ſuam, id me non facere indignum iudicabam. Quamuis autem eadem a me referrentur, quae illi commemorauiſſent, non tamen metui, ne quis hoc reprehenderet, ac potius cum aliud quaſi filum animaduerteretur, diuerſae orationis varietatem delectatione non carituram eſſe ſperaui. Denique quae alii tradidiſſent, ea meo quaſi teſtimonio confirmari, et quae reticuiſſent, diligentia noſtra explicari neutiquam alienum viſum eſt. Venit autem mihi in mentem, hoc prooemio tuam, *illuſtriſſime Princeps Philippe*, clementiam compellare, et tuae pietati, virtutique et in rerum grauiſſimarum atque difficillimarum tractatione, forti, excelſo, magno animo veluti dedicare haec compoſita a me de *Phil. Melan.* Qui et nomen haberes cum illo commune, et viuum clementiſſimo fauore eſſes complexus, et multorum, quae in iſto ſcripto vel enarrantur vel indicantur, teſtis et explicator eſſe poſſes. Scio etiam illuſtriſſimae clementiae tuae iudicio atque ſententia ſaepe commendatum celebratumque ſingularem in modum *Philippi* ſtudium in cognoſcenda et aſſerenda fortitudinem, et labores propaganda coeleſtis veritatis et opt. diſciplinarum doctrina, et tuenda vtraque ſolicitae probitatis integritatem, diligentiam, aſſiduitatem, fidem, et

mortuo ſamiliaris deſiderii doloriſque acerbi tributum eſſe honorem. Statuente illuſtriſſima conſideratione tua, non ad ſuae tantum patriae vtilitatem et decus fuiſſe natum *Philippum Melanchthonem*, ſed ad Germaniae eximium ornamentum productum vniuerſae. Memoratur aliorum aliis locis glorioſa procreatio, Germania autem noſtra, inque ea illuſtriſſimae domus Palatinae vicinae terris tuis et coniunctae etiam affinitatis vinculo, *Bretta* vrbs alumno *Philippo Melanchthone* ad omnium hominum memoriam commendata celebrabitur, et quaſi in nitidiſſimo auro maximarum laudum aliarum, huius veluti gemmae pulcerrima ſpecies enitebit: fama ortus et incunabulorum ipſius. Sane in hoc etiam genere et iſto loco, quo *Philippus Melanchthon* fuit, illa, quemadmodum Poëta fecit de Empedocle et Sicilia:

Etſi magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, viſendaque fertur
Rebus opima bonis multa munita virum vi:
Nil tamen hoc habuiſſe viro praeclarius in ſe
Nec ſanctum magis et mirum carumque videtur.

Atque mihi eſt perſuaſum, illuſtriſſimam clementiam tuam iudicii ſinceri et ſententiae incorruptae grauitate, conſeruare benignitatis conſtantiſſ. fauorem erga communem ciuem, neque pati, vt bona de eo exiſtimatio labefactetur, et tueri famam abſentis huius, quem praeſentem abs tua illuſtriſſima manſuetudine et maximi fieri, et clementiſſ. affectione diligi, eſt multis atque clariſſ. ſignis declaratum. Accidit autem huic id, quod

quod perpaucis, vt non quieſceret inuidia, et odium poſt mortem ipſius, ac potius, vt magis tum, quam prius illo viuente paſceretur, carpens atque arrodens optimi et innocentiſſ. deque omnibus publice priuatimque bene meriti ſanctiſſimum nomen, et in hoc lacerando auram popularem colligens et applauſum vulgi quaerens, nimirum qui tantum et talem virum inſectari non dubitaſſent, vt ipſi aliquid fuiſſe perhibeantur. In medio autem eſt huius ſeculi mirifica vanitas in affectando ſcientiae propriam quandam et peculiarem famam, quam ita demum quidam conſecuturos ſe ſperant, ſi aliorum ſimplicem et planam doctrinam detorquendo et inuoluendo peruerterint. Deprehenditur hoc fieri in omnibus iis, quae ingenii facultate et ſtudii induſtria exponi ſolent, vſque adeo vt nihil iam fere ſine contentione et iurgiis atque certaminibus diſputetur aut enarretur. Accedit ſumma inhumanitas, vel vt verius dicam, immanitas, conuiciorum et maledictorum, et pertinacium in altercando rixarum, quae niſi vſurpentur, neque autoritatem habere quicquam, neque conſeruari libertatem plerique exiſtimant. Quid dicam de impudentia ac ſaeuitia inſolentiae? Quae laeuiſſ. ſaepe de rebus capitales inimicitias exercet et praelia ciet cruenta, cum pietatis et humanitatis lenitas atque verecundia de veritate quoque et in cauſſis grauiſſimis ſeueritatem illa quidem, vt decet, adhibeat, ſed remoueat iracundiae atque odii importunitatem. Quae intuens non poſſum non admodum timere,

 ne

ne magna calamitas honeſtis et liberalibus ſtudiis impendeat, euaſura ad religioſae etiam pietatis detrimenta. Niſi fortaſſe, id quod multo triſtius eſt, iſta quaſi murmura antecedunt tempeſtatem extremae barbariae, qua inter verborum ſententiarumque diſſidia, excitatis etiam bellorum praeliis, vna cum rebus ſpes quoque bona penitus extinguatur atque intereat. Sed de hoc fiat, quod aeterno Deo viſum fuerit, cuius miſericordiam imploremus, vt propitius nobis reprimat irae iuſtiſſimae impetum, et clementer parcat veniamque det tam ſtulticiae peccatis quam improbitatis delictis. Ad *Philippum* autem *Melanchthonem* quod attinet, haud ſcio an vel inprimis glorioſa ſit huic maleuolorum contumelioſa obtrectatio, quae hoc profecto efficit, vt et perſonae *Phil. Melan.* reprehendentium, et res, quae notantur, et tractationis futilitas atque peruerſitas ſcurrilisque audacia atque impudentia, eum, quem oppreſſum cupiunt, altius extollant, et cuius nomen infamare conantur, illius hoc reddant admirabilius atque illuſtrius. Non aliter quam de noctis tenebris et caligine, diei lucem atque ſplendorem eminere et magis conſpici cernimus. Potuerunt Socratem calumnia accuſationis laedere et popularis leuitatis iudicio condemnare, Anytus, Melitus et Lycon, ſed ſapientiae virtutisque exiſtimationem tantum abeſt vt diminuerint, vt aucta haec ad accuſatorum dedecus et ignominiam redundarit ſempiternam. Nihil tale aggreſſum eſt ignauum odium et cum formidine coniuncta inuidia, neque omni-

omnino ſtruere machinarique valuit in *Philip. Melancb.* viuentem. Nunc exultat importuna temeritas et excurrit vaniſſima iactatio huius et illius, qui, vt Graecorum vulgus Hectoris interfecti corpus fortiter confixerunt, quemadmodum cecinit Homerus, telis ſuis, ſic mortui *Philip. Melancb.* nomen ignominiis et probris appetunt. E quibus *vnus* *) caeteris ferocior glorioſo voto optat adhuc ſuperſtitem eſſe *Phil. Melan.* vt in eo ſcilicet vim ingenii et doctrinae copiam experiri liceat. At hic ſi vultum iſti nugatori ſuum oſtendat reuerſus, profecto ipſi et gregalibus atque ſociis ad pedes ſtatim animus delabatur, et in fuga per aperta citatis

Atria, quamuis lata domus, arcta oſtia fiant,

quemadmodum ait apud eundem Poëtam adhuc ignotus procis Vlyſſes. *Alter* **) turbulentae iſtius et ſeditioſae cateruae et ipſe ſignifer delicatus ſcurra, tanquam Therſites ſtudio ſibi habet laceſſere maledictis ſummos et maximos viros. Qui neſcio quos funeſtos capiti quidem ille ſuo cantus effutire fertur, ſic effundens furioſas verborum ſpurcorum nugas, vt aliquos dicatur reperire, qui ipſum audiant, et voce eius etiam permulceantur, quamuis hoc deterius non

Ille ſonet, quo mordetur gallina marito,

Tum quidem cum immaturi et abſoni modi ab intorto

*) Tileman. Heshuſius in ſcripto quodam cenſorio, ſeu ſatyrico potius, quo rabioſiſſime exagitauit Iudicium Philippi Heidelbergae editum etc. A. 60.]

**) Nic. Gallus.]

torto gutture eliduntur. Adiunxit ſe his pietatis et humanitatis omnis manifeſtus hoſtis *transfuga**) *quidam*, qui talia iam ſcripta edidit, qualia ſi non dico probare ſed omnino ferre poſſunt promulgari, illi ipſi, quibus impudens os iſtud turpiſſime aſſentatur, ſane miror. Hi inter ſe diſcordantes, in oppugnando tamen nomine et conuellenda opinione doctrinae *Phil. Melan.* iam conſpirant, et hanc quaſi in medio poſitam palmam habent, vt confidentiſſime et inſolentiſſime inuehantur in viri, pietate, virtute, ſapientia, humanitate, integritate, fide praeſtantiſſimi famam, et eius, qui de ipſis non modo optime eſt meritus, ſed ſine cuius benignitate atque beneficentia ipſis obſcuris et ignotis deliteſcendum, et famelicis atque nudis eſuriendum et algendum fuiſſet. Verum etſi indignitas facinorum iſtorum tanta eſt, vt a potentia quoque pia atque religioſa et de ſalute patriae ſolicita, animaduertenda ſit, futilitas tamen ineptiarum tam friuola eſt, vt, quod quidem ad *Philip. Melan.* attinet, iſtiuſmodi βωμολοχίαι contemnendae ſimpliciter, neque omnino curandae eſſe videantur. Niſi putamus eruditiſſimi viri Theophraſti cauſa moueri aliquem debuiſſe, quod contra illum meretricula quaedam Leontium, vt accepimus, neſcio quid libri ſcripſiſſet et emiſiſſet. Nam virus iſtud maledicentiae nefariae non nocet profecto *Philip. Melan.* cum ſibi autores huius ipſis, non illi, foediſſimas notas inurant ignominiae et infamiae, quas nulla vnquam dies elue-

*) Frid. Staphylus.]

eluere poterit, quaeque haerebunt in ipſorum memoria, ſi qua forte ad poſteritatem propagabitur, perpetuo. Quos vel debitae et ſalutari in poenitendo perturbationi, vel vltricibus ſcelerum poenis relinquentes, ita pergamus et id agamus quod inſtituimus, Et tuae quidem *Illuſtriſſime Princeps* clementiſſimae pietati et ſapientiae, vt ſpero inprimis, ſed et aliis compluribus gratam acceptamque futuram narrationem et quaſi hiſtoriam exponamus, commemorantes ea, quae de *Philippi Melanchthonis* patria, parentibus, genere, educatione, vita, moribus, morte, partim ipſi nos praeſentes cognouimus, partim explorauimus, et certo veroque indicio comperimus. Quibus ſi quaedam aſpergerentur cum negotiorum tum perſonarum mentiones huc pertinentes, vel non abhorrentes certe ab inſtituto opuſculo, neque hoc reprehenſum, ac potius ſententia bonorum et non inhumanorum omnium probatum iri, ſumus arbitrati.

Quae

Quae fuerit vitae integritas tibi, Magne Philippe,
Quae doctrina, fides, relligionis amor,
Falſorum inſidiae fratrum, diſcrimina aperta
Hoſtium, et infauſtae fucus amicitiae,
Fidae operae, inſumti noctuque dieque labores
Sudoriſque adeo praemia rara tui:
Omnia diſſeruit libro Camerarius iſto,
Qui tibi, dum vixit, inſtar Achatis erat.
Hic ſcripta et famam egregiam defendit amici,
Dum furit in cineres fex Flaciana tuos.
Iamque o ſi ſuperet? Sed ne quid tale videret,
Deceſſit, ſupera iunctus in arce tibi.
Hinc lacrimae et luctus veniunt templiſque ſcholiſque,
Vox tua dum doctis excutitur cathedris.
Coccyſmum et Cuculi Philomelae auritus Aſellus
Tam temere praefert, nec ſibi turpe putat.
Picaque Luſciniam et Graculus iam vincit Alaudam,
Docta fereque Aſinis cedit vbique cohors.
Magnanimi exuuias induti quippe Leonis
Inceſſu terrent templa Deûm atque Scholas.
Sed veniet tempus, tua quo digniſſima cedro
Scripta reuiuiſcent, plena et honoris erunt.
Tunc Aſini, Graculi, Cuculi, Sturnique loquaces
Vertere cogentur terga, volente Deo.
Interea te quisquis amat, Vir magne, tuorum
Scriptorum aſſiduo fidus amator erit.

Summo et incomparabili Viro D. Philippo Melanthoni, de Scholis et Eccleſiis Germaniae Praeceptori optime merito, Patri obſeruandiſſimo, Patronoque et affini aeternum colendo Gratitudinis ergo *F. Georgius Mauricius* Noribergenſis *).

*) Scholae Norimberg. ad Spirit. S. Rector, mortuus A. MDCX.

§. I.

§. I.

Melanchthonis patria et parentes.

P*hilippus Melanchthon* natus eſt [a]) in oppido nomine *Bretta* [b]), qua parte territorium Palatinatus Rheni attingit fines agri Wirtenbergenſis, ſolem orientem verſus, ſitque illac iter a proficiſcentibus ex Italia Galliaque in loca Germaniae, quae, quoniam ad oceanum ſita ſunt quaſi decliuia, appellari ſolent inferiora. Non eſt oppidum illud vel ambitu amplum vel exſtructionibus magnificum, vel exquiſitis operibus munitum, ſed ſitu peramoenum, et pro captu Germanorum ſatis bene atque ſplendide aedificatum, et tam firmum, ut bello Baua-

a) Mirum omnino eſt, quod Camerarius, qui in aliis maximis minimis adeo diligentem ſe praeſtitit, neglexerit annotare annum Philippi natalem. Communi bono autem natus eſt Melanchthon iuxta Eberi Calendarium d. 16. Febr. anno 1497. minu. 6. poſt horam ſeptimam pomeridianam.

b) Vlricus de Hutten hoc in patriam Philippi compoſuit Epigramma:

Fortibus ampla Viris, ſpecioſoque aucta triumpho,
  Salue Bretta, tuo fida reperta Duci.
In te nil timidi potuerunt cornua cerui,
  Sueua Palatinus contudit arma Leo.
His noua doctiloqui iungit ſe fama Philippi,
  Primus erit vates moenibus ille tuis.

Bauarico grauem Ducis Wirtenbergenſis oppugnationem ſuſtinuerit, et virtute praeſidii defenſum ſit, neque in poteſtatem hoſtium venerit. Quin etiam eo tumultu, quo plebs ruſtica atque urbana aduerſus dominos ſuos arma cepit, cum ſeditioſi ſcirent, undique multa in oppidum illud deportata conuectaque eſſe, potiendi ipſo cupiditate nihil non conati aggreſſique ſunt. Sed etiam tunc, tametſi ingens multitudo oppugnantium, neque propinqua auxilii ſpes ulla eſſet, cum ſumma incolarum laude et oppidum Principi et bona dominis fuere conſeruata [c]). Ciuium opes ſunt mediocres, et quae parantur cum agricultura tum rebus negociisque inter ſe aut cum uicinis contrahendis, non commerciis externis et ingentibus lucris quaeſtibusque ſingularibus faciendis. Incolae incredibili humanitate praediti, et moribus ingeniisque ſunt politis ac bonis. Migrauerat eo pater Philippi *Georgius* [d]) ducta uxore, laudati et honorati illic uiri *Iohannis Reuteri*, qui et praefecturae oppidi munere aliquot annis functus eſt, filia *Barbara*. Fuit autem Georgii pater *Nicolaus*, qui Eytelbergae *) ſub arce domicilium habuit, et cuius ad vicinum ſacellum ibidem monumentum ſepulcri nunc etiam viſitur. Ipſe *Georgius* et probitate, integritate, taciturnitateque et fide, etiam prudentia atque ſolertia,

c) Ipſe Melanchthon in epiſtola ad Camer. p. 28. hoc refert, ſcribens: Circum urbem meam Brettam arſit tota uicinia hoc ciuili incendio. Et cupiebat in oppidum irrumpere propter praedam. Nam ex Francofordia quae in Sueuiam inuehuntur, ea propter motum Sueuicum relicta ſunt omnia in noſtro oppido. Sed manſerunt in fide ciues mei.

d) De patre Philippi quaedam commentatus ſum in Melanchthonianis p. 3. ſqq.

*) Edelbergam malebat Philippus ſcribere.

lertia, et quod admirabili artificio opera armorum elaborare ſciret *e*), quibus et defenderentur contra vim aduerſariorum in conflictu, et inſtruerentur ad hos percellendum ſternendumque, qui manum ſiue in acie cum hoſtibus, ſeu in ludis equeſtribus, cum ſuis (quae exercitationes tum in aulis Principum ſtudioſiſſime frequentabantur) conſerere uellent. Harum igitur artium ille peritus, et iis uirtutibus, quas commemorauimus, ornatus, in noticiam peruenit maximorum et potentiſſimorum Principum *), iisque carus fuit, in quibus nominaſſe ſatis ſit et Regem optimum et bellatorem inuictiſſimum Diuum *Maximilianum* *f*) Imperatoris Friderichi filium. Quem *Georgius* aliquando cum glorioſo prouocatore Italo, cui nomen *Claudio Bataro*, certamine ſingulari congreſſurum ita inſtruxit, et ſic arma ipſius machinando parauit, ut fortiſſimo Viro *Maximiliano* uictoria certa facile

e) In dem Bericht, wie Melanchthon ſein Leben geendet, vocatur Rüſtmeiſter oder Waffenträger. Magiſter armorum.

*) Palatinorum et Bauaricorum omnium. Item Friderici Elect. et Georgii Ducum Saxoniae.

f) Teſtantur de gratia ſingulari arma Melanchthonis gentilitia, patri ſuo a Maximiliano I. Imp. data, Leo ſcilicet, qui in clypeo atri coloris et galea coronae aureae ſedens, capite diadema, dextro vero pede malleum, ſiniſtro forcipem tenet. Alias Philippus ſerpente in cruce pendente pro inſigni utebatur. conf. Mentzii Syntagm. Epitaph. Witt. Libr. I. p. 95. Male de hoc ſigno Philippi Gretſerus in praefatione Operis ſui rariſſimi de Cruce, ſequenti epigrammate ſic ludit:

Iure, Philippe, tibi ſerpens pro ſtemmate fertur:
  Aſpis eras viuus, mortuus aſpis eras.
Aſpis es in libris, cruce dignus es inſuper alta:
  Crux ergo et ſerpens ſymbola iure tibi.

etiam et celeriter contingeret. *Claudius* enim non diu repugnans, cum, quanto omnibus rebus eſſet inferior ſentiens, ad pedes *Maximiliani* ſe abieciſſet, ita in poteſtatem eius ſe tradidit. Sed paulo poſt orto pernicioſo bello inter Palatinos et Bauaros cognatos Principes, cum *Georgius* patriae ſuae Principi *Philippo* operam officiumque quod debebat, fideliter praeſtaret, inprimis machinarum tormentorumque ratione adminiſtranda, miſſus cum quibusdam *Monhemium*, in morbum incidit inſanabilem. Etſi Princeps in curando eo ſummum ſtudium diligentiamque adhibuit, credebaturque puteo, unde aqua ad cotidianos uſus haurienda fuerat, veneno g) infecto, malum hoc illis accidiſſe. Sane qui cum eo aduenerant, intra vertentem annum omnes mortui fuere, *Georgii* vita remediis et exquiſita curatione ad annum quartum producta. Deceſſitque h) tandem et ille, cum ante dies XI. ſocerum

g) Melanchth. Tomo Lugd. Epp. p. 463. Meus pater veneno periit, quod datum putabatur per Paridis (Landgrauii Philippi) patrem.

h) Melanchthon L. V. Epp. p. 417. Hoc die, videlicet die 27. Octobris, meus Pater Georgius ante annos 47. mortuus eſt, cum quidem vixiſſet tantum annos 49. Multa igitur hodie et de ipſius placidiſſima morte et de horribilibus motibus cogitabam, qui poſtea ſecuti ſunt, de quibus memini eum vaticinari, cum biduo ante mortem me natum annos decem alloqueretur, et me Deo commendaret, ac ad timorem Dei adhortaretur. Vidi, inquiens, multas reip. mutationes, ſed impendent maiores, in quibus ut te Deus regat, precor. Et tibi, fili, praecipio, ut Deum timeas et mores honeſte regas Poſtea, ne mortis ſpectator eſſem, ſtatim Spiram miſſus ſum. Ita Patre moriente primum ex patria lacrymans diſceſſi.

cerum amiſiſſet, et ipſe totum quadriennium vixiſſet perimbecillis. Caeteram autem vitam ſine querela omnium [i]), et cum laude plurimorum, inprimis religionis amans, et profana omnia dicta ac facta fugiens, et neque ſerio neque ioco uerbis rebusque deſignans quicquam, quod uel minimam impietatis ſpeciem haberet, aut propter leuitatem eſſet vituperandum, vel etiam a grauitate veritateque recederet. Ante omnia falſitatem mendaciaque et fraudes auerſatus fuit, multa etiam pietatis ſtudio et amore obſeruans *), quae indicanda non putauimus, quod aliquorum opinione ſuperſtitioſa videri poſſent. Tunc *Philippus* habuit annos XI. quem ſuſceptum ex filia cum fratre uno *Georgio*, minore annis non prorſus quatuor, et ſororibus tribus, auus uoluerat tam ipſum quam fratrem apud ſe educari. Mater vidua manſit annis totis XII. Poſtea cum *Philippum* duxiſſe uxorem audiiſſet, non ſine quadam offenſiuncula nupſit iterum, viro honeſtiſſimo ciui Brettano [k]). Foemina fuit illa valde prudens atque pia **), quam et nos vidimus in patriam proficiſcentis *Philippi* comites anno Chriſti M. D. XXIIII. et eam, quam diximus, eſſe perſpeximus.

i) L. V. Epp. Mel. p. 211. Poſſum de meo patre, et de meo fratre, et me praedicare, quod nunquam in foro litigauerimus.

*) Vt, quod ſolitus eſt, quotidie et ſingulis noctibus circa 12, ubicunque gentium et locorum eſſet, ſecedere ad recitandas piarum precum formulas.

k) Iohanni Hoechelio, quod patet ex Libro V. *Epp. Mel.* p. 178.

**) Cuius haec ſunt apopthegmata: Iung, ſchon gnung. Item: Wer mehr will verzehren etc. Item: Almoſen geben armet nicht etc.

§. II.

Magiſtri eius pueritiae in ſchola Brettana et Phorcenſi, ingenii eiusdem praeſtantia, indoles, litterarum cupido, morum ſuauitas, docilitas, moderata iracundia, pronunciatio grata. Reuchlinus ſtudia eius moderatur, nomenque Schwarzerd in Melanchthonis mutat appellationem.

Cum in ludum publicum mitterentur pueri illi fratres, una cum auunculo et ipſo puero, coepit tum lues foeda paſſim homines in Germania primum inuadere, et miſerum in modum non ſolum excruciando, ſed mutilando et membra depaſcendo affligere, quam *Hiſpanicam* nonnulli, plerique *Gallicam* nominabant. Quo malo cum Magiſtrum ludi auus puerorum laborare reſciuiſſet, contagionem metuens, nepotes cum filio domi apud ſe retinendos duxit, ubi matura aetate iuuenis opera primis literarum elementis curauit erudiendos. Nomen illius fuit *Iohannes Hungarus* *l*), quem grauem annis vidimus Phorcae, et audiuimus praeclare concionantem de filio Dei Domino noſtro Ieſu

l) Conf. Iac. Burcardi fata linguae lat. P. I. p. 299. P. II. p. 415. De hoc Hungaro, ut puto, accipienda ſunt, quae P. III. Explicatt. Euangel. Dom. p. 804. ipſe Melanchthon refert his uerbis: Ego habui praeceptorem, qui fuit excellens Grammaticus, adhuc vixit ante biennium: (mortuus autem eſt 1553.) fuit honeſtus ſenex, docuit Euangelium, et multa paſſus eſt propter Euangelium, erat concionator zu Forchheim (legendum Pforzheim). Ille adegit me ad Grammaticam, et ita adegit, ut conſtructiones facerem: cogebar reddere regulas conſtructionis per verſus Mantuani 20 aut 30. Nihil patiebatur me omittere; quoties errabam, dabat plagas mihi, et tamen ea moderatione, quae erat conueniens. Ita me fecit Grammaticum. Erat uir optimus, dilexit me ut filium, et ego eum ut patrem, et breui conueniemus ſpero in vita aeterna.

ſu Chriſto, et puram Euangelii doctrinam explicantem Principibus et populo frequenti, virum optimum atque integerrimum. Eminuit autem ſtatim in *Philippo* praeſtantia ingenii, quod et celeriter perciperet atque comprehenderet, quae tradebantur, et fideliter meminiſſet, et liquido exponere illa ſciret. Vtque fit in generoſis animis, in puerili tum etiam aetate admodum quieſcere non poterat, ſed quaerebat ubique aliquem, cum quo de auditis diſputaret. Ea erant nimirum praecepta artis grammaticae m) et initia ſermonis latini. Itaque et circuire et veſtigare aduenas ſcholaſticos, qui tum peregrinari conſueuerant, et maxime gaudere, ſi qui adultiores offerrentur, quos ſaepe animaduerſum fuit cum multorum admiratione et pudore eorum a puero *Philippo* mirifice exagitari. Itaque omnes de indole tali bonam ſpem conceperunt, et paulo poſt mortuo tam auo quam patre, paucorum, ut diximus, dierum interuallo, matris propinquorumque conſilium ac voluntas in ſtudiis piis et honeſtis educandi filium inſtitutum aui perſecuta eſt. Quanquam autem docilitas in *Philippo* tanta, quanta in nullo altero oſtenderetur, et ſimul acris animi et mentis ſagacis praeclariſſima ſigna perſpicue cernerentur, et vis ingenii ingens tunc adeo appareret, nihilo tamen minus ſumma elucere ſuauitas, qua omnium facile fauorem ſibi ille conciliabat, et declarabatur futurum, ut uehementior natura ipſius non ad auſteram neque triſtem ſeueritatem deferretur, ſed ad grauitatem lenitate comitateque conditam euaderet: id quod euentus comprobauit. Nam feruentior incitatiorque in eo animus immitis aut ſaeuus non fuit, cumque eſſet ad iracundiam pronior, nihil tamen fecit

m) Iacobi Henrichmanni Grammatica tunc temporis omnium in manibus erat.

fecit unquam commotus, quod inſignem haberet deformitatem, aut omnino magnopere culpandum eſſet. Pronunciatio nonnihil balbutiens n) non modo tanquam praua colloquentibus moleſta et iniucunda non fuit, ſed puerilem loquacitatem viſa etiam eſt decere. Quod vitium tamen procedente aetate attentione et cura ſic emendauit, ut uix tenuiſſima illius veſtigia, verba praeſertim eo accurate faciente, apparerent atque deprehenderentur. Illis temporibus literarum ludus *Phorcenſis* celebrari prae caeteris, cuius Magiſter eſſet *Georgius Simlerus* o) patria Bimpinenſis, qui habebatur et erat, pro illius aetatis captu, doctus et eruditus inprimis. Iam enim plurimis in locis melius quam dudum pueritia inſtitui, et doctrina in ſcholis uſurpari politior, quod et bonorum autorum ſcripta in manus ſumerentur, et elementa quoque linguae Graecae alicubi proponerentur ad diſcendum, cum ſeniorum admiratione maxima et ardentiſſima cupiditate iuniorum, cuius utriusque tum non tam iudi-

n) Ipſe Philippus hoc naturae vitium agnoſcebat. Inde epigrammate quodam ad Iuſtum Menium:
Quod natura mihi bleſam dedit inuida linguam,
  Agnoſco vitium, non amo, Iuſte, meum.
Cuique ſuam labem attribuit natura nouerca,
  Omnibus et ſors eſt arte ferenda ſua.
Hoc ego malo tamen, quam quo tu Iuſte laboras,
  Qui mala cum laudas carmina, nulla facis.

o) Melanchthon in reſponſione ad Colonienſes, inſerta Tomo I. Declamatt. p. 135. Audiui adoleſcens duos uiros praeclare eruditos Georgium Simler et Cunradum Heluetum, alumnos Academiae Colonienſis, quorum alter latinos et graecos Poetas mihi primum interpretatus eſt, deduxit etiam ad Philoſophiam puriorem, ſaepe conferens Ariſtotelicam lectionem, quae tunc erat in manibus, ad graecos fontes: alter Cunradus primum nobis Heidelbergae elementa doctrinae de motibus coeleſtibus tradidit.

iudicium quam nouitas cauſa fuit. *Similerus*, qui poſtea ex primario Grammatico eximius Iuriſconſultus factus eſt, initio hanc doctrinam non vulgandam aliquantisper arbitrabatur. Itaque Graecarum literarum ſcholam explicabat aliquot diſcipulis ſuis priuatim, quibus dabat hanc operam peculiarem, ut quos ſummopere diligeret. In omnibus autem *Philippus Melanchthon* ita proficere et eas facere progreſſiones, et ita ſe erga omnes communicatione eorum, quae ipſe percepiſſet et teneret, gerere, ut nemo non eum et laudaret et amaret. Habebat ſocios ſtudii fratrem *Georgium* p) et *Iohannem* auunculum, quorum *Georgius* in hoc curſu non permanſit, et in patria praecipuos honores ciuitatis ſuae conſecutus eſt et geſſit. Quae, cum ſcribere inſtituiſſemus, ipſius maxime conſilio opeque nitebatur, fungentis annis multis praefecturae munere: *Iohannes* Spirenſi collegio ad S. Crucem praefuit, quem ibi et nos aliquando vidimus, virum dignitate et humanitate excellentem. Viuebant hi apud ſororem *Iohannis Reuchlini* q), quod quadam cognationis neceſſitudine familiae illae coniungerentur. Eueniebatque ſaepe, ut *Reuchlinus* patriam et ſuos viſeret, qui in gubernatione terrae Wirtenbergenſis tum una cum aliis paucis autoritatem ſummam atque grauiſſimam obtinebat. Solebat igitur in puerorum ſtudia ille inquirere, et de iis, quae ſciret tradi eis in ludo, percontari. Longe autem *Philippo* omnibus reſponſionibus praecellente, *Reuchlinus* indolem pueri exoſculatus, et ſpe ſingulari de illo concepta, libellos quosdam ei donauit, inter quos plenior praeceptorum Grammaticae

p) De Georgio, fratre Melanchthonis, quaedam annotaui in Melanchthonianis p. 40. etc.

q) Qui Philippum non niſi filii nomine compellauit.

Graecae tractatus et liber fuit, comprehendens interpretationem Latinam praecipuorum Graecorum uocabulorum, quae opera Lexica uocantur. Hac copia inſtrumenti auctus *Philippus*, ipſe ſeſe indies magis magisque incitare, et utriusque ſermonis graeci latinique uberiorem comparare facultatem, neque ſcribere tantum aliquid ſoluta oratione, ſed tentare etiam uerſuum compoſitionem. Et oblatis aliquando factis a ſe quibusdam *Reuchlino*, per iocum donatus ab hoc fuit pileolo puniceo, quo inſigni, ut fert conſuetudo, *Reuchlinus* fuerat decoratus, cum titulus ei Doctoris decerneretur. *Philippus* vero laetus dono, et veluti generoſus equus ornatu gaudens, prioribus ſemper aliquid adiicere, et cognitionem partam cumulare. Tunc et aequalibus ſuis ſcriptum quoddam ludicrum *Reuchlini* inſtar Comoediae illis diebus editum, ediſcendum diſtribuit, et ſuas cuique partes aſſignauit, ut coram *Reuchlino* ad ſe reuerſo fabula ea ageretur. Quod etiam factum eſt cum ſumma ipſius uoluptate atque laeticia. Quando et *Philippi* nomen, quod haberet ille familiae ſignificans *ſolum nigrum* r) germanico ſono, in graecum *Melanchthonis* mutauit, ſicut ipſe a fumo deminutum *) ſuum, ita ab *Hermolao Barbaro* aliquando in Italia conuerſum, *Capnionis* eſſe uoluerat. Hunc conatum mutandi nomina familiarum, memini audire doctos et praeſtantes dignitate viros, qui reprehenderent, quod iſto pacto familiarum noticia quaſi obteri videretur. Sed ſunt omnino quaedam ita aſpera **) et veluti horri-

r) *Schwarzerd*. Inde Pulliſolus, da terra negra, Melangaeus.

*) Reuchlin, fumulus.

**) *Schwartzerd* vix ſcribi poteſt graecis et latinis characteribus litterarum. Placet hic verba Plinii

horrida, ut lingua graeca latinaue exprimi neque poſſint neque debeant, quae ſi literis quibusdam vel adiectis vel detractis quaſi dolare, ut leuiora fiant, aliquis velit, quemadmodum de barbaris omnibus fere fecerunt veteres, nihilo ille minus appellationem obſcuram et ſuis ignotam hoc modo redditurus ſit, quod a mutatione illa interpretationis nihil iam differet. Sed de his nunc diſputare alienum fuerit.

§. III.

Magiſtri eius in Academia Heidelb. et Tubing. Prima laurea Heidelbergae. Magiſterii dignitas Tubingae ei collata. Eberhardi Ducis Wurtenbergici conditoris Acad. Tubingenſis amor a ſubditis. Melanchthonis ingens diſcendi ardor, eumprimis erga Theologiae ſtudium amor, et aſſidua Bibliorum lectio.

Phorcae (quam latinis uerbis contractis *Portam Herciniae* eſſe eruditi volunt) *Philippus* paene annis duobus manſit. Et inde ad pleniorem inge- 1509
nii cultum et quaſi mercatum doctrinae uberiorem cura matris ac propinquorum miſſus eſt *Eytelbergam* s) in patriam auitam, ubi et ſedes Principum et

nii ex Lib. VIII. Epp. 4. ubi Caninio bellum Dacium ſcripturo de flectendis barbaris nominibus ſuum conſilium aperit, apponere: Nonnullus et in illo labor, ut barbara et fera nomina Graecis verſibus non reſultent. Sed nihil eſt, quod non arte curaque ſi non poteſt vinci, mitigetur. Praeterea, ſi datur Homero, et mollia vocabula et graeca ad lenitatem verſus contrahere, extendere, inflectere: cur tibi ſimilis audentia praeſertim non delicata ſed neceſſaria negetur?

s) Albo Academico ſic inſcriptus legitur: In Rectoratu II. Mag. Iohannis Wyſers de Oberſpach, Iurium Licentiati intitulatus eſt XIII. Octob. 1509. *Philippus Schwartzerd de Brethen.* conſ. Büttinghauſen Beyträge zur Pfälz. Geſchichte. I. P. p. 38.

(1509) et celebris Academia eſſet. In qua doctiſſimorum virorum in omni genere diſciplinarum copia florente, *Philippus* iam aetate ephebus ſtatim eam de ſe opinionem commouit, ut aliis quoque docendis idoneus haberetur. Ibique tum ille et exercendi ſtilum ſcribendique rationem ſuo exemplo ſuſcitare, et ſtudio induſtriaque admirabili cum ſibi fauorem caritatemque omnium ordinum atque hominum conciliare, tum animos aequalium ad bonas literas artesque maiore aſſiduitate et diligentia colendas impellere. Vixit *Philippus Eytelbergae* apud clariſſimum illo loco et tempore uirum D. *Pallantem* †), cuius ſapientiam uirtutemque et excellentem humanitatem atque beneficentiam, cum perquam honorifica mentione eius, quotiescunque haec incidiſſet, uerboſe ſolebat praedicare, et ita ut facile appareret, memoria ipſum conſuetudinis iſtius admodum delectari. Huius viri prudentiſſimi conſiliis aula multis annis feliciter uſa, et ope Academia ſuſtentata, ornata, aucta eſt. Qui obiit mortem anno Chriſti M. D. XII. XVI. Calend. Sextil. ſepultus Eytelbergae in urbis primario templo cum elogiis epitaphiorum utriusque linguae verſibus perſcriptorum, ex quibus latinum diſtichum hoc inſerendum putauimus:

Conſilio pollens, largus rerum, ore diſerto
Doctor erat Pallas, hac tumulatus humo.

Dedit *Philippus Melanchthon* ibidem illis temporibus operam inſtituendis duobus filiis Comitis *Ludouici Leoniſtenii*, generoſae proſapiae et indolis pueris, et familiariter uſus eſt *Petro Sturmio*, Argentoratenſi, *Iacobi* fratre, nobilitate generis, uirtute et ſapientia clari religioſaeque pietatis amantiſſimi,

†) De hoc Pallante Spangelio Neoſtadiano SS. Theol. Doctore varia occurrunt in Beyſchlags Leben Brenzens p. 259. ſqq.

mi, *Bimphelingi*, quemadmodum accepimus, diſcipulo. Eytelbergae *) etiam *Philippus* quaſi tiro- 1511
cinium quoddam depoſuit ſcholaſticum et *Baccalarius* w) eſt factus. Quo nomine honorum in Academiis initia appellantur, natus annos ferme XIV. Cum autem animi in diſcendo impetus et honeſta ambitio inſtigaret eum, qui modo exceſſiſſet ex ephebis, ut altius honoribus ſcholaſticis aſcendendum putaret, et ad maiorem dignitatis gradum contendendum, petendumque *Magiſtri* titulum, aduerſata tum voluntati ipſius ſententia fuit praecipuorum quorundam, quod aetati iſti tribuendum tantum eſſe negarent x). Quo impedimento curſui cogitato moraque illata offenſus, et quod tentationes febriles crebro ſentiret, locum et propoſito ſuo et valetudini aduerſum relinquere ſtatuit.
Ea tempeſtate *Tubingenſis* Academiae *) in *Wir-* 1512
tenbergenſi regione (quam *Charitinorum* vetere nomine fuiſſe coniectura eſt) fama fieri indies maior atque melior. Quae optimi et illuſtriſſimi Principis

u) Audiuit hic docentem Guntherum Rhetorem, et cum Sorbillo quodam Poeta, cuius venam ſaepe laudabat, vixit familiariter, ſcripſit iam tunc adoleſcens Profeſſoribus in ea ſchola orationes, quae publice recitatae ſunt, et linguarum ſtudia ac praecipue ſcribendi exercitium ſoluta oratione et verſu excitauit. Tom. V. Declamatt. Melanchth. p. 288.

w) Rectore D. Leonhardo Dieterico de Erbach, Decano M. Georgio Kleinkla IV. Id. Iunii ad baccalaureatus gradum de via antiqua admiſſi ſunt - - - Philippus Schwarzerdt de Bretten. cf. Büttinghauſen l. c. p. 38.

x) Eadem ex cauſa illuſtri Leibnitio Lipſiae honores Doctoris denegati ſunt, quibus deinde Altorfii ornatus merito fuerat.

*) Adiit hanc Academiam A. 1512. d. 17. Sept. cum Rector eſſet D. Iohann. Schemern ex Offterdingen.

1512 cipis *Eberhardi* cognomento *Probi* et *Barbati* [y]), paterna cura praeclariſſime fundata et collectis viris doctrina varia praeſtantiſſimis, condita fuerat ante annos triginta ſex. De hoc Principe, cum eam rem ageret et Academiam *Tubingae* collocare vellet, accepimus id, quod et memorabile et non abhorrens ab hac narratione, duximus referendum. Eſt ſane Academiae inſtitutio res magna et magnifacienda, ſed ſuperiorum tamen temporum de his exiſtimatio multo optima et praeclariſſima fuit. Interrogatus igitur tum a quodam externo Princeps *Eberhardus*, cuius opera in eo, quod perfici volebat, uti cogeretur: *Quidnam regionis et terrae haberet, quod tanto ornamento dignum eſſe iudicaret:* reſpondiſſe fertur: *Caetera omnia eſſe mediocria, vel etiam infra mediocritatem, uno autem commodo atque fructu ſuae regionis ſe merito gloriari, quod, in quamcunque partem illius ſolus forte ipſe delatus, ſi acquieſcere liberet, tuto et cum omni ſecuritate in cuiuſuis ex ſuis, qui obuiam factus eſſet, ſinum deponere caput et ſomnum capere poſſet.* Idem audiui aliquando eundem dixiſſe in Principum quodam conſeſſu, cum alius alia ſuae terrae bona extolleret narrando. Erant Tubingae tunc Theologi [z]), ut illis temporibus, eximii. Erant Iurisconſulti [a]), quorum nunc etiam nomina illuſtria et opera laudabilia in ore et manibus ſunt eorum, qui haec ſtudia tractant. Humaniorum autem ſtudiorum et Philoſophiae Profeſſores eos ſemper habuiſſe Tubingam conſtat, quorum eruditionem et ſcien-

y) Extat T. III. p. 154. ed. Argent. 1566. declamationum Melanchthonis oratio de Eberhardo Duce Würtemb.

z) Inter quos Lempum theologiam ſcholaſticam explanantem audiuit Philippus.

a) Hi erant Similer, Lamparterus, Ebingerus.

ſcientiam totam Germaniam excoluiſſe ſcimus. Ex 1512
quibus tunc, cum eo *Philippus* venit, viuentes et operam nauantes docendo, *Iohannem Stofelerum* et *Franciſcum Stadianum* [b]), quem et coluit et dilexit *Philippus* inprimis, et *Henricum Bebelium*, quem mortuum verſibus epitaphiis graecis [c]) *Philippus* ornauit, et *Iohannem Braſſicanum* nominaſſe in praeſentia ſatis habuimus. Cum autem natura atque voluntas *Philippum* ad commercium cum muſis, id eſt, bonis literis et erudita doctrina, incitaret, tanta tamen fuit in eo uis ingenii et ardor diſcendi, ut nullarum rerum cognitionem non attingendam atque comprehendendam putaret. Itaque et Theologos et Iurisconſultos et Medicos [d]) audire, et libros omnium profeſſionum illarum inſpicere, et undique quandam ſcientiae quaſi poſſeſſionem occupare, et non tam laudem venari, quam uſum ſibi fructumque cognitionis acquirere.
Ad

b) Mel. in oratione de ſtudiis corrigendis hoc eum ornat elogio: Amicus mihi quispiam eſt non uulgaris, ſub quo primum puer praeceptore in Sueuis Tubingae Dialecticis merui annum unum aut alterum, hactenus ut fratre ſemper familiariſſime uſus, Fr. Stadianus, eruditione ac vitae genere tali, ut a bonis et doctis omnibus certatim diligi mereatur. Vid. quoque Mel. Declamatt. Tom. I. p. 491.

c) Extant Libro III. Epiſtolarum Eob. Heſſi, plag. O 3.

d) Heerbrand. in orat. funebri: Medicam artem non neglexit, ſed et hic Profeſſores eius docentes audiuit ſtudioſe, et Galeni libros cum propter linguam et methodum, tum propter rerum cognitionem ita legit, ut ſententiam autoris ſit conſecutus et pleraque memoriter recitare potuerit, eiusque rei ſpecimen dedit in libello de Anima. Inde absque iactantia ad Leonh. Fuchſium ſcribere potuit Tom. Lugd. Epp. p. 271. Etſi non exerceo Medicinam, tamen cognitio me delectat, ex qua quidem ad meum uſum etiam aliquid transfero. Itaque tuus libellus ita mihi notus eſt, ut ungues mei.

Ad Theologiae tamen ſtudium maxime propenſa eſſe cupiditas illius, quod religioſae pietatis amore flagraret, ſententia hac confirmata in puero paterna maternaque educatione atque diſciplina. Theologiae tum materia non ſacrae literae et ſcripturae diuinae erant, ſed quaedam obſcurae et ſpinoſae intricataeque quaeſtiones. Quarum nugatoria ſubtilitate exercebantur et defatigabantur ingenia. *Philippus* autem *Melanchthon* factus bonarum artium
1514 *Magiſter* [e]) et primus, declaratis tum ſimul XI. renunciatus, cum illo etiam in genere tenui et aſpero nulli non modo, qui pari aetate eſſet, ſed ex prouectioribus quoque atque adeo ſeneſcentibus, cederet, veritatem tamen quaerere et amplecti inprimis, et politiori doctrinae operam dare. Animaduertebatur librum habere in manibus in templo et inter operationem ſacrorum. Cum grandior quibusdam ille videretur iis, quibus preces deſcriptae continentur, quique more in templis uſurpantur, maleuoli quidam rumuſculos ſparſerunt, legere *Philippum* neſcio quae ſcripta tempori et loco illi non conuenientia. At ipſe nactus fuerat ſacrorum bibliorum codicem, tractabili forma chartis minutioribus paulo ante primum a *Iohanne Frobenio* Baſileae impreſſum, quibus legendis, quam tunc adeo coepit, eam conſtantiſſime dare operam in tota ſua vita perſeuerauit, et talem librum ad omnes conuentus publicos poſtea detulit, ſecumque ſemper habuit. Cumque aſſcriberentur ab eo in chartis paſſim utiles et praeclarae ſententiae veterum, quae ei illorum ſcripta legenti potiſſimum arriſiſſent, et nonnullis in locis explicationes quaedam, quibus contigerat libros iſtos videre, ab his copia ipſorum maxima cupiditate expetebatur. Itaque

e) Decano M. Io. Kreſs, die conuerſionis Pauli, 25. Ianuarii, A. 1514.

que cum eſſet *Philippus* natura liberaliſſimus et ad 1514
gratificandum cunctis, quibus poſſet rebus, procliuis, ſaepe ablatos iſtos ſuos et donatos aliquibus libros comparatis aliis mutauit. Sed haec poſtea acciderunt.

§. IIII.

Io. Naucleri Chronicon Melanchthon Tubingae recenſet et auget. Io. Reuchlinus a Dominicanis et Colonienſibus Monachis grauiter vexatus ab Vlrico Hutteno et aliis amicis vindicatur, a Melanchthone etiam adiuuatur.

Illis temporibus vir prudentia et iuris publici ſcientia celebris colligere coeperat hiſtorias et exponere tempora rerum memorabilium geſtarum ab origine prima mundi, ei nomen fecerant *Naucleri f*), quod in familiae nomine Germanico *nautae* ſignificatio eſſet, qui ſunt *vergae* *). Librum autem hunc exprimendum ſuſceperat *Thomas Anshelmus*, qui typographicam officinam habebat Tubingae. A quo perfectum fuit, ut et illius ſcripti, et aliorum, quae a ſe ederentur, curam reſpectumque *Philippus* ſuſciperet, quo prodirent correctiora *g*). Is tunc et

f) Vinshemius in orat. funebri Mel. Praefuit et typographicae officinae Anshelmi aliquandiu. Excudebatur tunc illud grande uolumen Naucleri, in quo multa, quae corrupta erant, ipſe emendauit, mutila multa compleuit, confuſanea in ordinem redegit, obſcuris lucem reddidit, ſuperuacanea praecidit, effecitque, ut is liber, qui antea erat farrago verius, quam integrum hiſtoriae corpus, poſtea a multis et appeteretur, et magna cum utilitate legeretur. Vide plura de hoc Chronico in G. D. Hoffmanni Abhandlung von Melanchthons Verdienſten um die teutſche Reichs- und Staatsgeſchichte p. 41. ſq.

*) Sicut nos dicimus *Fehrmeiſter*.

g) Quamobrem a I. C. Zeltnero in numerum Correctorum relatus eſt in Centuria Correctorum in typographiis eruditorum.

1514 et in hoc opere *Naucleri* partim diſponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, id praeſtitit, ut lectio libri iſtius a plurimis expeteretur et fructu voluptateque non careret. Iisdem ferme annis, quibus *Philippus Melanchthon* Tubingae manſit, numero VI, luctatus eſt *Iohannes Capnion* [b]) cum monachis, a quibus propter ſententiam dictam de libris hebraicis grauiſſime vexabatur. + Ea erat familia Dominici, et Colonienſes quidam Theologorum titulo ſuperbientes, qui in *Capnionem* ſe plane hoſtiliter inferebant. Iudicium fiebat Romae, et *Capnio*, cum cauſam facile defenderet, aduerſariorum tamen opibus et potentia admodum premebatur: tametſi illi neque patroni viri ſummi *) deeſſent, et ſtudia omnium, qui amabant aut ſaltem videri uolebant amare eruditam doctrinam, praeſtarentur tam prolixe uel effuſe etiam, ut alacritate eum iſta offenſum fuiſſe conſtet. Qui ipſe vir optimus, quamuis cuperet innocentiam ſuam tutam eſſe, et intelligi, quam atrox ſibi fieret iniuria, ſic tamen optabat uim a ſe depelli, ne laederentur ulli, utque inimici non vel maxime meritis conuiciis ſed veritatis ſimplice oratione refutarentur. Ingrata etiam erat prudentiae et grauitati illius ſeneſcentis, iuuenilis leuitatis exultatio, et hanc non tam facto quam exemplo nocere poſſe perſpiciebat. Sed nihilominus, qui, cum maxime fauerent et quam optime cuperent *Capnioni*, multo peius oderant importunitatem eorum, quos *Capnionis* euerſionem praetendere animaduerteretur oppreſſioni naſcentis doctrinae eruditae uniuerſae (hanc enim quod ipſi penitus ignorarent metuentes exiſtimatio-

b) Varia de controuerſia Reuchliniana ſcripta Herm. von der Hardt inſeruit Parti II. Hiſtoriae litter. Reformationis.

(* Principes et Cardinales.

mationi ſuae, exoriri et conualeſcere iniquiſſimis 1514
animis patiebantur et aegerrime ferebant.) His igitur infeſti illi ſtudioſi politioris doctrinae, cauſam *Capnionis* ſuam ducere, et illius aduerſarios omni genere ſcriptorum infamare, tam deridentes et eludentes *) futilitatem, quam inſectantes et increpantes improbitatem. Inter quos princeps, *Ulrichus* gente *Huttenus*, patria Francus, ordine eques, ingenio acerrimo et animo confidentiſſimo, literis perquam eruditus, et litigantes monachos cum *Capnione* varie exagitauit, et illam factionem tum quidem vehementiſſimis ſcriptis, ſed aliquanto poſt armis quoque expeditis, adortus eſt. Huius eſt carmen triumphale victoriae *Reuchlini*, cum pictura etiam in illius conſpirationis gregem contumelioſa, ubi unco trahitur quidam, qui, cum *Iudaeus* i) aliquando fuiſſet, ſuam operam in *Capnione* laedendo atque euertendo, conductam illam quidem magna, ut credebatur, pecunia, dediſſet. Sed de *Capnione* extat narratio k) *Philippi Melanchthonis*, quam curauit quodam in conuentu ſcholaſtico Vuitebergae, ut ſolebat, recitandam. Vnde, ſi quis de *Capnione* plura cognoſcere cupit, petere ea poterit. Nam mihi hoc ſcriptum etſi non alienis, verboſis tamen et longis huiuſmodi expoſitionibus complere non libuit. *Capnioni* igitur tum rebus et dubiis et ualde difficilibus ac moleſtis, aſſidue et fideliter praeſto fuit *Philippus Melanchthon*, deſcribendo potiſſimum ea, quibus defenſio cauſae continebatur, et quae ad iudicium mittenda

*) Inde Epiſtolae obſcurorum virorum primum ab Hutteno et Eraſmo conſcriptae et in vulgus ſparſae.

i) Iohannes Pfefferkorn ſ. Pepericornus.

k) Oratio continens hiſtoriam Io. Capnionis Phorcenſis extat Tomo III. Declamatt. p. 280. ſqq.

1514 tenda erant, et quicquid omnino ad *Capnionis* innocentiam declarandam et conſeruandam ſalutem dignitatemque (quae petebatur utraque) pertineret, omnibus modis adiuuando. Neque *Philippus* ad *Capnionem* modo Stuggardiam, ubi hic habitabat, crebro accedere, ſed *Capnio* quoque ipſe ſaepe venire Tubingam ad *Philippum*, et cum eo in ſcholaſtico contubernio verſari atque paſci, et iucundiſſime poſt alios neceſſarios et ad ſe pertinentes ſermones, de communibus ſtudiis et liberali inſtitutione confabulari. Etſi enim *Capnio* non fuit literis elegantioribus penitus excultus, et doctiſſimum tamen virum et liberalium diſciplinarum cupidiſſimum fuiſſe eum conſtat, hebraicae autem linguae peritiſſimum. Cuius prorſus ſenem doctrinam ipſum profiteri neque puduit neque piguit.

§. V.

Temporum iſtorum et hominum ratio peruerſa, barbariem in ſtudiis prae cultu eorum, et ſuperſtitionum impietatem prae verae doctrinae exorientis luce retinere cupientium.

Haec tempora intuenti et negocia conſideranti vis mihi quaedam inuicta fatorum ob oculos verſata eſt, id eſt, Quid eueniat diuini iudicii ſententia iam lata, de rebus hominibusque in hac vita. Tunc enim et illas praecipites ferri, et horum omnes rationes cunctaque conſilia conturbari, et conuertere in contrarium, licet uidere. Quo autem progreſſa fuerit quorundam inſolentia atque importunitas praetendentium ſanctitatem atque obſeruationem religionis, neminem fugit, cum tamen, re iampridem penitus amiſſa, ſpecies quoque euaneſceret, uel etiam mutata ab illa grauitate et ſeueritate cum maiore indies deformitate et contaminatior appareret.

Cum

Cum autem deberent ii, quorum tunc res agebatur maxime, et pericula impendentia prouidendo cauere, et cauſas illorum attendendo auertere, tanta fuit coecitas, ut et has ruendo impellerent, et illa ultro commouerent atque accerſerent. Non enim ipſi vitia ſua, quae neque occulta amplius eſſent, neque omnino tegi poſſent, corrigere conati, ſed de his dimicare etiam, et prauitatem turpitudine cumulare non ſunt veriti. Habebant autem perſuaſum, tantas eſſe vires eamque potentiam ſuam, ut euerti aut percelli labefactarique nulla impreſſione nulloque impetu poſſent. In quo opinio eos ſua adeo eſt fruſtrata, ut leuiſſima aggreſſione illa tanta moles ſtatim ſic concuſſa ſit, ut poſtea non magnopere aliis machinis ad conuellendum opus eſſet, ſed ipſa, cum ſemel ruere coepiſſet, per ſe prolaberetur atque concideret. Quid enim magis contemtum et nihili haberi, exoriente bonarum literarum et artium ſtudio, et liberalium ingeniorum facultate? Quam parum in iſtis momenti et ponderis pleriſque viſum? Nedum metuerent aliqui ab his detrimentum aut damnum confirmatae barbariae. Neglecta igitur vel potius deſpecta parua et puerilia haec, in elatione animorum et ſuperbia immenſa, ruinis, quae et factae ſunt et nunc etiam impendent, occaſionem dederunt. Quae illi, cum et cupide admittere, et libenter excipere, et ſtudioſe amplecti oportuiſſet, repudiarunt inſolenter, et abiecerunt faſtidioſe, et contumeliis omnibus inſectati fuerunt. Nunc igitur meritas poenas dant non ſtulticiae ſed veſaniae ſuae, et, ſi perrexerint urgere propoſitum, exitio ſuo perniciem Reipubl. videntur eſſe implicaturi. De quibus quem non docent ea, quae accidiſſe conſtat, is non moueretur mea certe diſputatione. His igitur omiſſis inſtitutam expoſitionem proſequemur. 1514

1514

§. VI.

Philoſophi ſciſſi in duas factiones, Reales et Nominales: poſteriori adhaerens Melanchthon amicitiam inter ambas partes conciliare ſtudet.

Erant tum ſtudia Philoſophiae, qua Theologia inuoluebatur, ſciſſa in duas praecipue partes. Quarum una ueluti *Platonicam* de Ideis ſeu formis abſtractis ſeparatisque ab iis, quorum moles corporum ſenſibus ſubiiceretur, ſententiam tuebatur. Haec de eo quod generalis cogitatio comprehendit, ut Hominem, Animantem, pulcritudinem, etiam ſpondam atque menſulam, quia natura et res ſingularis conſtituitur, *Reales* iſti ſunt nominati. Altera pars *Ariſtotelem* magis ſequens, ſpeciem iſtam de iis, quae ſuam naturam ipſa haberent, uniuerſis colligi docens, et concipi intelligendo notionem hanc ex ſingulis quibusdam exiſtentem atque contractam, neque naturas eſſe has per ſe ipſas priores ſingulis, neque re, ſed nomine tantum conſiſtere: *Nominales* [l]) appellati fuere et moderni. Habuitque utrumque quaſi agmen ſuos ductores et autores, quorum ſectam ſequi placuerat. Atque non ſolum contentiones et iurgia inter diſſentientes, ſed dimicationes etiam ac pugnae commiſſae fuerunt, interdum concertationibus non tantum pertinacibus verborum, ſed manuum quoque violentis. Haec diſſidia et Tubingenſem Academiam inuaſerant, contubernio bonarum artium et Philoſophiae ſtudiis deſtinato in duo quaſi caſtella diuiſo, ex quibus de opinione ſua factiones illae acerrime praeliantes, inimicitias graues exercebant. *Philippus*, qui certam docendi diſſerendique rationem probaret, et Ariſtotelica in hoc genere

l) De Nominalium et his aduerſa Realium ſecta uidendus Iac. Thomaſius in diſſ. de Doctoribus Scholaſticis latinis §. XVII. ſeqq. Lipſ. 1676. 4.

nere primas tenere intelligeret, magnificas et ſplendidas et amplas alteras diſputationes non amabat. 1514
Quamuis autem in verborum contentionibus ſuam ſententiam ita aſſereret, ut aduerſantes facile refelleret: id tamen eximia humanitate et parata omnibus, qui uti vellent, opera perfecit, ut ſua autoritate inter ſectas illas odia reſtinguerentur, et quamuis ſtudia diſcreparent, voluntatum tamen maneret coniunctio. Aliis etiam officiis plurimis contubernium interdum rebus difficilibus fulciuit, et ſuſtentauit conſilio opeque ſua. Nam curatio in eo, conſuetudine Academiae eius quoque fuit, qui et optimarum artium diſciplinarumque eſſet Magiſter, et publicae doctrinae munus gereret.

§. VII.

Melanchthon a Friderico III. Electore Sax. Wittenbergam anno 1518. per Io. Reuchlinum accerſitur: in itinere Norimbergam et Lipſiam tranſit: Lipſiae conuiuio academico excipitur.

Poſtquam annos ſex confecit Tubingae diſcendo et docendo cum magna laude omnium, conuentus fuit ordinum Imperii Romani *Auguſtae* Vindelicorum, quem egit *Maximilianus* Imperator poſtremum, anno Chriſti MDXVIII. Nam proxime ſecuti anni initio ex hac ille vita migrauit. 1518
Ad hunc conuentum venit et Dux Saxonum *Friderichus*, unus ex Septemuiris, penes quos eſt deligendi Imperatorem Roman. poteſtas. Acceſſit et *Martinus Lutherus*, qui ineptias et ludibria in doctrina eccleſiaſtica cum exitioſa impietate coniuncta notaſſet et reprehendiſſet, de quaeſtu quodam redimendi veniam factorum faciendorumque, et hanc mortuis quoque conciliandi, quas vocarunt indulgentias. Non enim tolerabile quibusdam videbatur, auſum eſſe liberam ali-

1518 aliquem vocem emittere *), et quae egiſſent ii, in quorum manu arbitrium eſſe ſtatuebatur rerum diuinarum et humanarum omnium, improbare. Voluerat autem Dux *Friderichus* ſedem eſſe Academiae (ſic enim uſitatum eſt nominari congregationes profitentium doctrinam et ſtudium optimarum diſciplinarum atque artium) in oppido ad fluuium Albim ſito, cui nomen a colore albo **) *Vuiteberga*, etſi non ignoro, a *Vuittechindo* quosdam nomen illud deducere, quod fuit fortiſſimi et potentiſſimi Principis in ea gente, et qui diutiſſime vim et arma Francorum oppugnante Saxonas *Carolo Magno* ſuſtinuit. Oppidum hoc caput eſt regionis eius, quam propriam et peculiarem poſſidet gerens perſonam Septemuiri in Saxonia creandis Imperatoribus Romanis. Atque fundata Academia confirmataque autoritate ante annos circiter XVI. Princeps *Friderichus* nullam curam tunc non ſuſcepit, qua auctior ornatiorque illa fieret. Itaque fama m) *Philippi Melanckthonis* nomen celebrante ad ipſum quoque delata, agi iuſſit cum *Capnione* de conducenda opera doctrinae *Philippi* et ſuae Academiae recenti adiungenda. Et de eadem re literas ad *Capnionem* diligenter ſcriptas miſit, in quibus inter alia honorificam mentionem fecit

*) Tangere coronam Papae et uentrem Monachorum, ut feſtiue dixit Eraſmus.

**) A colle ſeu cumulo arenarum albicantium.

m) Vix annum XVIII. attigerat Melanchthon, cum Eraſmus inſignem litteraturae philologicae peritiam in eo ſic praedicaret: At Deum immortalem, quam non ſpem de ſe praebet admodum etiam adoleſcens ac paene puer, P. Melanchthon, utraque litteratura paene ex aequo ſuſpiciendus! Quod inuentionis acumen! Quae ſermonis puritas et elegantia! Quanta reconditarum rerum memoria! quam uaria lectio! quam uerecundiae regiaeque prorſus indolis feſtiuitas! Ej. comment. ad Theſſal. 1515. plag. C 2.

cit de patre *Melanchthonis* tanquam familiariter no- 1518
to. Fuit igitur *Capnio* autor *Philippo* [n]), ut conditione, quae offerebatur, uteretur: animaduertens hanc prioris loci mutationem, exiſtimationem ipſius meliorem eſſe reddituram. Extat inter alia, *Capnioni* epiſtola *) de hac ipſa migratione et itinere iſto ad *Philippum*, nuper a me edita. Ita igitur ille Tubinga diſcedens in Saxoniam, multis ibi cum deſiderium tum memoriam praeclaram ſui reliquit, ex quorum numero *Similerus* **) teſtimonio ſplendido ornaſſe eum perhibetur, in quo et hoc eſſet: *Non intelligi neque aeſtimari ac perpendi, quantum Academiae decus et commodum decederet.* Tranſiit eques eo itinere *Norinbergam*, ubi cum praeſtantiſſimo dignitate et ſapientia viro atque etiam doctrina perculto inprimis *Vuilibaldo Pircamero* noticiam amicitiamque iunxit. Tranſiit et *Lipſiam* o), ibique uidit pri-

n) Melanchthon ad Baumgartnerum Tom. Lugd. Epp. p. 54. Miſit me puerum in Saxoniam Capnio, non intelligens onus nihilo magis adpoſitum ad rem tantam, quam ad lyram aſinos aiunt.

*) In qua Philippum alloquitur ex hiſtoria Abrahae ſumtis: Egredere de terra tua et de cognatione tua, &c. Exſtat Libello III. Epp. Eob. Heſſi et aliorum a Ioach. Camerario edito Lipſ. 1561. 8. plag. E 8. quam ſub finem inter documenta N. I. exhibemus.

**) Mylius in Chronologia ſcriptorum Melanchth. ad A. 1518. ita: Diſcedente Philippo Tubinga Simlerus Praeceptor deplorandum eſſe toti ciuitati eius abitum dixit, et ſubiecit: quotquot ibi eſſent docti homines, non eſſe tam doctos, ut intelligerent, quanta eſſet doctrina eius, qui inde euocatus diſcederet.

o) d. 20. Auguſti, quod ipſe Melanchthon ait L.V. Epp. p. 295: Die 20. Auguſti, quo ante annos 28. primum veni Lipſiam adoleſcens, ignarus, quam dulcis ſit Patria. Sed ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

1518 primum *Petrum Moſellanum*, *Richardi Croci* docendis literis graecis ſucceſſorem, quorum uterque deinde alterum mirifice dilexit et coluit. Peruenit tum in amicitiam ipſius et *Andreas Francus Camicianus* *), iuuenis illis temporibus doctrinae eruditione celebris, qui dignitátem poſtea et honores praecipuos eſt conſecutus. Solebat narrare *Philippus*, quid accidiſſet *Lipſiae* in conuiuio, quo hoſpitem eum Collegium primarium Academiae illius honoris cauſa acceperat. Cum enim cibi crebro inferrentur, et quoties hi apponerentur, unus quiſpiam meditata oratione ad ipſum verborum aliquid faceret, animaduerſa re *Philippus*, poſtquam ſemel atque iterum reſpondiſſet, tandem, *Obſecro vos*, inquit, *viri Clariſſimi*, *patiamini me auditis orationibus cunctis ita denique ſemel reſpondere. Nam re improuiſa non acceſſi ad toties dicendum neceſſaria varietate inſtructus.* Atque ita aiebat tum pompam eam ſuperuacaneae compellationis deinde adhiberi deſiiſſe.

§. VIII.

Wittenbergam Melanchthon omni ſtudiorum genere exornat: Croco et Moſellano in diſciplinis et linguis tradendis felicior et elegantior.

Cum *Vuitebergam* veniſſet **), celeriter conſecutus eſt fauorem et admirationem omnium p), et Aca-

* Doctor Camitz, ICtus et Conſiliarius poſtea Ducum Georgii, Henrici et Mauricii. Vnica Melanchthonis epiſtola ad eum nobis conſeruata eſt in Mel. Epp. ſelect. aliquot, p. 176.

** Die Bartholomaei eo anno primum pernoctauit in Thebis Saxonicis. Eberus in Calendario d. 25. Auguſti, qui fuit dies Mercurii, hora prima pomeridiana. Conf. Io. Chriſtoph. Coleri epiſtola, qua memoria ſaecul. aduentus P. Mel. in Acad. Witeb. celebratur in C. A. Heumanni Act. Philoſ. P. X. p. 603 ſqq.

p) Oratio aditialis quarto poſt aduentum die omnium

Academia illa mirabiliter coepit tunc celebrari et 1518
frequentari. Vera autem ratione et tractatione illuſtri doctrinae omnibus muneribus fungebatur: et graecas literas, quarum cognitionem paulo ante *Ricardus Crocus* Lipſiae profitendo plurimorum ſtudia concitauerat, qui iam reuerſus in patriam, hoc opus doctrinae reliquerat inchoatum: has igitur *Philippus Melanchthon* cum exquiſitius docendo, tum certius tradendo q), tum etiam ſcripta veterum autorum *) huius linguae uberius enarrando, et ſingularem expectationem de ſe concitauit, et undique allexit auditores atque diſcipulos r), cum haberet annos integros XXI. et ageret XXII. Vſus ego ſum *Croco*

um cum applauſu habita agit de corrigendis adoleſcentiae ſtudiis. Extat Tomo I. Declamatt. p. 481. &c. Lutherus de ea ſic ad Spalatinum: Habuit Philippus orationem quarto die poſtquam venerat, plane eruditiſſimam et terſiſſimam, tanta gratia et admiratione omnium, ut iam non tibi id ſit cogitandum, qua ratione eum nobis commendes. Abſtraximus cito opinionem et uiſionem ſtaturae et perſonae, et rem ipſam in eo gratulamur et miramur. Tom. I. Epp. p 81 b.

q) Luth. Epp. T. I. p. 81 a. Philippum graeciſſimum, eruditiſſimum, humaniſſimum habe commendatiſſimum. Auditorium habet refertum auditoribus: inprimis omnes Theologos ſummos cum mediis et infimis ſtudioſos facit Graecitatis.

*) Comoedias Ariſtophanis, Orationes Demoſthenis, Heſiodum, Homerum, Tragoedias Euripidis, Sophoclis, Idyllia Theocriti, Thucydidem, Apollonium.

r) Heerbrand. in orat. funebri: Diſcipulos habuit et auditores ſingulis temporibus plerumque bis mille, et inter hos Principes, Comites, Barones, ac generis nobilitate praeſtantes plurimos — Ad hunc audiendum non pauci quidam, nec ex una aut altera regione, ſed ex omnibus Germaniae oris: et quid dico Germaniae? imo ex omnibus propemodum totius Europae prouinciis

1518 *Croco* praeceptore Lipſiae puer, paene triennio, ei- que me, ſi qua facultas mihi harum literarum contigit, tam initium quam progreſſum referre acceptum debere confiteor. In grammatica ſane doctrina, quod eſt eruditionis omnis in quocunque ſermone fundamentum, *Crocus* excellebat. Ad quod autem vitae genus et quae ſtudia poſtea ſe contulerit, non eſt mihi compertum. Quamuis autem *Petrus Moſellanus* Lipſiae et ipſe excitaret plurimorum ſtudia et eruditae doctrinae fama ſuum nomen et Lipſicam Academiam illuſtraret: fuit tamen *Philippi* opera multo in docendo ſpecioſior, qui a prima pueritia naturae et voluntatis inſtinctu bonarum literarum et artium ſtudia ſecutus, nihil tum etiam aliud curaret aut ſpectaret, quam iſtius curriculi laudem, in inſtituti atque propoſiti incredibili conſtantia *). Vnde eum non ſpes maioris dignitatis, non opulentiae cupiditas, non denique cuiusdam mediocris ſaltem, quod plurimis eſt moleſtum, exiſtimationis deſiderium dimouit, ſed in eo ſpacio, quod ſemel ingreſſus fuerat, perpetuo ſine ulla declinatione perſeuerauit. Etſi autem Illuſtriſſimi et vere optimi Principis *Friderichi* voluntate et iuſſu, accerſiti erant et venerant Vuittenbergam in omni genere doctrinae

eiis et regnis, ex Gallia, Anglia, Hungaria, Transſyluania, Polonia, Dania, Bohemia, et ex Italia quoque ipſa, imo ex Graecia fama nominis ipſius excitati plurimi omnibus temporibus Witebergam confluxerunt.

*) Egregie ad Io. Sturmium in Gabbemae Cent. III. Epiſtolarum p. 76. ita Melanchthon ſcribit: Minus eſt ſplendida ſcholaſtica vita (quam aulica), ſed reuera melius de genere humano meretur. Quid eſt enim utilius, addo etiam, quid glorioſius eſt, quam teneras mentes ſalutari doctrina de Deo, de natura rerum, de bonis moribus imbuere? Id lumen eſt vnicum uitae.

ctrinae excellentes uiri, nondum tamen neque or- 1518
dine neque elegantia optimarum literarum et artium pulcritudo conſpiciebatur, et cogitationum ſolertiae explicationis officiebat obſcuritas, cui quaſi caligini ibi lumen a *Philippo* primum eſt illatum, et ſapientiae quidam horror eruditae doctrinae veluti ſerenitate depulſus. Hoc omnibus accidit volentibus et laetis. Neque quiſquam metuit, ut talibus temporibus plerunque fit, ne quid de ſuis vel laudibus vel utilitatibus decederet alterius gloria atque commodis. *Philippus* autem cum aetate et dignitate ſuperiores ſtudioſe obſeruaret et coleret, aequalibus omnia officia in familiaritatis ſuauiſſimo uſu praeſtaret, caeteros variis beneficiis, docendoque et multiplice alia opera, ſubleuandoque quibus rebus poſſet, ſibi adiungeret, non modo neminem maleuolum aut inuidum, ſed amantes et cupidos conſuetudinis ſuae et admirantes ſe atque venerantes pro cuiuſque conditione, habuit, expertusque eſt uniuerſos.

§. VIIII.

Melanchthonis cum M. Luthero contracta amicitia indeque enata arcta familiaritas et aſſidua conſuetudo. Peruerſa ratio doctrinae et rei eccleſiaſticae iſto tempore, ac neceſſaria eius reformatio.

Mirabili tum incremento augeſcebat fama *Martini Lutheri*, et fatali conuerſione, id eſt, decreta iuſtiſſimo iudicio diuino, mutari incipiebat adminiſtratio rei eccleſiaſticae, quae undique iam labaſceret et tanquam vetus ruinoſumque aedificium demolitione ſaltem partium aliquarum inſtauranda eſſet. Hoc cum fieri iſtamque curam ſuſcipi ab eis, quorum propria eſſet, boni et pii ardentiſſimis votis optarent, et prudentes, niſi fieret, quid timendum eſſet praedicerent et monerent: tantum abſuit, ut reſpe-

1518 reſpectus ad tam neceſſariam rem excitaretur, et incuria illius excuteretur, ut contra quaſi metueretur, ne caſus non acceleraret, temeritas arrogantiae et audaciae furor, et deſpiciens omnes alios ſuperbia quorundam, coeco quodam impetu utcunque adhuc ſtantia, dum vitioſa ſarcire et tegere conantur, partim conuelliſſe, partim labefactaſſe et corrupiſſe videatur, ita ut, quid nunc refici emendarique recte poſſit, non appareat, et quemadmodum fabula de cribro narrat, fatuum dixiſſe, conſtitui nequeat, qua parte res illae obſtruantur, quaque relinquantur patentes. Cumulatis enim et exaggeratis doctrinae erroribus et actionum facinoribus indignis profeſſione ſalutis et vitae aeternae et coeleſtium rerum ſtudio, et religione ſincera confuſione ſuperſtitionis contaminata, denique et enarratione doctrinae, et vita atque moribus, omnium paene ſententia atque confeſſione correctionem poſtulantibus, non modo neglecta ab iis, quorum maxime intererat conſeruari, illa omnia fuerunt, ſed demonſtrantes etiam laborantium quaſi membrorum medicinam, inhumaniſſime reiecti, et adiumenta omnia remediorum pertinaciſſime repudiata; cum interea plurimi non in aedificando ſed deſtruendo perquam ſtrenue occuparentur. Intueatur enim nunc aliquis res et negotia iſta, et aequo animo perſpiciat, non propendente iudicio in hanc aut illam partem: inueniet profecto, miſeriae et calamitatis praeſentis ſimul et impendentis non eſſe autores eos, qui inclamantur contumelioſe a quibuſdam, ſed illos ipſos, qui iſtos accuſant, eosque ſe ſtatumque ſuum euerſum velle, inſimulant. Quid enim non modo quaſi deliteſcentem in otio et quiete, religioſae etiam pietatis ſenſu timidum *Martinum Lutherum* excitarit, ſed poſtea quoque ſtimulando inſtigarit, et irritando prouocauerit, non eſt profecto ignotum, neque dubium. Circum-

cumferebat et proponebat quidam audacia ingente 1518
et facundia populari praeditus eas merces, quarum mentionis nunc iſtud venalitiorum genus pudet. *Indulgentias* appellatas eſſe ſupra oſtendimus. Pertinebat negotium primum ad maieſtatem aeterni Dei, et attingebatur impie veritas coeleſtis, deinde reipublicae detrimenta erant manifeſta. Neque apparebat, qui, non tam malitiae et fraudum, quam rapinarum et praedae et atrociſſimarum iniuriarum finis ſperandus eſſet. Ibi tum *Martinus Lutherus*, qui Theologiam publice doceret Vuittenbergae, de iis rebus quaerere et quaedam ad diſputandum proponere. Id ſtudium eaque conſideratio omnium approbatione digna, cum maiorem attentionem et tam ardui negotii animaduerſionem commouere deberet, hoc modo effecit, ut aduerſario prorſus contemto, non modo abſurda et falſa non emendarentur, ſed addita noua vanitate et commentis aliis inanioribus redderentur magis euidentia [s]). *Philippus* autem *Melanchthon*, qui cerneret, eſſe in *Martino Luthero* naturae bonitatem, et ingenii excellentem vim, et uirtu-

s) Eraſmus in Epp. floridis (Baſil. 1531. 8.) p. 210. ita de turbis ob indulgentias ortis ſcribit: Primum ubi prodierunt Lutheri placita de indulgentiis, ſilentium erat optimum. Reſpondit Prierias ſatis glorioſe, et primus cicadam, ut Graeci dicunt, ala corripuit. Reſpondit alter Saxonice. Ibi Iacobus Hochſtratus, quo ſuppetias ferret ſuis Dominicanis, nullum non mouit lapidem, ut excitaret academias, nominatim Lutetianam, Colonienſem et Louanienſem. ib. p. 97. Primum erat, negligere Lutherum cum ſuis de indulgentiis propoſitionibus, nec oleum addere camino: proximum, nec per monachos orbi fere inuiſos, nec impotentibus apud plebem vociferationibus, aut librorum et hominum incendiis agere, ſed libris inter eruditos duntaxat verſaturis. Poſtremum erat, illos ad tempus diſſimulare ac ferre, quemadmodum hactenus tulimus Bohemos ac Iudaeos.

1518 virtutem atque ſapientiam maiorem, quam in ullo cognouerat, venerari ipſum atque diligere prae omnibus [t]). *Lutherus* [u]) *Philippi* viciſſim probitatem, doctrinam, eruditionem, fidem, candorem, animum paratum ad ſuſcipiendos ferendosqu: labores, ſtudium, diligentiamque maximam quaerendi cognoſcendique veritatem, et induſtriam explicandi ſingularem, eam denique facultatem ſcientiae et eloquentiae, quae aetatis illius et noſtrae gentis rationem et modum longe ſuperaret. Haec igitur omnia animaduerſa in *Philippo* intuens *Martinus Lutherus*, non modo eum viciſſim diligebat, ſed dignitate et annis ſuperior non dubitabat neque verebatur colere, habere in numero amicorum [w]), atque etiam ex

t) Tom. Lugd. Epp. Mel. p. 411. Ego et Martini ſtudia et pias litteras, et Martinum, ſi omnino in rebus humanis quidquam, uehementiſſime diligo, et animo integerrimo complector.

u) T. I. Epp. Luth. p. 197. Tantum abeſt, ut ullus Eccius Philippum mihi reddere poſſit inuidioſum, ut in omni mea profeſſione nihil ducam antiquius Philippi calculo, cuius unius iudicium et autoritas mihi ſtant pro multis millibus ſordidorum Ecciorum. Neque me pudet, etſi Magiſtrum artium Philoſophiae et Theologiae et omnibus pene Eccii titulis inſignem, ſi huius mihi Grammatiſtae diſſenſerit ingenium, meo ſenſu cedere, quod et ſaepius feci, et quotidie facio, ob diuinum donum, quod Deus in hoc fictile vaſculum, Eccio quidem contemptibile, larga benedictione infudit." Qui plura elogia Lutheri de Melanchthone legere cupit, adeat Teſtimonia Lutheri de ſocio laborum et periculorum ſuorum P. Melanchthone, acceſſerunt et aliorum de eo honorifica iudicia, Gorlicii 1580. in 4. Conf. quoque Seelenii Stromata Lutherana p. 442.

w) In epiſtola quadam ad Reuchlinum in Loeſcheri Actis et Docum. Ref. T. II. p. 643. Lutherus ita de Melanchthone: eſt homo admirabilis, immo paene nihil habens, quod non ſupra hominem ſit, familiariſſimus mihi et amiciſſimus.

ex omnibus amicum praecipuum atque intimum, 1518
cum eo communicare ſuas, cognoſcere ſtudioſe ipſius rationes atque ſententias, perconctari libenter *), et interrogationibus elicere, quo ipſe fieret doctior. Itaque inter hos talis neceſſitudo et tantus familiaritatis uſus contractus confirmatusque fuit, quo ueriorem arctioremque vix reperias x).

§. X.

Nulla reformationis culpa, nec iſti imputandae calamitates eam ſecutae, quas ipſi contraxerunt, qui emendari aegre ferebant. Colloquium Caroloſtadii et Lutheri cum Eccio Lipſiae anno 1519. habitum.

Admodum autem et ſcelerate errant, qui in huius ſeculi deformitatem atque peruerſitatem et praeſentes aerumnas defigentes oculos, de illorum hominum conſiliis et actionibus male ſentiunt, et eas iudicant vitia et prauitatem conſecutasque calamitates contemplando. Nihil in mente tum ulli erat, neque voluntatis alia incitatio y), niſi religionis pietas et pura doctrina in omni genere diſciplinarum

*) Praeſertim in lectione Noui Teſtamenti.

x) Vinshemius in orat. funebri. Coniunxit Deus haec duo organa ſua, atque hos duos uiros tantos mirabili quodam temperamento, ut cum Lutherus Eraſmo Roterodamo et aliis quibusdam medicus morborum Eccleſiae immitior videretur, Philippus vero eundem curſum urgens, nec ab eo deflectens, lenior ac mitior haberetur, tali συγκρασις medicationis Deo, ſicut videtur, libuit uti in hac extrema Eccleſiae ſeneſcentis aegritudine, quae iam, ut ille de ſeneſcente Rep. ſua dixit, neque morbos ſuos facile, nec remedia ferre poteſt.

y) Conf. F. W. Kraftii Diſſ. de Luthero contra indulgentiarum nundinationes haudquaquam per inuidiam diſputante, Götting. 1749. 4.

1518 narum ut reſtitueretur, unicusque hic ſtudii ardor, ut certa et vera et recta comprehendi tradique poſſent. A qua cura operaque refutari et reprehendi neceſſe ſcilicet erat, dubia, falſa, praua, quae plurima vndique occurrebant in tractatione doctrinae vniuerſae. Fieri autem omnino nequit, quin monendo et docendo, dum errores notantur, minus etiam clementer dicatur interdum aliquid, vt qui ſordida loca expurgant ſolum inquinatum non poſſunt non attingere et ſcalpere verrendo. Accidit autem tum id, quod in fabula, qua narratur, quendam, ne in facinore deprehenſus manifeſto opprimeretur, iuſſum fuiſſe ſibi proſpicere et fuga conſulere, demonſtratumque locum, qua euadere concederetur, vbi nimirum in area puteum vidiſſet, nam ibi maceriam concidiſſe vt fugae exitus pateret. At iſte cum ad locum veniſſet et non reperiſſet puteum, ſed ruinas quasdam veteris putei, recurrit et expoſtulat cum monitoribus, ac negat puteum eſſe eo loco, ſed ruinas putei. Quid tua? inquiunt illi, non enim, vt biberes, ſed vt fugeres, ſuaſimus. Reperiſtine autem demonſtratam maceriam? Reperi, inquit ille, At vos non debuiſtis putei ſed ruinarum veteris putei facere mentionem, Non enim iſte iam puteus eſt, ſed aliquando fuit. Tu vero, inquiunt illi, tibi proſpice et maceriae ruinas quaerito, non diſputato de putei ruinis, ſi tibi tua ſalus curae eſt. At vos, inquit ille, tamen male monſtraſtis. Non nos quidem, inquiunt hi, male monſtrauimus, ſed tu male tibi conſulis rixando alieno tempore. Dumque non deſinit iſte nugator altercari, adueniunt, qui comprehendere eum volebant, et correptum inter litigandum ad ſupplicium trahunt. Quid mollius dici potuiſſet, quam contra impudentiſſimas conciones de indulgentiis dicebatur? Haec admonitio non modo nihil profuit, ſed nouae tum abſurditates prolatae

latae fuerunt. Dumque vna audacia trudit alteram, eo tandem res euaſit, vt glorioſus *Eccius* in arenam 1519 iſtam deſcenderet, qui primo aduentu, vt de milite Plautino paraſitus praedicat, diffiaret vno ſpiritu aduerſantes diſputationes. Congreſſui iſti atque certamini deſtinatus fuit locus *Lipſia* *), vbi quaſi committerentur duo athletae *Caroloſtadius* et *Eccius*, eodemque placuit venire *Martinum* quoque *Lutherum*, quem eſt ſecutus *Philippus Melanchthon*, et operam ſubſidiariam in eo praelio nauauit, admirabilem omnibus, *Eccio* *) ingratam et nocentem. Sed de his negotiis nunc non eſt texenda narratio, et ſentio, me fuiſſe in hac mentione verboſiorem, quam eſſe debuerim, cum huc modo contenderit expoſitio, vt comitatus ille commemoraretur ſocietatis fideliſſimae, non deſerente eo tempore *Martinum Lutherum Philippo Melanchthone*, cum cupiditate ipſius, tum vero inprimis ſtudio veritatis [a]).

*) Plenam huius colloquii hiſtoriam et omnia fere ad illuſtrationem illius pertinentia ſcripta uno faſce collecta nobis exhibet Loeſcherus Tom. III. Actor. et Docum. Reform. Hiſt.

*) Qui Philippum nominauit Grammatellum, ſicut poſtea ſcurra Islebius Philippum ſolitus eſt nominare Bacculaurium Kembergenſem. Nauauit tunc Philippus in illa diſputatione eam operam Luthero, atque ita interpellauit ac refutauit Eccium, ut ille, ſicut erat impatiens, tandem in haec verba prorumperet: Tace tu, Philippe, ac tua ſtudia cura, ne me perturba. *Vinsbemius* in orat. funebri.

a) Edita tunc eſt inſcio et inuito Melanchthone Epiſtola de Lipſica diſputatione ſ. l. et a. in 4. quam admodum moleſte tulit Eccius, atque propterea edidit Excuſationem ad ea, quae falſo ſibi P. Melanchthon Grammaticus Wittenb. ſuper Theologica diſputatione Lipſica

1519

§. XI.

Amicitiae inter Melanchthonem et Camerarium firmatae occaſio.

Hoc tempus occaſionem dedit notitiae noſtrae, quae coniunctione neceſſitudinis deinde eximiae aucta, amicitiae peperit memorabilis vſum, quem, vt ſpero, poſteritas non ignoratura eſt. Nam cum fama promulgatae diſputationis Lipſicae multi excitati eo proficiſcerentur, contulit ſe eodem ex Academia Erphordiana, vbi tunc ego degebam, *Adamus Craphthus*, quem *Cratonem* nominabamus. Hic quod inter nos totius vitae et ſtudiorum omnium eſſet dulciſſima communitas, aliis ſermonibus, quos haberet ſaepe cum *Philippo Melanchthone*, in cuius quandam paene familiaritatem iuuenis ille optimarum artium ſtudioſiſſimus ſe inſinuaſſet, vltro mei nominis et ſtudii fecerat mentionem, et hortando effecerat, vt aliquid ille ad me ſcriberet. Attulitque *Adamus* mihi compoſitos exaratosque a *Philippo Melanchthone* in charta parua verſus graecos quatuor, quorum vltimo hoc compellabar:

ὦ μέγα Γερμανῶν θῦμα παλαιγενέων.

Reliquorum non memini. Et dum teſtimonio eius, qui in tam praeclara eſſet exiſtimatione, mihi placens, oſtento chartam iſtam omnibus, ita neſcio quomodo ibi illa mihi euolauit, ſecundum Plautum, vt fuerit amiſſa. Siue autem commode vel etiam prolixe loquendo de me *Adamus* beneuolentiam mihi tum *Philippi Melanchthonis* conciliauit, ſeu opinione et ſpe bona de me, et vt redderet alacriorem in ſtudiorum liberalium curſu, ſeu etiam naturae qua-

Lipſica adſcripſit, Lipſiae ſ. a. in 4. ad quam Melanchthon reſpondit in Defenſione contra Io. Eckium Theolog. Profeſſorem, ſ. l. in 4.

quadam inclinatione ille complexus me talia ſcripſit: 1519
hoc certe eſt effectum, vt *Philippus* currentem me, quemadmodum dicitur, incitarit, ſtimulosque admouerit pungentes diu noctuque animum, neque ſinentes cupiditatem praeclariſſimi, quemadmodum arbitrabar, ſtudii optimarum diſciplinarum et artium langueſcere. Ex eo tempore videndi ipſum opportunitatem ſemper quaeſiui. — Quam tandem nactus fui poſt triennium metu peſtilentiae et motibus quibusdam temerariis ſchola Erphordiana diſſipata, cum veniſſet ad me Pabepergam in Patriam *Georgius Pactus Vorchemius* optimus et doctiſſimus et grauiſſimus vir (quem Magiſtrum et hoſpitem mihi delegeram Erphordiae) et inde me ſecum probata re meis parentibus, ad viſendam Vuittebergenſem Academiam, quae tanta omnium commendatione celebraretur, abduxiſſet. Sed de me et coniunctione cum *Philippo Melanchthone* mea ſatis, vel etiam, vt aliquis forte dicat, nimium.

§. XII.

Matrimonium Melanchthonis a. 1520. initum, cultumque per annos 37. et ſuſcepti ex eo quatuor liberi. Coniugis probitas et beneficentia. Mariti comitas et humanitas.

Reuerſus Lipſia non depugnato ſed incepto praelio (fuit enim iſta diſputatio veluti claſſicum eius belli, quod, dudum commotum, fieri tunc magis acerbum atque peſtiferum coepit, cuius qui finis tandem futurus ſit, nondum liquet) *Philippus Melanchthon* Vuitebergam maiore contentione animi in theologicam diſciplinam incubit, cum tamen nihilo minus coleret liberales et ingenuas artes, et has omnibus modis augeret et ornaret. Neque diu poſt 1520

 deſpon-

1520 deſponſa ei virgo [b]) fuit honeſtiſſima veteris et praecipuae familiae in ea vrbe, quam duxit vxorem agens annum XXIIII. cumque ea vixit in matrimonio caſtiſſimo annos XXXVII. et vtriusque ſexus liberos ſuſcepit quaternos, filios duos et totidem filias [c]). Deſiit autem parere illa anno coniugii duodecimo. Fuit foemina haec religioſiſſima et viri amantiſſima, materfamilias aſſidua atque diligens inprimis, liberalis et benefica in omnes, pauperum ita ſtudioſa, vt et dando ſine diſcrimine, et deprecando pro illis, et conciliando quibus aliquid poſſet commodi, non modo ſuarum rerum facultatumque minus rationem habere, ſed interpellatione et compellatione pro his ad alios vti ſoleret nonnunquam intempeſtiua. Summa vitae morumque integritate, inque perpetua cura religioſae pietatis honeſtatisque, et victus, et cultus negligens, neque hoc *Philippus Melanchthon* offendebatur, qui nullis deliciarum blanditiis caperetur, et voluptatum omnes illecebras fugeret. Non durus ille quidem, neque aſper aut inhumanus, ſed nimis

b) Catharina, filia Hieronymi Crappii, Conſulis Vitebergenſis. Nuptias celebrauit die Catharinae, i. e. XXV. Nouemb. quo auditoribus hoc diſticho ſignificabat, ſe non eſſe praelecturum:

A ſtudiis hodie facit otia grata Philippus,
Nec vobis Pauli dogmata ſacra leget.

Tom. Lugd. Epp. p. 414. ad Io. Langium ita de nuptiis ſuis loquitur. Vxor datur mihi Catharina Crappia, non dico, quam non ſperata, aut quam frigenti, ſed iis puella moribus, ea animi indole, qualem a Diis immortalibus optare debueram.

c) Georgium in pueritia iam extinctum, et Philippum, Notarium poſtea Acad. Viteb. Annam, Sabini, et Magdalenam, Peuceri coniugem. Varia de liberis Philippi commentatus ſum in Melanchthonianis p. 20. ſqq.

nimis etiam interdum facilis atque indulgens, qui 1520
ne ſodalitia quidem hilariora vitaret, atque etiam congreſſuum talium eſſet autor, quique conniueret ad ſuorum familiarium nimiam aliquando laeticiam. Cum quidem ab ipſo nihil fieret aut diceretur perperam et praue, ſed praeſentia et ſaepe inſtituto eius caueretur, ne leuitas iuuenilium cupiditatum in turpitudinem aliquam erumperet, cum ludis etiam ſeria miſcerentur. Quod fiebat in conuiuiis potiſſimum, quae more Germanico, *rege* [d]) *ſodalitii* creato, apparari ſolent. Tum enim hoc ſeruabatur, vt nunquam conſiderent ad epulas, niſi prius ſcriptis prolatis et recitatis, quae componi oportebat ab illis ſodalibus oratione ſoluta et verſibus. Itaque vt videri poſſit nonnihil ſeuerioris diſciplinae deſideratum eſſe, id tamen praeſtabatur, vt verecundiae pudoriſque nulli congreſſus eorum, qui bonos, vel non ſaltem nihili prorſus et futiles perhiberi ſe vellent, eſſent expertes. Sed redeat oratio ad domeſticam *Philippi Melanchthonis* vitam.

 §. XIII.

d) Mel. in Epp. ad Camer. p. 7. Nuper ἐν τῃ μαγων ex more Regem domi noſtrae pueris creauimus. Forte aduenerat et Ballerhodus, et lata lex eſt, vt quoties habentur comitia, ſuum quisque ſcriptum adferat. Victori προεδρια decernitur in conuiuio. Inde in Epigrammatt. Melanchth. varia de Rege puero reperiuntur, ex quibus vnicum tantum ex edit. Witteb. 1563. 8. plag. I. 4. apponere placet: Ad Regem puerum:

Caetera turba ſuo pro carmine munera poſcit,
Et gratis verſus condere nemo ſolet.
Non ego pro ſtudio mercedem ferre laboro,
Virtutem precium nam decet eſſe ſui.

1520

§. XIII.

Domeſticae Melanchth. uitae ratio, et inſignis benignitas et erga ſtudioſos humanitas. Domeſtici miniſtri, Iohannis Sueui, fides et dexteritas. Impudentia cuiusdam in auferendis a Melanchthone veteribus nummis benignitate eius abutentis.

Cum et ipſe nullis cogitationibus et curis vacaret, niſi ſalutaribus Reipubl. et priuatim tam laudem quam vtilitatem afferentibus, magis quidem aliis quam ſibi, et talem haberet huius vitae ſociam, factum eſt non modo, vt augendae rei familiari nulla opera ab ipſis daretur, ſed vt etiam ea copia, quae ſatis abundans non tam quaerebatur quam affluebat, effunderetur promiscua benignitate, neque parceretur vel pecuniae vel penui, quin petentibus, quicquid in manu eſſet, ſine recuſatione tribueretur. Videres igitur in aedibus illis, perpetuo accedentes et introëuntes et diſcedentes atque exeuntes aliquos. In quibus turba verſaretur omnis aetatis, ſexus, conditionis atque adeo gentis. Exportabaturque et auferebatur non indies, ſed horis ſingulis et paene momentis aliquid. Nam ea domus diſciplina erat, vt nihil cuiquam negaretur. Veniebant autem ad *Philippum Melanchthonem* plurimi, qui literas ad aliquos peterent, qui ſcriptum ſuum quodpiam, vt emendaretur, orarent, qui teſtimonii publici diploma confici vellent. Alii, qui aliqua de re ſua et oblato negotio conſilium, vt ſibi daretur, rogarent. Alii quod accidiſſet publice priuatimue reſpectum ipſius et conſiderationem et opem requirens narrantes. Alii querelas varias deferentes. Multi etiam ſtipem plane exigentes, quam veluti deberi ſibi ab illius immenſa benignitate ſtatuerent. Qua in parte nonnullorum augeri confirmarique impudentiam *e*), et

e) Epp. ad Cam. p. 208. Veniet iſtuc fortaſſe Italus quidam,

et erant qui tunc aegre ferrent, et *Philippi Melanchthonis* facilitatem improbarent. Interea alii ad coniugem aut liberos deuenire, et ſibi ſuisque, quo adiuuarentur et ſubleuarentur, quaerere. Quorum nemo non aliquo munere affectus aut triſtis abire viſus. Ipſe *Philippus* acceſſionis ad fortunas, qua fieret ditior, conſilium cepit numquam *f*), quin etiam oblata emolumenta aliquoties reſpuit, et quae plurimi expetere atque arripere, deque quibus digladiari non deſinerent, ea cum eſſent in poteſtate ipſius, plane abiecit. Quae cum ita, quemadmodum expoſui, adminiſtrarentur, non potuiſſet ſe et ſuos ille alere atque ſuſtentare, niſi diuina quaſi virgula neceſſaria et plura etiam quam abſumerentur, ei vndique affatim ſuppetiuiſſent. In quibus modice retinendis ſi paulalum attentionis voluiſſet adhibere, potuiſſet locupletiorem hereditatem ſuis relinquere *g*). Erat autem in familia ipſius vnus, qui ad eum initio ſtatim venerat, *Iohannes* *) Sueuicae gen- 1520

C 5 tis,

dam, qui olim Monachus fuit, cui cibum et uictum amplius biennio dedi, nunc praetextu litterarum mearum mendicat; ſi ad te uenerit, ne recipias hominem in aedes, nec dederis multum. Eſt enim homo ingratus, moroſus, impoſtor et improbus.

f) Vere dicere poterat: Non opes, non gloriam, non uoluptates quaeſiui. Epp. ad Camer. p. 588.

g) Vinshemius in orat. funebri: ab ambitione quam longiſſime abfuit, honorem et opus non curauit, nec quaeſiuit, quod haec miſera rudera rei familiaris ſatis teſtantur. Delectabatur hoc dicto Achillis, quod eſt apud Philoſtratum: *Εμον ἐςω το πλειον των ἐργων, χρημασι δε πλεονεκτειτω ὁ βυλομενος*, i. e. mea ſit laborum pars maior, pecunia autem abundet, qui uolet.

*) Io. Koch, Heilbrunnenſis, cuius epitaphium a Philippo ſcriptum Vitebergae in coemiterio legitur. Varia de fideli famulo Philippi annotaui in b. Riedereri nützlichen und angenehmen Abhandlungen p. 424. &c.

1520 tis, commendatus a *Hieronymo Pamgertnero*, qui illo famulo vſus fuiſſet, quem, expertus fidem et probitatem eius et amorem erga dominum mirabilem, *Philippus* valde carum habuit. Hic curabat domi ipſius omnia, emendo, condendo, cuſtodiendo, promendo, denique res rationesque domeſticas tractando vniuerſas: Cuius vigilantia, aſſiduitate, circumſpectione, diligentia, non etiam nulla prudentia, et multa incommoda auertebantur in illa familia, et quantum poterat, tantum adiumenti afferebatur, non modo ad ſuſtentandam eam, vt quotidianis ſumtibus impendia ſufficerent, ſed ad copiola aliqua in poſterum muniendam. Hic conſenuit apud *Philippum*, mortuus *b*) in aedibus ipſius, anno Chriſti MDLIII. relicto exemplo famuli et miniſtri eiusmodi, vt nomen eius maiore cum laude memoretur, qui ſeruili conditione fuiſſet, quam multorum potentia et diuitiis et honoribus excellentum. Quia autem mentio eſt facta *Philippi Melanchthonis* cuiusdam, dicendum enim verum eſt, negligentiae in ſuis retinendis et ſeruandis, non putaui reticendum, quod aliquando factum eſt, de quo ipſius procliuitas in largiendo, et quorundam in auferendo proteruitas poterit certius cognoſci. Donabantur ei multa aurea et argentea nomiſmata antiqua. Haec fere auferebat, qui primus, vbi ille accepiſſet, aduenerat, et nobis nonnulla cum daret ſolebat dicere, niſi ego ſumerem, relicturum me eſſe aliis. Quodam tamen tempore denarios compluſculos congeſſerat, qui maxime ſignis et ſcriptura et imaginibus placuiſſent, eos externo cuidam *), quem nominare nunc eſſet inhumanum, cum oſtendiſſet, animad-

b) Programma funebre multis elogiis Iohannis ornatum extat Tomo II. Script. publ. Witteb. p. 9.

*) M. Cyriaco Spangenberg, ut retulit D. Peucerus.

animaduertit contemplatione eorum ipſum valde de- 1520
lectari. Iubet igitur ſumat vnum aut alterum, quos prae caeteris cupiat. At ille, *Ego vero vniuerſos*, inquit, *cupio*. Non negabat *Philippus* ſe impudente poſtulatione fuiſſe offenſum, ſed dediſſe nihil ominus illos, et ſatiaſſe ſe dicebat cupiditatem inuerecundi ſpectatoris, eorum, quibus alterum etiam gaudere et capi, par fuiſſet cum cogitare. Haec igitur non aliquot annorum, ſed omnium, quibus et celebs et coniunx et viduus vixit, vita hac in parte illius fuit. Mirifica autem erat taciturnitas et diſſimulatio beneficiorum in largiendo. Saepeque numero pecunia exhauſta, pocula [i]) ſua ipſe ſolus clanculum detulit ad aliquem mercatorem, nihil curans iuſtumne precium an minus eo perſolueretur. Qua domeſticae vitae ratione expoſita, quia huic loco conuenire haec putauimus, pergamus ordine enarrare reliqua.

§. XIIII.

Comitia Wormatienſia a. 1521. habita. Exorta eo tempore Anabaptiſtarum ſecta: eorum dogmata: addicti iis Nicol. Storch, Marc. Stubnerus, et Mart. Cellarius.

Diſputatione illa Lipſica finita, coepit non ita diu poſt peſtilentiae malum oppido eſſe infeſtum. Itaque tum dilapſus coetus ſcholaſticorum fuit, cum *Martini Lutheri Philippi* que *Melanchthonis* nomine plurimi inuitati, vt Vuittenbergam peterent, feciſſent, vt admodum frequens Academia illa eſſet. Inter quos adoleſcentes duo fuerunt mei Lipſiae condiſci-

i) Tomo Lugd. Epp. p. 458. ad Vit. Theodorum: Pateram, cum tuto id facere poteris, curabis exhiberi Sixto Oelhafio. Commendo eam tuae fidei. Nam decreui ad certos uſus vendere. Habeo ὀπαδὸν φιλοσοφίας πενίαν, (pediſequam Philoſophiae paupertatem) et fero aequo animo. Haec patera Philippo a Duce Pruſſiae donabatur, uti patet ex L. IV. Epp. Mel. p. 95.

1520 diſcipuli ambo, alter etiam contubernalis *Sebaldus Munſtererus* et *Caſpar Cruciger*, quorum vterque virtute ſua et diligentia ſtudii praecipuos honores in illa Academia geſſit, et interuallo ſane multorum annorum mortuus dolorem amicis et deſiderium ſui omnibus maximum reliquit. Secutum eſt tempus, quo conuentu indicto *Berbetomagi* *) in Vangionibus *Carolus* Quintus Caeſar fide publica accerſitum cauſam dicere iuſſit *Martinum Lutherum*, qui tanquam impiae defectionis a religionis ſanctitate et ſeditioſus a Pontifice Romano vel illius potius aſſentatoribus et aſſeclis, accuſabatur. Is cum iter illud ingreſſus eſſet, *Philippus Melanchthon* ita Vuittenbergae remanſit, vt omnem curam laboremque rei ſcholaſticae ſuſtineret. Accidebat autem tum, quod ſimilibus temporibus ſemper ſolet, vt vitiis detectis et apparentibus, cum, qui maxime deberent medicinam facere, negligerent atque etiam plurimi irritarent mala, et quemadmodum dicitur, eſſent vngues in vlceribus, multa ſuſciperentur et fierent cum audacter tum inordinate, nonnulla etiam turbulente. Et *Vuittenbergae* variorum generum diuerſarumque nationum [l]) iam magna copia confluxerat. Et illa omnino aetate *) fatalis rerum conuerſionis, proue-

k) Acta Lutheri coram Caeſare Carolo V. in comitiis Wormatienſibus a Melanchthone conſcripta ſunt, et inſerta eiusdem Hiſtoriae de vita et actis Lutheri, quae ſaepius prodiit.

l) Melanchthon ideo in epiſtola quadam ad I. Menium: Linguae hodie in mea coena erant undecim: latina, graeca, ebraica, germanica, Pannonica, Heneta, Turcica, Arabica, graeca vulgaris, Indica et Hiſpanica. Tom. Lugd. Epp. p. 430.

*) Cum nondum doctrinam Dei beneficio renaſcentem quaſi vagam ac diſſipatam collegiſſet, et ad certam perſpicuae methodi rationem reuocaſſet Praeceptor noſter.

prouenerant homines, qui mouerent et concitarent 1520
et nouarent aliquid indies. Quorum procliuitate
credibile eſt, permittente Deo, abuſum eſſe eum
ſpiritum, qui Diabolus appellatur, quia diuinis ope-
ribus obtrectare et diſſipare atque euertere, quae
poſſit, perpetuo conatur, tam vi manifeſta quam
occultis machinationibus. Non enim audacia et fa-
cinora illa quorundam (de quibus dici aliquid neque
alienum ab inſtituto, et cogitari nunc quoque vtile
eſſe exiſtimo) humanae malitiae videntur fuiſſe. Ne-
que res tamen noua neque inaudita prius iſta tunc
oblata eſt. Nam hiſtoriae ſimilia atque eadem plane
narrant, quibus aliis temporibus animis hominum
in errorem et fraudem inductis, vita perturbata fue-
rit. Non habeo autem pro certo dicere, vbi loco-
rum et quibus maxime autoribus ſecta iſta furioſa,
de qua deinceps dicturus ſum, exorta ſit. Sed vnus
vagabatur paſſim, cuius nomen Germanicum habet
Ciconiae m) ſignificationem. Is ex plebe imperita
et ſimplice plurimos deceptos falſitate opinionis per-
nicio-

m) *Nicolaus Storch.* Epp. ad Camer. p. 24. Cupio ſcire, an inter ruſticos ſit Ciconia νεοπροφητων anteſignanus. Is pollicetur ſibi imperium orbis terrarum, et ferunt intra quadriennium futurum, ut rerum potiatur, et inſtauret ſacra et Reſpublicas tradat ſanctis uiris tenendas. Sic praedicant, apparuiſſe aliquando angelum, qui dixerit ei, futurum, ut Gabrielis ſolium occuparet, quibus verbis regnum promiſſum putant. Io. Manlius in Collect. Loc. commun. (Franc. 1594. 8.) p. 482. Claus Storck fuit primus author Anabaptiſmi, Cygneæ natus, fulloniam artem exercens, et mihi familiariter notus, vagatus eſt per magnam Germaniae partem: ille mihi aliquoties retulit, angelum Gabrielem ſecum locutum eſſe, ac promiſiſſe, eum fore reformatorem Eccleſiae. Nihil fecit palam, ſed clam tantum vagatus eſt, homines fraudauit multis modis. Is fuit magiſter Monetarii, qui ſeditionem in Thuringia

1520 nicioſae complebat. Erat autem facile et in promtu inſectari eos, qui in eccleſiaſtica re praeſidebant, aut munere quopiam fungebantur, in quos nihil tam contumelioſe dici poſſet, quod non factorum illius generis improbitate confirmaretur. Primum igitur eam congregationem, quae a talibus gubernaretur et adminiſtraretur, Eccleſiam eſſe Chriſti negare, et dicere ex illa diſcedendo hanc inſtitui oportere. Et quibus hoc perſuaderetur et placeret, eos denuo baptiſmo initiandos eſſe. Vnde *Anabaptiſtarum* ſecta illa nomen inuenit. Sed non inſiſtebatur hoc loco, progrediebaturque vanitas doctrinae ad ſtatum Reipubl. vniuerſae mutandum. Nihil enim recte et debito modo fieri gerique vſpiam perhibebant, quod ſumma rerum eſſet penes malos, et a religioſa pietate ſtudioque honeſtatis et virtutis alienos, qui ſuis cupiditatibus priuatim ſeruirent, non commodis publicis, et omnia ad voluptatem referrent, in dominatione ſuperba ac inſolente. Atque decreuiſſe Deum extinguere iſtud genus et ſufficere alterum innocentia iuſticiaque et ſanctitate praeditum. Ad cuius exordium atque incrementa, docebant neceſſariam eſſe curam et diligentiam in procreanda ſobole. Et ideo neminem ducere vxorem debere, ex qua non ſciret ſe liberos pios et gratos aeterno Deo et ad communionem regni coeleſtis electos, ſuſcepturum eſſe. Id autem non aliter quam ipſo Deo patefaciente ſciri poſſe. Et iactabatur praecipuum donum Dei in illis coetibus, praedictionis euentuum futurorum, et arcanorum indicii, cuius eximiae et ſalutaris rei in veritate nomen eſt graecum Prophetia. Compertum autem eſt, multis horum per

quie-

gia excitauit. Tandem fuit mortuus in hoſpitali *Monaſterienſi*, ſic fuit eius regni finis. In comment. Epiſt. ad Corinth. Melanchthon narrat, Ciconiam in Xenodochio *Monachienſi* in Bauaria mortuum eſſe.

quietem ſomni mirabilia viſa, et ſpecies quasdam 1520
vigilantibus etiam aliquibus, ſed paucis, oblatas eſſe. Cognitum etiam eſt, fuiſſe in coetu iſto foeminas vaticinantes. *Ciconia* iſte ſe imperitum literarum eſſe penitus ſimulabat, vel erat etiam fortaſſe, praedicans ſibi diuinitus ſcientiam ſalutarem contingere. Eſſe tamen ſtudebant hi in numero ſuo literatos aliquos. Sed et iſti ipſi ſe magiſtros doctoresue homines habuiſſe habereue affirmabant nullos, et copiam ſcientiae ſibi diuinitus conferri vniuerſae. In quibus vnus erat *Marcus* (Stübner) nomine praecipuus, qui ſibi a Deo hoc eſſe datum tributumque eximium gloriabatur, vt ipſe interpretando et explicando ſcripta ſacrarum literarum excelleret. Hic gentis, quae putatur incolere eam regionem, quam veteres Nariſcorum appellarint, ciuis *), aliquando fuerat diſcipulus ſcholae Vuittenbergenſis. Sed ſtudia deſeruerat, ſiue antea, ſeu poſteaquam in illam ſocietatem perueniſſet. – Nam et hoc erat in legibus iſtorum: Ne quis in ocio liberali bonis artibus et literis operam daret: Neu aliunde ſcientiae cognitionisque facultatem quaereret, quam ab aeterni Dei benignitate, cui adiumentis humanis nihil eſſet opus. Nam cur colere aut venerari aliquis vellet Deum? Si non dignaretur eo beneficio, quod datum eſſet patribus et ſanctis viris priſco ſeculo. Quin etiam par commercium colloquiumque eſſe a Deo flagitandum, et vrgentibus tribui. Haec ſecta, abſente in Vangionibus, et poſtea neſcio vbi **), *Martino Luthero* paene anno toto, longe lateque eſt peruagata.

Ciconia

*) Ex Elſterberga, Vogtlandiae oppido, oriundus.

**) Wartburgi prope Iſenacum. Conf. Aug. Antonii diſſ. de Pathmo Lutheri in arce Warteburg prope Iſenacum praeſide Chriſtophoro Cellario, Halae Sax. 1696. 4. et cum notis theologicis fratris Pauli Antonii ſaepius excuſa Halae 1700. 1710. 1718. 4.

1520 *Ciconia* interdum venire Vuittenbergam, ſed ibi minus libere et aperte verſari. Caeteri aliis in locis ſerere fallaces ſermones, quibus animi imperitae multitudinis peruertebantur. Sed grati hi erant plurimis ſpem licentiae rerum omnium et ſimul cuiusdam regni oſtendentes. Quod ſibi *Ciconiam* polliceri credebatur, a quo auditum eſſet, viſum ſe videre aliquando dormientem aduolaſſe Gabrielem angelum, et poſtquam aſtitiſſet propter ſe cum alia commemoraſſe, quae proferenda nondum putaret, tum hoc dixiſſe: *Tu collocabere in ſolio meo.* Idque interpretatum *Ciconiam*, promiſſum ſibi principatum eſſe regni noui et paulo poſt exorituri. Haec initia ſunt cladis et calamitatis, quae peruaſit Germaniam, ſerpente malo paulatim et procedendo acquirente vires, nemine ad cohibendum auertendumue veras rationes ineunte, aut capiente ſalubria conſilia, donec tanquam amnes eo pleniores, quo longius a fontibus feruntur, illi conatus et talia incepta in manifeſtos ſeditionum tumultus et perfidam vim confluxerunt, motuum popularium, et ad extremum in occupationem vrbis Monaſterienſis, et regni nefarii deteſtandum nomen. Quae cauſae fuerunt, vt Germania ſcelere et immanitate rapinarum et caedium foediſſime laceraretur, et paſſim vaſtaretur ferro et igne, de quibus et aliorum narrationes extant, et hoc loco plura commemoranda non ſunt. *Ciconia*, qui vt dictum eſt vagaretur, neque vſpiam fere diu conſiſteret, quae conceperat animo, ea ſtrenue exequebatur. Siue huius autem mandato, ſeu ſponte ſua *Marcus*, cuius ſupra mentio eſt facta, Vuittenbergae aliquantiſper manſit, quem et nos ibi vidimus et cum eo ſumus ſaepe collocuti. Receperat autem eum ad ſe *Philippus Melanchthon*, vel innata ſibi bonitate, cum hominis eum miſertum eſſet, vel vt certius cognoſceret, quid iſtud genus doceret.

Cenſe-

Cenſebat enim neque admittendum neque reiicien- 1520
dum quicquam temere, et quod parum alicui exploratum eſſet. Itaque hic hoſpitem quidem habebat *Philippum*, ſed nihilominus ad alios ventitabat, et non paucos in ſuam ſententiam perducebat. Quorum caput fuit *Martinus Cellarius* o), qui iſtis pertinaciſſime diu ſane adhaeſit et cauſam hanc egit atque defendit. Cumque anno XXV. in Pruſſiam veniſſet, in liberam cuſtodiam Principis iuſſu datus, multa ſcripſit de doctrina illa. Poſtea animaduertens labaſcere partes et ſpem ſe fruſtrari, Baſileam ſe contulit, vbi ducta vxore quiete deinceps vixit. Hic Sueuicae gentis cum *Philippo Melanchthone* Tubingae vſum quendam habuerat, cumque et ipſe poſt diſceſſionem illius Vuittembergam tandem veniſſet, a *Philippo Melanchthone* humaniſſime acceptus et tractatus amantiſſime eſt. Nondum probabat ille ſcholaſticae prioris doctrinae mutatam rationem, deque ea cum *Philippo* ſaepe diſputando pugnabat. Cum autem et ingenio eſſet minime hebete, et ſtudii diligentia percultus, tradidit ei *Philippus Melanchthon* diſcipulos inſtituendos, habuitque ille ſcholam priuatam, frequentem et fructuoſam. Hunc igitur *Marcus* amicum et ſocium et adiutorem et comitem atque etiam ducem nactus, ita tum propemodum ſemeſtre ſubſtituit Vuittenbergae. Vbi fiebant omnia indies difficiliora, leuitate et petulantia cupiditatis rerum nouarum. Iamque non muſſitabatur, ſed fremendo ferebatur palam, non quaſi pedetentim ad tollenda vitia, quae in operationes ſacrorum irrepſiſſent, progrediendum, ſed irruendum et demoliendum

o) Borrhaus quoque dictus, poſtea Doctor et Profeſſor Theologiae Baſileae, linguae hebr. ſyriacae et chaldaicae admodum peritus, obiit 1564. vid. Adami Vitas Theologg. p. m. 399.

1520 liendum ſtatim, quicquid perperam introductum vſurpatumque eſſet. Ac duorum potiſſimum deligebatur repentina mutatio: Ritus actionis in peragenda Euchariſtia, et collocatarum in templis imaginum ſimulacrorumque amotio. Quae non modo conuelli exterminarique, ſed publice per contumeliam, propter venerationis impietatem, exportari et concidi aut comburi volebant. Nequ. carebat factio iſta patrocinio quorundam autoritate praeditorum, in quibus et *Andreas Caroloſtadius* p) nominabatur. *Philippus Melanchthon* tunc quoque fouebat apud ſe *Marcum*, quamuis perſpicue cognouiſſet, inania eſſe omnia, quae afferret, et diſſentanea inter ſe, et pleraque nugatoria, nonnulla etiam eiusmodi, vt non eſſe ſana neque integra eum mente deprehenderetur. Ex quibus vnum hoc duxi exponendum. Quodam tempore ſcribente neſcio quid *Philippo*, *Marcus*, qui forte aduerſus illum aſſediſſet, in ſilentio et cogitationibus ſenſim ibi conſopiri, et demittere caput in menſulam, ad quam ſedebant, et obdormiſcere. Poſt non multum temporis experrectus erigere ſe et intueri *Philippum*, et interrogare ſubito: quaenam eſſet exiſtimatio eius de *Ioanne Chryſoſtomo*; cumque *Philippus* commode reſpondiſſet, ſe ſentire de illo praeclare, quamuis verboſitatem ipſius interdum non probaret: Tum *Marcus*, *Modo*, inquit, *vidi illum ſpecie triſti in purgatorio.* Ad haec *Philippus* primum ridere, mox diſcedere deplorans perturbationem tantam in illo, qui purgatorii faceret mentionem eam, quam ipſorum aliae diſputationes mirifice refellerent.

§. XV.

p) Melanchth. in Epp. ad Camer. p. 16. Videt illud Alphabetum adplaudere multitudinem, cuius fauorem et gratiam iam olim mihi uiſum eſt pluris, quam diuina humanaque omnia facere.

1520

§. XV.

Anabaptiſtae a M. Luthero a. 1522. ex Pathmo reuerſo compeſcuntur.

Sed cum *Philippus* pondere rerum et negotiorum difficultate ſuperaretur q), neque iis, quae ſibi imponi indies grauiora ſentiebat, par eſſet, et impendentium periculorum magnitudinem perſpiceret r): crebris ſuis aliorumque literis permouit *Lutherum*, vt Vuittenbergam rediret. Et ille (qui

D 2 pau-

q) Melanchthonem per nouos Prophetas nonnihil turbatum, Lutherus erigit epiſtola, in qua docet, quomodo eorum vocatio et ſpiritus probari debeat, antequam audiantur. Extat egregia haec epiſtola Tomo II. Epp. Luth. p. 41 b. Riſu dignum eſt mendacium, quod Frid. Staphylus, non Lud. Creſollius, uti Morhofius T. I. Polyhiſt. p. 7. ſcribit, primum ſpargere auſus eſt, Melanchthonem factum eſſe piſtorem. Sic enim in Epitome Theologiae M. Lutheri trimembri (ed. 1558. 4.) ſcribit plag. F 2: Hinc Melanthon quoedam et Caroloſtadius occaſionem ſumſerunt, ut hic Vittenberga relicta in proximo pago ex oratore repente fieret arator et ruſticus, ille perſuaderet ſuis ſcholaſticis, ut omni Philoſophiae literarumque ſtudio abiecto ſeſe ad aliquod mechanicum opificium conferrent: philoſophiam enim inanem eſſe, Deo non placere, cum omnes ſimus θεοδίδακτοι. Crediderunt id plerique. Scimus enim alicubi inſignes urbes, in quibus iuuentus adeo a literarum ſtudio ſubtracta fuit, ut ad biennium ſcholae omnes vaſtae relictae fuerint, donec Lutherus ex Pathmo reuerſus alterum corrigeret eiiceret alterum e Vittenbergenſi ditione. Hanc fabulam auctam repetierunt Surius, Ulenbergius, Raemundus aliique. Originem illius cum confutatione nobis dedit Iac. Guil. Feuerlinus in quaeſtione, an Vitebergae eodem tempore duo Philippi fuerint Profeſſores, inſerta Miſcell. Lipſ. Tom. VII. p. 129 ſqq.

r) Extat quoque epiſtola Melanchth. de his turbulentis hominibus ad Electorem Sax. in Seckendorfii germ. Hiſt. Lutheraniſmi p. 452.

1520 paulo ante clam paucis diebus ibi fuiſſet) tunc palam eſt reuerſus, neque indicata re Principi, neque quoquam permittente, animo excelſo et confidente. Et niſi hoc facere maturaſſet, res Vuittenbergenſis non modo grauiter afflicta atque vexata, ſed perdita et funditus diruta fuiſſet. Reuerſio eius incidit in Nonarum Martii dies, Anni Chriſti M D XXII. quibus diebus conciones eo habente omnia conquiеſcebant, et audientes, cum ſingularem facultatem explicandi ſuſceptas res, tum dicendi vim, tum etiam virtutem atque fortitudinem admirabantur et reuerebantur autoritatem. Interrogatus tunc vnus *) ex *Marci* familiaribus, ecquid Doctorem eſſe *Lutherum* egregium iudicaret? Immo, inquit, angeli non hominis vocem mihi audiiſſe videor. Sed *Marcus* iis diebus aberat, cum neſcio quo quarumue rerum cauſa diſceſſiſſet. Mox tamen hic ſe Vuittenbergam ad ſuum, quem ibi habebat, gregem recepit. Qui rurſum ad ipſum confluere et opiniones hauſtas inter ſe confirmare, et *Marco* ad retinendas et defendendas eas animos hortando addere. Inque omnibus maxime et ardentiſſime M. *Cellarius*, cuius paulo ante meminimus. Placuit igitur *Martinum Lutherum* accedi, et ei ſummam doctrinae exponi. Aegre *Lutherum* hoc conceſſiſſe reſciui. Sed tandem certo die et hora fecit poteſtatem *Marco* ad ſe veniendi, ſolo *Philippo Melanchthone* ſibi adhibito, cum *Marcus Cellarium* et alterum quendam ex ſuis adduxiſſet. Audiuit *Lutherus* placide narrantem *Marcum* ſua. Cum dicendi finem feciſſet, nihil contra illa adeo abſurda et futilia diſſerendum ratus *Lutherus* hoc modo monuit: *viderent, quid agerent. Nihil eorum, quae commemoraſſent, ſacris literis niti,*

*) Gabriel quidam Torgenſis. Scilicet Gabriel Didymus ſ. Zwilling, cuius vitam deſcripſit Io. Ge. Terne, Lipſ. 1737. 8.

niti, commentaque eſſe cogitationum curioſarum, aut 1520
etiam fallacis et fraudulenti ſpiritus deliras et pernicioſas ſubiectiones. Ibi *Cellarius* et voce et geſtibus veſanis, cum et ſolum pedibus et propoſitam menſulam manibus feriret, exclamare et indignari, auſum eſſe *Lutherum* ſuſpicari tale aliquid de diuino homine. At *Marcus* paulo ſedatior, *vt ſcias*, inquit, *Luthere, me ſpiritu Dei praeditum eſſe, ego, quid in animo tuo conceperis, ſum indicaturus, idque eſt: Te incipere inclinari ad haec, vt meam doctrinam veram eſſe credas.* Cum *Lutherus*, vt ipſe poſtea dixit, iſtam dedita opera ſententiam cogitando eſſet complexus: *Increpet te Deus, Satana.* Poſt haec plus verborum faciendum *Lutherus* non putauit, et minantes gloriantesque eos dimiſit. Ac neſcio quid pollicentes de mirabilibus effectionibus, quibus probaturi ſua eſſent, cum hoc modo dixiſſet: *Is Deus, quem ego veneror et colo, facile veſtra numina, ne quid tale efficiatur, coercebit.* Eo die oppido illi exceſſerunt, et *Chembergo* diſtante paſſibus amplius millibus quinque literas plenas maledictis et execrationibus ad *Lutherum* miſerunt, de quibus longiorem eſſe narrationem hanc meam non decet. De *Ciconia* autem et *Marco* ipſo quid factum ſit, et quid ipſi amplius conati, quique exitus vitae eorum fuerint, non habeo compertum, deque eis narrata atque prodita ſcio neque temporibus neque perſonis conſentanea. Et in exponendis his fui prolixior, quod iſtis rebus et negotiis omnibus *Philippi Melanchthonis* labores, curae, opera, conſilium, fides, implicarentur.

§. XVI.

Melanchthonis in docendo Wittebergae aſſiduitas et ſtudium.

Poſt haec res ſatis tranquillae toto biennio fuerunt, *Martino Luthero*, quem non deſinerent ad-

 uerſa-

1520 uerſarii cum manifeſto dedecore ſuo et cauſae, quam agebant, detrimento, laceſſere ſcriptis leuiſſimis atque etiam ineptiſſimis, magno animo et ſumma contentione aſſerente ſuá et aduerſariorum ſcripta confutante. Scholaſticam autem doctrinam publice priuatimque aſſiduo exercebat *Philippus Melanchthon*, optimarum artium ſtudia conformando et expoliendo, ordiens ab horum quaſi pueritia *) et progrediens ad vltimam veluti aetatem **) (id quod annis aliquot perfecit) vt initium cum fine denique coniungeretur et coiret, et omnis iſta tractatio orbe vno comprehenſa abſolueretur, cuius graecum nomen eſſe placuit ἐγκυκλοπαιδείαν. Atque idem ſacrarum etiam literarum diuerſas interpretationes explicationesque conficiebat et elaborabat s). Cum interea ab occupationibus aliorum negotiorum et opera, quae dabatur omnibus vti volentibus, nihil ei quietis aut ocii vel ad corporis valetudinisque curam, vel aliam vitae ſuauitatem et recreandum animum relinqueretur, neque ab ipſo vſurparetur, praeter vnam voluptatem, quam ex conſuetudine et familiaribus colloquiis amicorum percipiebat, qua, quoties licebat, libenter fruebatur. Quod autem tum facere coepit, vt ſeruiret voluntati atque etiam cupiditati quorumuis, et obſequium ſuum in promtu cunctis eſſe vellet, ab eo omni poſtea tempore non voluit recedere. De quo quidem et memini diuerſa iudicia diuerſorum audire, et intelligo in vtramque partem

*) a Grammaticis, Dialecticis et Rhetoricis progymnaſmatis.

**) Complectebatur Ethica, Phyſica, Mathematica et initia doctrinae chriſtianae vna cum hiſtoriarum et linguarum ſcholis et eccleſiis neceſſariarum cognitione.

s) Conf. meine Nachricht von den Verdienſten Melanchthons um die h. Shrift, Altd. 1773. 8.

tem diſputari poſſe. Idque indicabo, vbi prius de habitu corporis ipſius et valetudine et natura atque ingenio ac moribus, quam hoc loco apte inſeri poſſe exiſtimaui, narrationem abſoluero. 1520

§. XVII.

Melanchthonis habitus corporis et animi: ſtatura, forma, inſomnia, incuria corporis, animus vehemens, comitas, candor, naturae bonitas, manſuetudo, feſtiuitas, felicitas memoriae, officioſitas, liberalitas, pro amicis ſolicitudo, laborum tolerantia, verecundia, valetudo, morbi, victus, veſtitus, vox, inceſſus, geſtus.

Fuit ſtatura *Philippus* breuiore [t]), non tamen breuitate notabili, cum a communi virilium corporum modo illa non procul abeſſet. Membrorum compoſitio plane elegans, frons explicata et ardua, inſignis vena quadam ampliore in illa eminente, capillus rarior, collum procerum, iugula inſigniter concaua, oculi pulcri et acies horum mirabiliter clara, pectus ſatis amplum, venter et ilia aſtrictiora. Omnium autem partium corporis et integra atque vera ſua figura et congruens erat ſoliditas. Senſus omnes acres, in corpore nulla mole carnium grauato, et eiusmodi, vt facile illud quidem propter ſubtilitatem afficeretur, ſed laboris tamen eſſet patientiſſimum, neque facile defatigaretur. Atque narrabat ipſe quoties adoleſcens Tubinga Stuggardiam ad *Capnionem* veniſſet [u]), id quod ſaepe facere conſue-

 uiſſet,

t) Hinc verſus:

Corpore qui paruus, maximus arte fuit.
Maximus hic meritis, ſed paruus membra Philippus
Pone iacet tumulum, magne Luthere, tuum.

u) Digna ſunt lectu, quae ipſe Melanchthon in Manlii libello medico p. 46. (edit. Baſil. 1563. 8.) de hac re

1520 uiſſet, et illa vina bibiſſet pleniora, artuum dolores ſe ſtatim coepiſſe inuadere, et ideo ſtuduiſſe citius reuerti Tubingam. Vna fuit ei moleſta inſomnia. Nam accidebat nonnunquam, vt totam noctem vigilaret, quo incommodo cum propter debilitatem, quae conſequebatur, tum obſtrepentes, vt fit, cogitationes iniucundas, grauiſſime affligebatur. Sed hoc malum depulit diligentia in victu, praeſertim cum aetate procedente vinis vteretur plenioribus *) et aliis generibus potus, quibus ſomnus conciliari ſolet. Ad quem ſe dabat ſtatim poſt coenam, et ſurgebat mox aut non longo interuallo poſt mediam noctem **). Omnesque ſcriptiones et commentationes, caeteraeque res, vel ſaltem praecipuae, matutina opera ab eo perficiebantur. Requirebatur autem ab eo quies ſomni nocturna placida. Quantum igitur poterat, cauere, ne qua re perturbaretur animo iturus cubitum: et eam ob cauſſam literarum veſpere allatarum lectionem in poſterum diem plerumque differre, earum praeſertim, quas principes aut ciuitates miſiſſent, quibus rem ſeriam atque magnam agi ſuſpicaretur. Atque ſeneſcens poſt meridiem interdum, non ille quidem in lecto, ſed ſupra

re ſcribit: Memini Capnionem, diuitem virum, non pluribus quam duobus ferculis in prandio vti: veſperi vero vnico erat contentus. Solebam illi adducere ſcholaſticos, meos commilitones, quia delectabatur iuuenum conſuetudine. Doctiores mecum ibant propter bibliothecam, habebat enim pulcherrimam. Viſa ad lubitum ea, poſtea hortum accedentes luſu aliquo nos recreabamus. Sic igitur ſemper ipſe erat contentus duobus ferculis, aut ad ſummum tribus in prandio: et veſperi vnico. Ipſe bibebat loram, nobis non permittebat bibere eam, ſed dabat nobis vinum.

*) Rhenanis, Alſaticis et Ciſalpinis.

**) hor. 2. aut 3.

pta ſcamnum alicubi recumbens et ſomnum capiens 1520
conſpectus eſt. Cum autem eiusmodi potum, quem diximus, prodeſſe ei increbuiſſet, vndique ad ipſum benignitate principum ciuitatumque et amicorum aliorum ſtudio ille mittendus curabatur. Conſtat fuiſſe admonitum primis ſtatim annis aduentus ſui *Philippum* ab illuſtriſſimo Principe *Friderícho*, ſubiiciente, vt videtur, hoc optimo et doctiſſimo humaniſſimoque viro *Georgio Spalatino*, quo Princeps peculiari ſacerdote vtebatur, vt haberet rationem ipſe ſui in conſeruanda valetudine, neu vini vſum intermitteret *w*). Valde autem delectabatur copiola quadam boni et egregii potus, non tam ſua ille quidem, quam hoſpitum, quos et inuitabat humaniſſime, et libentiſſime accipiebat, et aliorum quoque, quibus hunc impertiebat, gratia. Nemini autem omnium in toto oppido cella ipſius clauſa erat, et quicquid ea condebatur, id petenti promi in hac domo mos erat. Attentione igitur ille et diligentia aſſequebatur, vt talis corporis firmitas perpetuis laboribus ſufficeret et inter continuos illos duraret. Cum et a medicinis magnopere abhorreret, neque vllam exquiſitam curam corporis adhiberet, ac potius in hac re et parte eſſet negligentiſſimus, vel is etiam, qui propoſito deſtinato omitteret atque adeo fugeret omnia, quae corpori curando apta ſunt. Vnde factum eſt, vt tandem balnea *) etiam prorſus vitauerit,

w) Adami in vitis Philoſophorum p. m. 188. Viderunt amici epiſtolam a Principe Electore Friderico tunc ad eum ſcriptam, qua ipſum hortatur, vt valetudini parcat, nec nimio ſe labore conficiat, et e cella ſua commodum potum illi offert. Citabat in ea epiſtola optimus Princeps dictum Pauli Apoſtoli: Honorem habendum eſſe corpori: Et ſi caetera dicta Pauli vera eſſe credis, inquit, et hoc verum eſſe atque illi obediendum crede.

*) Inde vsque ab A. 40. quo egit annum 43.

1520 uerit, quae aliquando cum amicis ingredi conſueuiſſet. Atque in tali corpore, quale eſt deſignatione quadam a nobis effictum, animus erat, quem et illud caperet, et qui idoneum iſtud quaſi domicilium haberet. Humor, quem flauae bilis nomine appellant, abundantior, materiam praebebat affectionibus animi vehementioribus. Grauiter ergo commouebatur, eratque in eo impetus hic repentinus, qui tamen ſedabatur celeriter *). Reipubl. et amicorum negotiis ex animo afficiebatur, et hae curae interdum ſic excruciabant animum ipſius, vt morbus contraheretur. Sed naturae vi, bilis deiiciendo expellebatur, eoque alleuari ille ſe ſentiebat. Ingenio fuit liberali, comi, admodum benefico et humaniſſimo, ad gratificandum ſemper paratus. Etiam minimis in rebus officiisque praeſtandis non modo ſatisfaciebat expectationi omnium, ſed hanc ſuperabat quoque. Quinetiam ſua interdum merita aliis eum tribuiſſe et aſſcripſiſſe cognitum eſt x). Non ille conſulto alterum quemuis vel aperte maledictis laedere, vel oblique infamare, aut nigros ſales, vt dicitur, aſpergere, notamue et ignominiam vlli inurere. Nullum etiam fere dictum aut factum alicuius tam duriter vnquam accepit, vt ab illius beneuolentia familiaritateque et vſu refugeret. Nullae in eo maleuolentiae aut ſuſpicionum latebrae. Nullae aemulationis quaſi inſidiae. Nihil ſubdolum, ſimulatum, tectum, fallax, contraque ſincera, ſimplicia, aperta, vera omnia, oratio libera, ſaepe etiam ſine circumſpectione et conſideratione, coram quibus illa haberetur; exceptaque eſſe quaedam dicta ipſius, et ad quosdam inuidioſe delata, notum eſt. Quod cum ipſe

*) nihil magnum, quod non placidum.

x) Variis exemplis hoc demonſtraui in Commentatione mea de meritis Melanchthonis in S. Scripturam p. 81 ſqq.

ipſe ſciret, nullam tamen cautionem huic parti adhibebat, ne ab amicis quidem et beneuolis admonitus. Eadem in ſcribendo libertas erat, quinetiam libros ſcriptaque ſua omnia, et literas, quae afferebantur cotidie plurimae a diuerſis et diſſimilibus conditione, loco, fortuna, relinquere omnium oculis et manibus expoſitas, ex quibus ſubtractum plurimum eſſe conſtat y). Et ipſe hoc animaduertens, hortantibus ſuis etiam, vt cuſtodiret ſua, praeſertim cum aliis hoc, vt facerent, aſſidue praeciperet, neque pericula tantum, ſed malum praeſens ſaepe demonſtrantibus, adduci nunquam potuit, vt eſſe aliter inciperet et ſententiam conſuetudinemque hac in parte ſuam mutaret. Voluntati aliorum promtiſſime inſeruiebat atque adeo cupiditatibus indulgebat, cum erga ſe eſſet duriſſimus et immitiſſimus. Quae non fiebant iudicio, ſed naturae manſuetudine et bonitate. Seque intelligebat ipſe hoc agendo peccare, cum ſciret et teſtaretur, quam pernicioſa res eſſet impunitas et licentia, neque eam coerceri amplius poſſe ſaepe deploraret. Pueros paruulos nimio paene amore complectebatur, et naturae affectio haec in ipſo inſignis et paene intemperata fuit, prudentia in aliis ſumma et conſideratio, quid deceret. Nihil ruſticum aut agreſte, feſtiua et venuſta plurima. Iocis delectabatur, vel tempeſtiuos potius, vt inter epulas et peregrinationes, minime triſtis atque horridus natura, non vitabat. Vtebatur autem iis ridiculis, quae ſine contumelia ac probro mordentia laederent neminem, et ſales haberent non ineruditos. Ambiguis libenter et ſuauiter ludere cum pueris maxime et adoleſcentibus ſolebat, hoc ipſo etiam exercens intelligentiam illorum ad ſerias fallacias 1520

y) Inter hos praecipue referendus eſt Matthias Flacius.

1520 cias conſiderandas et explicandas, iisque enarrandis ingenia eorum acuens, et alios conſideratione horum fatigari cernens et explicando interdum falli, iſtam hilaritatis occaſionem habebat. Hiſtorias quoque et narratiunculas vtiles et memorabiles crebro exponebat. Moribus omnino placidiſſimis et manſuetiſſimis fuit. Comitas in eo et affabilitas prorſus ſuauis. Si quando etiam vehementius perturbabatur, vt veluti de poteſtate videretur exire, ſedabatur ea cito quaſi tempeſtas, et redire ſtatim ille ad ingenium, ferreque, vt antea, quaecunque ei imponebantur onera, et exequi, quod mandabatur, et efficere, quod petebatur. Idque in ſe vel vitium vel vitii quiddam ſimile ipſe agnoſcebat z). Ac poſtquam deferbuerat ardor ille, iocans *) de ſe meam referebat interdum narratiunculam et rythmos noſtrates **), quibus perhiberetur quidam percutere et confodere, et eſſe tamen vim illam ſaeuitiae lentam atque mitem. Itaque vt iracundiae commotio in eo erat et ſubita et acris, ſic nemo illo cognitus eſt placabilior, quique moderari ſibi et temperare affectionibus ſciret melius. Animus ipſius in nullos inuidia, odio, maleuolentia ſuffuſus, ad omnes autem apertus atque ſimplex admirabilem in modum. Inter docendum interrogare aliquos fere ſolebat de iis, quae tractabantur. Idque faciebat admodum ſcite et appoſite, quod praecepta artium liquido teneret, et meminiſſet exquiſite. Fuitque in

z) Saepe ex animo indignor, ſcis enim me eſſe ὀξύχολον, (iracundum celeris, ſed breuis irae,) quod etiamſi vitioſum Stoici putoint, tamen fateor. Tom. Lugd. p. 459.

*) De nihilo nihil eſt iraſci, ſolebat ipſe de ſe dicere.

**) *Er hewt vnd ſticht, vnd thut doch niemand nichts.*

in eo valde bona memoria non rerum modo et ſen- 1520
tentiarum, ſed verborum quoque et orationis. Quae igitur legendo comprehenderat, ea haerebant in animo ipſius. Et, ſi quid forte commentatus perſcripſerat, paruo negotio idem verbis propemodum eisdem et eadem ſerie horum ſine ſcripto poſtea pronunciabat. Itaque diſputando in reſponſionibus ad obiecta aduerſariorum plurimum valebat, et erat illis metuendus. Id quod non ſemel, inſtitutis de religione doctorum virorum diſſentientium partium colloquiis, cognitum eſt. Si res ſeria ageretur, ſtudio habebat hoc inprimis, ne eſſet dubia oratio et ſententia incerta. Neque peius quicquam oderat, quam in argumentando verſutias et fallacias concluſionum, quae σοφίσματα, et quam totam non facultatem, ſecundum Ariſtotelem, ſed voluntatis incitationem σοφιστικήν appellarunt. Et ſermo igitur planus atque purus, et id quod volebat intelligi (intelligi autem volebat concepta animo vera et definita ac certa) ſignificans, in ſtudio ipſi erat, et cogitationes contortas argutiis implicantibus iraſcebatur, ita ſaepe grauiter, vt ſtomacharetur, et obiurgando ipſe peruerſitatem callidorum et veteratorum increparet acerbius. Ea autem erat acrimonia illius, vt celeriter deprehenderet talia, neque fere eum quicquam falleret in hoc genere. Vſque adeo autem abhorrebat a dubiis et incertis ſermonibus, vt ambiguas figuras orationis in rebus ſeriis quamuis vſitatas ferret iniquius. Ac memini aliquando inter epulas, cum vinum appoſitum ipſi valde probaretur, iubere illud ex conuiuis vnum guſtare, et dicere, quid videretur. Qui cum reſpondiſſet conſueta ἀντιφράσεως forma: Eſſe illud haud malum, paene cum indignatione *Philippi Melanchthonis*; Bonum, inquit, vinum ſic laudari non debet; quod ſimplicem et propriam commendationem vſurpandam cenſuiſſet. Hoc etſi vulgari-

1520 garius atque leuius, moris tamen in illo huius indicium illuſtre non putaui praetermittendum. Vſque adeo vero indiſerta, confuſa, vaga, indefinita, inexplicataque auerſabatur, vt, quoties cum aliquibus de tempore eſſet conſtituendum, ſemper momentum horae iuberet nominari. Et iis ſuccenſebat, qui intra aliquas horas duas aut circiter conueniendum agendumue quippiam eſſe dicerent. Similiter in mandatis dandis exponendisque negotiis maximopere enitebatur, vt, de qua re ageretur, ea res plane et expreſſe demonſtraretur. Itaque non ſolebat curare iubendum ſignificandumue aliquid, quod ipſe coram narrare, indicare, mandare poſſet, ſed hoc munus exequebatur ipſe. Cogitandi et omnia diligentiſſime expendendi in eo cura paene erat infinita. Itaque in ſua inquirere ipſe ſemper et retexendo ſtudere fieri meliora. Quodſi in vno ſtudiorum genere ei perſeuerare, inque illo ocioſe verſari conceſſum fuiſſet, haud ſcio, an ea opera efficere et edere potuiſſet, quae omnium aliorum elaborationes longe vincerent. Nunc hoc fiebat, vt nihil vacui temporis ipſi relinqueretur prorſus, ſed et iis continuo occuparetur, quae ſupra indicaui, et nouo quodam mirifico labore inſuper defatigaretur. Coeperant enim plerique ipſius et aliorum celebritate moti expetere, vt manu eorum aliquid in ſuis libellis perſcriberetur, quod oſtentare poſſent. Atque aliqui ad tales ſcripturas chartas conglutinatas et libellos peculiares [a]) circumferre, cui rei incredibile eſt, quantum temporis operaeque tribuerit, cum, qualis res eſſet, animaduerteret, et negando tamen neminem vellet offendere. Iam quicquid tunc ab aliis Vuittenbergae librorum conficiebatur in omni genere doctrinae, eorum nihil ſine hoc quaſi Theſeo,

a) Alba, vulgo Stammbücher.

ſeo, vt dicitur, vel non ipſo plane magiſtro et au- 1520
tore elaborabatur [b]). Quae vero in doctrina publica dicebantur, quae recitanda forte erant ſolennibus in conuentibus, quae proponendae aliquarum rerum ſignificationes, ab hoc vno ſcribebantur. Atque viſae ſunt chartae cum humidis adhuc literis reliquae afferri iis, qui iam pronunciare compoſita ab eo priora coepiſſent. Quid dicam de prooemiis [c])? quibus ſi ab hoc ſcriberentur, quod commendari omnes et vendibilia fieri opuſcula ſua ſcirent, expetebant haec plurimi, cum interea et externis daretur opera aliqua ipſius, conſcribendis iis, quibus illi docendo, concionando, diſputando vterentur. Sed hos labores [d]) et iſtas occupationes tantas aequabat vel etiam

b) Recte igitur O. F. Schützius L. I. Vitae Dav. Chytraei p. 91. Non abludit a more ſeculi non adeo vituperando, quo tanta Philippi, communis Germaniae Praeceptoris cum in quacunque arte, tum praecipue in rhetorica, qua thematum curatam inuentionem et ſermonis puritatem, autoritas erat, vt ne ipſos quidem Doctores in Academiis puduerit, recitare verbotenus, quae illis Philippus optimus in dicendo Magiſter, praeſcripſit, cuius rei fidem ſinguli Tomi Declamationum Philippi facere poſſunt. Iac. Heerbrandus in orat. funebr. in Mel. idem teſtatur, ſcribens: Suo labore et ſudore libros ſcriptos et alia interdum ſub amicorum nomine, vt ipſos quoque celebres redderet, edidit.

c) Praefationes Melanchthonis ſuis et aliorum libris praefixas colligebat et edere ſecum conſtituebat Martinus Mylius, qui ideo per quoslibet annos eas indicauit admodum accurate in rariſſimo libro, cuius titulus eſt: Chronologia Scriptorum P. Melanchth. Gorlic. 1582. 8.

d) Cum ob immodica ſtudia Lutherus timeret, ne litterarum nimia inſania valetudinis acceleret iacturam, ſcribebat ad Eraſmum, eumque orabat, vt eum per litteras moneret, vt ſe litteris bonis ſeruet, quia, inquit,

1520 etiam ſuperabat vnus. Literas, quibus aliqui commendarentur, et teſtimonia perſcribendi, quae non modo patiebatur facile abs ſeſe impetrari, ſed dabat etiam perquam liberaliter et prolixe. Nam et facultates ipſius et operae quibuscunque dari illae poſſent, in promtu cunctis, neque ſuum ei quicquam tam proprium erat, quam communia omnia omnibus. Atque eſt facilitas iſta, et haec ea res, quam ſupra notauimus et reprehendi poſſe ſumus confeſſi. Cum quidem reprehendi interdum audiuerimus. Deque ea, quoniam dubium non eſt, venire in mentem vnicuique, quid culpantes dixiſſe et nunc dicere credibile ſit, mihi ſilendum eſſe duxi. Sed vituperatione tamen liberare eum, vt opinor, poteſt, immenſa bonitas humanitasque naturae, et nullum ſibi ſuisque proſpiciendi et conſulendi ſtudium, et ſeruiendi aliorum commodis more etiam confirmatum propoſitum, et benefaciendi geſtiens voluntas: Ac fortaſſe etiam flagitatores partim moleſti improbitate, partim aſſiduitate acres, quos illum quoquo modo abſoluere atque dimittere voluiſſe, mirandum non eſt: In quo animus ſcilicet illis explendus fuit. Itaque pauci, quod optauiſſent, non fuere conſecuti. De nullo autem ſcribebat quicquam non admodum honorifice et exquiſitis verbis atque ſententiis. Ac ſi cauſa magna eſſet, cur hoc facere nollet, nihil ſcribebat potius, ſcimusque pecunias ſaepe eum aliquibus dediſſe, vt illi diſcederent,

quit, hoc capite ſaluo, neſcio, quid maius ſpe nobis pollicemur. T. I. p. 157. b. Epp. Luth. Quod Eraſmus etiam fecit, ſic eum alloquens: Moderare ſtudiorum labores, quo diu iuuandis litteris ſuppetere poſſis: nam audio, tibi valetudinem eſſe non prorſus adamantinam. Poſtremo vel in hoc vitam cura, ne gratum facias τοις βαρβαροις τȣτοισι. cf. Eraſmi Op. Epp. p. 339.

derent neque inſtarent literas petere, et ita quaſi 1520
redemiſſe ab eis interpellationes. Quae cuncta quamuis in vitio eſſe videantur: ita tamen et ipſa fuerunt indicanda. Vt enim in facie formoſa naeuum referre expreſſa illius imago debet: ſic narratio de magnis et praeſtantibus ſapientia atque virtute viris labeculam quoque aliquam, ſi forte adſit, repraeſentans non facere hoc perperam exiſtimanda eſt. *Philippum* omnino *Melanchthonem* mira afficiebat ſolicitudo de euentu rerum, negotiorumque, quorum ille particeps eſſet factus, et tum maxime cum acciderat, vt aliquid ipſe cenſeret aut ſuaderet, vſque adeo cauendum eſſe bono viro ſtatuebat, ne culpam admitteret, neue per errorem quoque aut imprudentiam cauſſam mali daret. Inque his aliquando angoris perturbatio tanta fuit, vt illi paene ſuccumberet *e*). Cum caeteris rebus et maxime priuatis atque ſuis, animum ſatis bonum haberet, vel etiam magnum atque excelſum, qui et iniurias patienter ferret atque adeo contemneret, et in periculis adeundis minime eſſet timidus *f*). Verecundia in eo tanta fuit ad vltimum vitae diem, quantam haud ſcio, an qui in altero cognouerit, reperiatur nemo. Sed interea nihil omnino quod inhoneſtum non eſſet neque turpe, quamuis paruum atque humile, facere eum pudere aut pigere. Itaque ea ipſum tractare, agere, exequi multi viderunt, quae infimi etiam famuli inuiti et grauate adminiſtrare cernun-

e) Quod maxime animaduertitur in conſilio dato Philippo Landgrauio in cauſa bigamiae.

f) v. Schelhornius Tomo II. p. 57. ſqq. ſeiner Ergötzlichkeiten ſingulare nobis de fortitudine Melanchthonis exhibet ſpecimen. Conf. quoque Adami vitae Theologg. p. 357. et Epp. ad Camer. p. 421.

1520 cernuntur g). Valetudo cum initio eſſet minus bona viuentis ſub alieno coelo et inuſitata ratione cibi et potus vtentis, et corpus valde attenuaretur, et peruigilationibus debilitaretur, quemadmodum diximus, temperantia tamen moderatoque ſimul et accurato victu illam corroborauit, vt ſtabili et firma vteretur, neque morbos h) haberet vllos infeſtos, praeterquam calculorum a ſtillicidio veſicae, quemadmodum Plinius locutus eſt (haec Graecis eſt λιθεϱία et λιθίασις νεφϱιτικὴ,) quorum ſaepe acerrimos ſenſit cruciatus. Non multis annis ante mortem etiam oculorum epiphoris atque lippitudine conflictatus eſt, et cum ſpirandi viae ſemper patuiſſent, neſcio qua de cauſſa nares tandem obſtructae fuerunt, id quod grauiſſime moleſtiſſimeque tulit. Humoris etiam ad lumbos vapores et flatus (qui grauis interdum aegritudinis cauſſam dant tam corpori quam animo, πάθη haec ὑποχονδϱιακὰ vocarunt) tentabant eum nonnunquam, vnde doloris nonnihil capiebat. Potus ei neceſſarius erat, gratus et bonus. Eſca qualibet ſine faſtidio veſcebatur. Sed cibos precioſos et opipare conditos et delitias epularum prorſus oderat i). Piſciculos minutos

g) Adami in vitis Philoſophorum p. m. 198. Accidit aliquando, ut Gallus ſalutandi cauſa adueniret, et Philippum in hypocauſto offenderet altera manu cunas motitantem, altera librum tenentem: id cum hoſpitem mirari animaduertiſſet; Philippus patrisfamilias officium et infantum coram Deo gratiam tanta pietate expoſuit peregrino, ut doctior ille abiret.

h) Singularem de morbis Melanchthonis commentationem conſcripſi, quae extat in Melanchthonianis p. 49—80.

i) Veritati conſentanea ſunt, quae de temperantia Melanchthonis ad Hardenbergium Eberus ſcribit in Dan.

nutos *) probabat in cibo maxime, et olera atque 1520
pulticulas omnis generis expetebat, carnes non item. Et adoleſcens in contubernio Tubingae (vbi perpetua conſuetudine hordei iuſcula cibum communiter capientibus apponuntur) ſaepe cum iuſculo alterius ſuas carnes commutauit, vt ipſe iuſculum duplex, alter carnes duplices haberet. A piſcibus omnino non abhorrebat, veſcebaturque libenter ouis. Sed haec recentia, illos feruentes afferri cenſebat oportere. Itaque in aulis vtrumque eſſe cibum ingratum ſolebat dicere, quod neque recentia oua, et piſces fere tepidi apponerentur, quos iocans neque frigidos neque calidos edi debere aiebat. Magnificos apparatus conuiuiorum deteſtabatur, neque dubitabat libere reprehendere et obiurgare eos qui inſtruxiſſent. Ac recordor eum me praeſente aliquando quodam in conuiuio **) omnium rerum copia abundante, cum hoſpes, quemadmodum mos eſt noſtrorum homi-

 num,

Dan. Gerdeſii Scrinii antiquarii Tomo IV. p. 711. Comedit parciſſime, et rarius bis in die quam ſemel, a qua tamen abſtinentia perículoſa eum dehortamur, ſed ipſe ſibi illam prodeſſe ait, et aliquando neceſſariam volenti expedire molem negotiorum, quibus magis magisque indies obruitur. Saepe opto ei quietiorem locum in hac ipſius ſenecta dari. Sed illuc fortaſſis eum comitarentur negotia, ſicut aliquando per iocum ad eum dixerat uir ſanctus Antonius Barns. Anglus, qui iocoſe dicenti Philippo, Tu Antoni, cum fies in Anglia Epiſcopus, ego accerſitus ero tibi Cancellarius; Minime, reſpondit, redderes me nimis occupatum, nam te ubicunque ſis, comitantur negotia.

*) Melanuras in primis et fundulos.] Inde Melanchthon L. II. Epp. p. 219. ubi Principi Anhaltino pro miſſo Eſoce gratias agebat, ſic pergit: etſi ego quidem nec piſcium nec aliorum animantium carne delector, eaque in re facile potuiſſem Pythagoricos ritus ſeruare —— ——.

**) in oppido *Oſchatz*.

1520 num, hortaretur eos qui aderant et Philippum inprimis, vt quae potuiſſent acquiri, iis contenti eſſe et veſci hilariter vellent, ſe quidem pro ſuis facultatibus operam dediſſe, vt quam optime acciperentur, ſed videre ſe et fateri parum effeciſſe, quia nihil quod magnopere bellum eſſet, apponeretur, et quae huiusmodi alia tunc commemorari ſolent vſitata diſſimulatione: Ibi igitur recordor non ſine indignatione eum ſermonem *Philippum* interpellaſſe, et grauiter monuiſſe re manifeſta tali oratione non eſſe vtendum, atque adeo metuendum ne ea ipſa ab aeterno Deo animaduerteretur, cui potius gratiae agendae eſſent, cum ſuppeditante largiter tam multa, tum benigne concedente non modo vſum, verum etiam abuſum illorum. Sed pergamus ad reliqua. Veſtitus eum retinebat modum, quo initio fuerat vſus. Tunicam ſemper geſtabat, tam domi, quam prodiens foras, vt tectum vndique corpus eſſet. Interior veſtis conſuetudine horum temporum linea duplex fere induebatur, et ſuper eam lanea altera [k]). Quam veſtem exeuntes in publicum nunc variam geſtant, eius honeſtam ſpeciem demiſſae ad pedes cum manicis nunquam mutauit. Neque paſſus eſt perſuaderi ſibi, vt externis vllis ſericis aut ſimilibus vteretur. Pelles *) tamen non reſpuit aquilonares illas, quod eſſent ad calefaciendum corpus efficaciores.

k) Quod ultimo uitae ſuae die quoque fecit. Nam in narratione de obitu Mel. haec leguntur: circa horam ſextam matutinam petit a genero (Peucero) ut capillum longiorem ſibi praecideret, quo facto, etiam veſtes lineas interas mutare, qualibus ad fouendum calorem corporis ſenilis uti conſueuerat a multis annis, triplicibus, una ſuper alia inducta &c.

*) *Marden.* Nunquam eſt viſus chirothecis aut ſoccis, quibus pedes munirentur in frigore, quosue ſuperindueret caligis.

res. De balba voce *Philippi* dictum iam eſt aliquid, 1520
cuiusmodi et Ariſtotelis fuiſſe accepimus, quam tamen *Philippi* ingraueſcens paululum aetas ita emendauerat, vt nihil audiretur, quod offenderet quenquam. Sed et iuuenis incedens aliquando alterum humerum detorquere nonnihil ſolebat. Horum vtrumque qui imitari vellent reperiebantur*), quemadmodum et alios geſtus, vt manuum, quas inter loquendum mouebat, et ſuperciliorum, quae ſuſtollebat. Sed imitati tamen complures ſunt meliora atque potiora. His expoſitis, de ſtudiis ipſius, et quae huc pertinent, nunc etiam quaedam addamus.

§. XVIII.

Eius ſtudia, pietas, linguae hebraicae cognitio, mathematicarum diſciplinarum cultus, aſtronomiae amor. Bernh. Ziegleri et Caſp. Borneri laus.

Cum in omnium liberalium ſtudiorum genere flagrantiſſima eſſet cupiditas *Philippi Melanchthonis*: nihil tamen habuit prius aut antiquius pietate reli-

*) Vt Fridericus Staphylus et Alexius Naboth,
Et quos praeterea longa referre mora eſt.]

In Andr. Muſculi reſp. ad virulentum ſcriptum Fr. Staphyli, 1558. 4. ſtatim ab initio de Staphylo dicitur: in docendo publice geſtu, voce, et pronunciatione Philippum imitatus eſt.

Inter hos imitatores Eraſmus Sarcerius quoque referendus eſt, ſub cuius imagine hi verſus:

Sarcerius dem Melanthon auf Erden
Gleich glebt hat mit Kleidern und Geberden.

Facere nequeo, quin hoc loco adducam, quae Corn. Loos Callidius in catal. illuſtr. Germ. Scriptorum de Theobaldo Thamero plag. O 6 a. ſcribit: Vir puſillo corpore, macilento, rugoſa facie, et gracili voce: ore et tota corporis diſpoſitione Phil. Melanchthoni non abſimilis.

1520 religioſa, quam ſanctiſſime ſemper coluit, et cui omnes quaſi neruos ingenii ſui intentos eſſe voluit. Itaque in eis potiſſimum omnibus viribus elaborauit, quibus doctrina Eccleſiae Ieſu Chriſti explicari, conſtitui, illuſtrari, amplificari poſſet. Inque eam partem quam operam dederit, et quid incumbendo effecerit, cum ſit euidens, neque quisquam fere neſciat, noſtra expoſitione non eſt opus, praeſertim cum longius excurrere neceſſe eſſet, quam inſtituti ſcripti ratio et modus pati ferreque videatur. Et procedens tamen narratio ſua illam ſerie attinget et aſſumet. Cum autem requiri ad eam doctrinam *Hebraicae* [l]) inprimis linguae cognitionem conſtaret, quam adoleſcens diſcere non negligenter inceperat, hoc conſecutus eſt continuatione ſtudii illius, vt ſcientiam huius adipiſceretur haud vulgarem, ac potius nullorum facultate, qui hac excellere putarentur, admodum inferiorem, multumque et ſaepe collocutus eſt de eius linguae difficili et obſcura tractatione atque noticia, cum *Bernhardo Ziglero*, qui *Laterenſis* a nobis nominabatur, et ad eam docendam Lipſiam tandem fuit accerſitus, et apud ſe cum *Crucigero*, quos ambos de natura et veritate illius diligentiſſime cogitare et rectiſſime iudicare perſpexerat [m]). Amabat autem et magnifaciebat *Ziglerum* non

l) In ea addiſcenda Praeceptoribus uſus eſt Io. Reuchlino et Io. Boeſchenſteinio. Cum hic haud ſalutatis Profeſſoribus Vitebergam clam relinqueret, Melanchthon Hebraica aliquantiſper praelegit. Luth. Epp. Tom. I. f. 139. Hebraicas literas Philippus noſter tractat, ut maiore fide, ita et maiori fructu et diligentia, quam Iohannes ille ὁ ἀποςατης. Nimia eſt hominis et fides, et diligentia, ut vix tempori quicquam cedat. Melanchthon autem ipſe Io. Langio ſcribit Tom. Lugd. Epp. p. 408. Vrgebar cum graeca tum hebraea lectione — — Ego hebraicum ψαλτηριον praelego.

m) Tom. Lugd. Epp. p. 8. Tanta eſt vis ingenii in Ziegle-

non tantum propter iſtam cognitionem et doctrinam, 1520
ſed quod de omnibus rebus conſideratio illius eſſet accurata et ſagax, ingenium autem perquam liberale, et, vt ita dicam, candidum, et conſtantia ſumma atque fides certa. Caetera ſtudia et conſtituebat atque ordinabat, et ipſe ſine intermiſſione exercebat. Cumque Vuittenbergae exercitationes ſcribendi dicendique diu ſane iam eſſent paene nullae, hoc autore coeptae ſunt materiae rerum vtilium ſcribi et publice declamari. Cum ipſe ſuo exemplo praeiret caeteris. Nam tum pronunciauit orationem de legibus, quae poſtea edita fuit. Non ceſſabat autem vrgere et ſua et aliorum opera aſſiduitatem doctrinae publicae, et crebro veniebat ipſe in ea loca et ad illas horas, quibus aliqui docebant, et apud diſcipulos aſſidens audiebat profitentes. Quo fiebat, vt et hi magis attenti, et exiſtimatio ipſorum melior eſſet, et diſcipulorum retineretur frequentia. Quia vero ſciebat omnem humanae ſcientiae veritatem *mathematicis* diſciplinis [n]) contineri, neque ſine his aut doctrinam certam, aut ſtabilem cognitionem eſſe vllam, quibuscunque modis poterat ad has colendas ſtudia iuuentutis inuitabat et alliciebat. In quo non parum negotii ei exhibebatur, propter ſtudiorum iſtius tractatus minus elegantes et quaſi blandos: Cum ita adhuc traderentur omnia, vt qui non quaſi aptus et natus ad haec per ſe eſſet ipſe, horrore illo explicationis deterreretur,

 nedum

Zieglero, ut neminem in his duabus Academiis ei praeponendum ducam; et hanc vim naturae confert ad Eccleſiae vtilitatem, magna dexteritate illuſtrat prophetica ſcripta, meque multa ex eius obſeruationibus didiciſſe profiteor.

n) Epp. ad Camer. p. 66. Nonnihil operae ſucciſiuae mihi iam in μαθηματα collocatur, και τας ἀρχας videor mihi propemodum comprehendiſſe.

1520 nedum audiendo profeſſores artium illarum, aut edita ſcripta legendo magnopere proficeret. Vt igitur ſidera ſpectantibus nota fierent, et tota iſta doctrina clarior eſſet et quaſi venuſtior, inſtituit, vt Plinii liber ſecundus enarraretur, et ad illud ſcriptum applicarentur ea, quae aſtronomicam ſcientiam perficiunt. Quae eſſe nemo fere neſcit primum coeli vel potius mundi quandam diſtinctam deſcriptionem, deinde omnium orbium et ſtellarum conuerſiones et motus demonſtrantem rationem. Quo nomine, et quia integerrimum et optimum hunc virum cognouerat, valde dilexit *Caſparem Bornerum* o), cumque eo celeriter neceſſitudine, poſtquam in has regiones venerat, coniunctus fuit. Nemo autem *Bornero* ante illa tempora exquiſitius aut induſtria maiore ſitus, loca, figuras, ortus obitusque ſiderum ſignorumque coeleſtium obſeruauerat, neque huius contemplationis iter planius oſtenderat. Fuit hic omnino vir egregius et multis magnis verisque virtutibus ornatus, qui piis et ingenuis ſtudiis fundandis tuendisque fortunas vitamque ſuam impendit.

§. XVIIII.

Melanchthon quam orationis et eloquentiae rationem tenuerit: in ſententiis, ἀπεκδοχαις, exemplis, αἰτιαις, prorſus ſingularis: in originibus nominum inueſtigandis felix: in expoſitionibus dilucidus et cautus.

De *Philippo* autem *Melanchthone*, quod haec mentio requirat, fortaſſe reliquum ſit, vt indicetur facultas orationis, et quo in genere eruditae doctrinae praeſtitiſſe caeteris ille videatur. Sed hoc cum manifeſtum perſpicuumque ſit, quod eius ſcripta et extent et ſint in manibus omnium, me differere eſſet

o) Elegans extat encomium huius viri in S. R. D. Erneſti Opuſculis Oratoriis (edit. Lugd. B. 1767. 8.) p. 445 ſqq.

ſet ſuperuacaneum. Apparet defuiſſe illi non quidem ingenium, non copiam et vim ſapientiae et doctrinae, non literarum ſingularem eruditionem, ſed inchoata perficiendi atque elimandi tempus atque ocium *p*). Etſi natura a quadam granditate abhorrens, iudicium voluntatemque ipſius conuertit ad curam potius verſandi in quodam caſtigato et puro atque ſano genere orationis, quam in ſublimi et vehemente, et cuius compoſitio operoſa eſſet, elaborandi. Omnino autem ſubtilis et arguta concinnitas et proprie diſerteque eloquendi omnia ſtudium conueniebat diſputationibus doctrinae et ſcholaſticae veluti vmbrae. Non ille inanibus verbis quaſi perſtrepere. Non a re propoſita ſermonem abducere, non aliena intexere. Sed veluti intra ſuas ripas flumen orationis coercere. + Haec eſt in exponendo perſpicua, in narrando et ornata ſatis et copioſa, in argumentando acuta, neque tamen mollis aut eneruata, verumetiam non declamatoria quidem illa abundantia, ſed luculenta breuitate fortis et animoſa, eosque aculeos defigens, qui penetrando vulnerent, non pungant tantum perſtringendo. Nihil autem 1520

p) Modeſtiſſime ipſe in epiſtola quadam ad Hieron. Baumgartnerum de ſe ita ſcribit: Vt de eruditione, de ingenio nihil dicam, quae ſint ſane mediocria, ſi ita vultis, certe genus orationis eſt non admodum ſcholis vtile, quae exuberantem copiam et floridum quoddam dicendi genus poſtulant. Noſtra vero oratio eſt exilis et ieiuna, nihil ἀνθηρὸν (floridum), omnia anguſta et ſine ſucco — — Tom. Lugd. Epp. p. 54. Epp. ad Camer. p. 303. Me ingenii infirmitas impedit, quo minus hoc decus (Ciceron.) ſperare unquam auſus ſim, etſi quid eſſet optimum, videbam. Deinde incidi in has rixas, ut vides, in quibus diſputatio aliam paene linguam requirit — — Miſeriae noſtrae non ſinunt nos in ſtudiis curſum eum tenere, quem maxime probamus. Vtor ergo hoc parabili ſermonis genere, vt poſſum.

1520 eſt in hac fucatum, nihil inaequale, nihil ineptum, nullum aucupium varietatis quaſi in pictura colorum, nullus tumor, denique ſimplicia ſunt et recta omnia. Vt, ſi de horum temporum et noſtrorum hominum puerili adhuc veteris praeſtantiae imitatione tam glorioſe loqui liceat, non dubitem Atticum perhibere *Philippum Melanchthonem* q). Id quod eſſet euidentius et clarius, ſi mediocre ſaltem otium ad ſuorum illi limam et expolitionem conceſſum fuiſſet, quae pleraque omnia non edita, ſed effuſa, non compoſita, ſed feſtinanter in chartas coniecta, non emiſſa, ſed expulſa ſunt, non prodierunt, ſed euolarunt, vrgente ſcilicet neceſſitate et re poſtulante. Verum ne ſic quidem languent, aut diſſoluta, ieiuna, trita, vulgaria ſunt, ſed cum aſtricta aptis conuerſionibus, tum membris integris continuata. Vtque fortaſſe ſplendor tanquam ſolis aut auri in illis non eluceat, nitor tamen profecto oſtendit ſe tanquam ſideris aut gemmae. Et vt non quaſi aurea corona conſpiciantur haec redimita, pulcerrimos tamen in eis elegantiae et munditiae floſculos licet cernere. Vnum eſt in ſcriptis *Philippi* admirabile, quo haud ſcio, an noſtra aetate alius illi iure conferri poſſit nemo. Sententiae in oratione non modo crebrae et exquiſitae, ſed adeo opportunae, et apte ſuo quaeque loco collocatae. In iis autem, quae ex veteribus aſſumi, et quibus expoſitio plenior et orna-

q) Placet iudicium iunioris Dav. Chytraei Camerariano adiungere, quod legitur in praefatione ad Patris Epiſtolas, Hanouiae 1614. 8. de Epiſtolis Mel. ſic dicentis: Sapientiſſimis et grauiſſimis ſententiis, et ſingulari orationis perſpicuitate elegantia et ſuauitate ornatae: ac vt oratio animi character eſt, multarum virtutum, eximiae pietatis, beneficentiae, humanitatis, prudentiae, comitatis, ac inprimis leniorum adfectuum, quos ἤθη nominant, veſtigiis preſſis tritae.

ornatior et illuſtrior reddi ſolet, quas Graeci ἀπεκ- 1520
δοχὰς vocant, vicit non modo *Philippus* ſtudium et induſtriam aliorum, ſed hac ſolertia caeteram facultatem ſuam ipſe ſuperauit. Quid dicam de exemplis commemoratis et enarratis, et adhaec iis, de quibus ageretur, accommodatis? In quo genere plurima ſunt in medio opera atque monumenta ſtudii et induſtriae ipſius. Quid de exquiſitis et ſubiectis rationibus atque cauſſis? In quibus, quod eſt conſiderationis et omnino felicitatis cuiusdam ſingularis, hoc praeſtabat, vt afferrentur et pertinentia ad propoſitum atque rem, de qua agebatur, et illuſtrantia explicando doctrinam inſtitutam. Cum ſtudium iſtud, dum colligit ſaepe vndique omnia, non ſolum corripere ſuperuacua, ſed aliena quoque attexere ſoleat, adeo vt aliquando plane ineptum deprehendatur. Hoc autem prudentiae erat, ne quid admiſceret abhorrens aut etiam abſurdum aut certe ſuperfluens, in quo aberraret et vagaretur expoſitio, nedum contrarium aut diſſentaneum aliquid irrepere pateretur. In quo vel indiligentia vel fiducia et erga ſe fauore, reperiuntur eruditorum quoque aliquorum ſcripta iuſtae reprehenſionis crimen non effugere. In originibus nominum ſcrutandis, inque capiendis coniecturis obſcurorum et incertorum, non modo mirifice ſolers et gnauus, ſed etiam felix fortunatusque erat. Neque vetuſtis nominibus interpretandis et ad ea, quae his ſignificarentur, attribuendis, cuiusquam opera noſtro ſeculo cognita eſt praeclarior atque melior, quo ſtudio ad certam rerum et firmam cognitionem atque ſcientiam vix aliud eſſe poſſit efficacius. Vel ſine illo haec potius fluctuat ſemper et labaſcit. In iis, de quibus conſultaretur, aut etiam deliberatis ſcribendo explicandis et componendis, nemo attentam cautionem illius et dilucidam expoſitionem vincere, immo aſſequi potuit.

1520 potuit r). Quam autem res operaque iſta difficilis et magni momenti ſit, norunt illi, qui in manibus eam habuerunt et ſunt experti. Vidi cognouique ego eum in talibus operibus non modo ſententiarum pondera examinantem, ſed verba ſingula quaſi aurificis ſtatera perpendentem.

§. XX.

Eius diuinandi et praeſagiendi ſomniaque interpretandi facultas: Phyſices et Aſtrologiae ſtudium: Chiromantices ſcientia quatenus ipſi probata.

Cum vero natura eſſet *Philippus Melanchthon* is, qui veſtigando ſcrutandoque aliquid non facile falleretur, tum eius animum praeſagiiſſe multa, et praedicta ab eo, quae euenerunt, ſcimus s), et viſa ſomnio-

r) Optime ideo meritus eſt Chriſtophorus Pezelius, non ſolum multa alia ſcripta Melanchthonis, ſed etiam conſilia et iudicia illius, quotquot reperire poterat, tenebris obruta in lucem edens. Quorum duas nobis collectiones dedit; quarum vna latina, altera germanica conſilia continet. Haec volumina magnae molis ſummaeque vtilitatis paucis hodie cognita ſunt, et rariſſime occurrunt. Mea bibliothecula utroque gaudet. Germanico titulus eſt: Chriſtliche Berathſchlagungen und Bedenken, Auch andere nützliche und heilſame Erinnerungen und Antworten des weyland Hocherleuchten und gelehrten Manns Ph. Melanthonis — — durch D. Chriſtoph. Pezelium, gedruckt zur Neuſtadt an der Hardt, 1600. 8. 2. Alph. 5. plagg. Latino autem volumini eſt hic titulus: Ph. Melanchthonis Conſilia ſiue Iudicia theologica, itemque Reſponſiones ad quaeſtiones de rebus variis ac multiplicibus, ſecundum ſeriem annorum digeſtae — — collecta et nunc primum edita ſtudio et opera C. Pezelii, Neuſtadii, 1600. 8. 3. Alph.

s) Conf. I. I. Bütemeiſteri P. Melanchthonis vaticinium memorabile de nunc regnante Caeſare Carolo VI. Guelpherb. 1731. 4.

ſomniorum euidentia atque certa plerumque per qui- 1520
etem illi oblata, (quod genus hominum Ariſtoteles εὐθυονείρους vocat,) neque fere diuinando hac in parte eſſe deceptum *t*). Tentabant idem imitando, ſicut caetera, alii quoque, et audires paſſim perconctantes de ſomniis et haec recitantes atque coniicientes et vbique ſomniantes plurimos, neque perſonis neque rebus ſimilibus. Sed haec apponi poterunt ad ſuperiorem mentionem imitationis praepoſterae, cum certe exemplum illius multi cum laude et fructu ſint ſecuti. Quod autem hic vniuerſae rerum naturae conſideratione et inquiſitione cauſarum, quibus illae continentur, exerceri iuuentutis ſtudia ad religioſae pietatis et cuiuscunque muneris adminiſtrationem functionemque valde prodeſſe ſciret: primum tractando *Phyſica* erudite, voluntates commouit et animos excitauit diſcipulorum, et multis illa iucunda vt eſſent perſecit, deducendo cogitationes ad *Medicinae* artis eam partem, quae ſtirpes tractat, et caeteras res, quarum explorata noticia in faciendo artem, non modo voluptatem, ſed vtilitatem affert praecipuam, vel etiam ad ſpem laudabilium operum

t) Addere placet exemplum in Pauli Eberi Calendario hiſtorico ad diem 9. Aprilis annotatum: A. 1547. cum Melanchthon Serveſta, quo propter bellum cum familia et paucis ſtudioſis ſeceſſerat, una cum D. Vito Winshemio et M. Marcello ad viſendos Collegas, qui remanſerant, Witebergam veniſſet IX April. vigilia Paſchatos, ea nocte ſomniauit, ſe legentem in Scriptore graeco incidiſſe in haec verba: Τιμοθεον ναυμαχηντα ἀλωναι, et eis adſcriptam vidiſſe notam XV. ac inſomnis ſecum diſputaſſe, actiue an paſſiue verbum ἀλωναι exponi deberet, ſicut et die paſchatos in templo indicans hoc ſomnium collegis quaerebat propriam verbi interpretationem, et quid ſomnium videretur ſignificare. Euentus deinde XV die poſt, h. e. XXIV April. commiſſa pugna in ripa Albis ad Mulbergam Ioh. Fridericus Elector captus.

1520 operum in curando, neceſſitatem habet. Deinde ad eam, quae eſt Ptolomaeo pars *Aſtronomiae* ſeu *Aſtrologiae* u), praeuidens futura et occulta aperiens, de coeli quadam inſpecta facie et animaduerſo habitu (nunc Aſtrologiam proprie plerique vocant). Ad hanc igitur ſiue experientiae ſeu artis rationem plurimos commendatione ſua perduxit. Non enim ignorabat fore, vt liberali quadam curioſitate animi adoleſcentum facile caperentur, et ita ab aliis occupationibus abſtracti in ſpacio ſtudiorum vtilium et bonorum retinerentur. Quinetiam per iocum ſolebat manus aduerſas aliquorum intueri, et de lineis ibi apparentibus indicare id, quod a quibusque expeti, aut quo delectari illos ſciret w). Neque ideo tamen *Chiromantices* ſuperſtitioſam diuinationem confirmabat, aut leuitati ineptiisque iſtis dabat operam, vel aliis eas commendabat, cum conſtet acerrimum fuiſſe eum inimicum omnium, quibus falſitatis nugarumue aliquid implicaretur, vel quorum omnino fundamenta non niterentur euidente veritate et certis rationibus ſtabilirentur. Diligenter autem et accurate rem diſtinguebat, neque patiebatur hominum ſtulticiam et vanitatem cum vera intelligentia et recto vſu confundi. Quamobrem cum naturae

u) Philippum Aſtrologiae diuinatrici plus iuſto tribuiſſe, docet praeter alios b. Schelhornius Tomo II. Amoenit. Hiſt. Eccleſ. et liter. p. 609 &c.

w) In epiſtola quadam ad Camer. p. 277 ſq. qua Philippus aduerſus vituperatores Aſtrologiae ſe defendere conatur, inter alia ſic ſcribit: Quid dicent, ſi etiam lineas in manibus aliquorum me inſpicere ſolere, reſciuerint, et diuinare de euentis gratis et auditu iucundis? Iam ſomnia mea, quantopere partim exagitentur, partim irrideantur, non ignoro; cum alii narrent multo abſurdiora et futiliora ſomnia etiam vigilantes.

turae conſideratione et perueſtigatione coniuncta a 1520
praeſtigiis et falſitate ſuperſtitioſa vaticinationum longiſſime ſeparabat. Et quemadmodum illorum ſtudium collaudabat, ita hanc impiam optimae et praeclariſſimae rei corruptelam vehementer deteſtabatur. Atque requirebat in veteribus quibusdam et prudentiam et moderationem, qui temere ac intemperanter cum Aſtrologiam inſectati eſſent, tum vniuerſas mathematicas diſciplinas reddidiſſent inuiſas. De quo quamuis cum ſaepe multumque verba grauiter faceret, tum ſcriberet luculente x), et exiſtebant tunc tamen aliqui, qui illi tanquam autori approbatorique ſuperſtitioſi ſtudii obtrectarent, totamque occupationem huius diſciplinae malam ac pernicioſam eſſe aſſererent: et nunc etiam liberius a quibusdam hoc nomine mortuo maledicitur. Sed cum manifeſta ſit falſitas criminis iſtius, et maleuolorum euidens improbitas, noſtram defenſionem attexi nihil attinet. Refellit enim hos non modo res ipſa, ſed ipſorum etiam odii immanis ſcelerata acerbitas y).

§. XXI.

Melanchthonis ingenium placidum a rixis et contentionibus alienum, inde ipſum inſectantium iniuriae ſilentio vindicatae.

Ipſe ſane *Philippus*, qui de his, quemadmodum paulo ante indicauimus, dixiſſet ſcripſiſſetque, quibus hoc ſtudium et factum eius ad omnes bonos vel

x) Conferri hic meretur praefatio Melanchthonis in tabulas reſolutas Io. Schoneri, quae extat Tomo II. Declam. p. 95 ſqq. aliaeque in eodem tomo contentae praefationes.

y) Baſilius Monnerus inter praecipuos erat, imo Lutherus ipſe Philippi ſuperſtitionem haud raro riſit et improbauit.

1520 vel non ſaltem inſignite malos, facile defenderetur, nunquam voluit cum vllo contendere neque dimicare. Id quod etiam fecit in aliis omnibus. Contentus veritate doctrinae ſuae, et non ignorans rixando et litigando non explicari quicquam, ſed omnia magis dubia et incerta fieri. Itaque non ille reprehendentibus et interdum accuſantibus, ſaepe etiam inſolenter calumniando inſectantibus, reſpondere, non de ſuis, quae notarentur, apologias edere, non etiam pro ſua fama propugnare, ſed iniuria accepta tacere et patientia frangere vim aduerſariorum. Interea tamen ſua attente conſiderare et inſpicere et limando reddere meliora. Quae opera et vtilior Reipubl. et ipſi honeſtior fuit, quam ſi digladiando certamina auxiſſet, et quibusdam materiam hanc celebritatis expetentibus, in ea nanciſcenda adiutor fuiſſet. Itaque et *Philippi Melanchthonis* ſcripta, in quae plane hoſtiles impreſſiones aliqui fecerunt, et nunc in manibus et poſthac futura ſunt, cum pleraque haec oppugnantium iam euanuerint, et, ſi quid adhuc in huius ſeculi leuitate quaſi innatat, id breui interiturum ſit vna cum autorum nominibus, demerſum in caliginem et tenebras ſempiternas. Neque rerum iſto ſtatu, et conditione tali temporum, et iis ingeniis ſtudiisque hominum, et adeo confuſis, perturbatis, difficilibus negotiis, (quod haud fere cerneret quaeri veritatem, ſed dimicare de ſuis pleroſque opinionibus tanta pertinacia, vt in aduerſantes non aliter quam ferae beſtiae veſano impetu inueherentur), faciendum ſibi *Philippus Melanchthon* putauit, vt decertando et contendendo eas horas abſumeret, quae forte ſalutarium actionum et praeclarae doctrinae occupationibus, quibus nihil prius ei neque potius erat, ſuperfuiſſent, cum praeſertim nihil proficeretur hoc labore ad eos, qui non diſputare, argumentari, diſſerere nouiſſent, neque omnino

no vellent aut poſſent pati ſeſe reprehendi aut admoneri, ſed maledictis et contumeliis praeliantes vterentur, et ita refutarent contra ſuas rationes adducta, quibus aduerſari idem eſſet ac caluum nutando frontem, ſecundum prouerbium Graecorum, inferre arieti, et viatorem ſcrutari veſparum cauernas. Quapropter ſinebat vociferari impune quoslibet, et ipſe quieſcere et tacere, et dicere ſibi quoque in ea parte decretum eſſe facere, quod filiola aliquando ſua ſe facturam eſſe dixiſſet. Cum enim haec abfuiſſet quondam domo diutius, et ipſe eam interrogaſſet: quid matri reſpondere vellet, quae eſſet grauiter increpatura moram illam: Tum memoraſſe hanc ſimplice puerilique ſententia aiebat, velle ſe reſpondere Nihil. Atque ipſe inſectantum ſe iniurias ſilentio perferre *), ſibi quoque videri optimum cenſebat, ſiue de odio maleuolentiaque eorum propria illae exiſterent, ſeu aliorum arbitrio ac voluntati inſeruirent. Quae ipſe quidem ad diiudicandum relinquens Deo aeterno, cuius oculis paterent omnia, non deſinebat et voce ſua in ſchola praeſentes, et ſcriptis abſentes docere et ſalutari cognitione inſtruere. Impendebatque his quaſi ſumtus laborum et defatigationum et infinitarum moleſtiarum, neque valetudinem adeo ſuam neque vitam ipſam maiori curae habebat, quam publicam vtilitatem et priuata plurimorum commoda. Quemadmodum enim quidam ſcripſit: *Luſciniae ſuauiſſimos cantus magna homines voluptate afficere, ipſi auiculae nihil prodeſſe*, ita labores, vigiliae, occupationes opera huius viri, ad aliorum vſum commoditatemque pertinebant, ipſi nihil afferebant emolumenti, neque fructus 1520

z) Praeſertim ſcripta maledica Cochlaei et gregis Flacianorum haud digna iudicauit, quibus reſponderet.

1520 fructus quicquam ex iis ille capiebat, praeter ſtudii induſtriaeque honeſtiſſimam voluptatem. Cumque audiret interdum aliquos cupidos certaminum vſurpare praetendendo voluntati incitatae ad rixas ſententiam iactatam in ſcholis etiam Iurisconſultorum: *Crudelem eſſe eum, qui negligeret famam ſuam*, ridens quaerere ſolebat: Quemnam conueniret exiſtimari eum, qui ipſe laederet? Non enim certe iſto pacto defendi illam, ad eos ſaltem, qui veritatis amantes eſſent, et ſapientia virtuteque praediti.

§. XXII.

Scripta eius ab aliis evulgata non ſatis elaborata ſed quomodocunque excepta quo loco ſint habenda?

Quia autem de *Philippi Melanchthonis* ſcriptis mentio facta eſt, non fuerit fortaſſe alienum monere, nonnihil horum et viuente eo, cum magis non prohiberet, quam iuberet aut permitteret, cumque etiam plerumque ignoraret, et poſt mortem ipſius, quaedam prodiiſſe neque ſpecie illuſtria neque re eximia, edita nimirum non tam ad nominis ipſius famam, quam puerilis inſtitutionis vſum, et fortaſſe aliis quoque de cauſis. In his ſunt explicationes quaedam et interpretationes ſcriptorum veterum, accommodatae ad captum auditorum et ex tempore multa non tam dictata quam effuſa et quomodocunque excepta, cum praeſertim variis et diuerſorum negotiorum neceſſariis tractationibus occupato ocii temporisque tantum nunquam concederetur, quantum requireretur non ad elaborandum modo, ſed cogitandum quoque, vt eiusmodi quippiam efficeretur, quod perfectionis inſignem laudem haberet. Quapropter de talibus libellis non ab ipſo, ſed ab aliis diuulgatis, de ingenio, doctrina, eruditione, facultate *Philippi Melanchthonis* iudicium neutiquam fieri

ſieri conuenit. Sed de iis, qui etiam dicta et ſermones cotidianos atque familiares ipſius collegerunt *a*), et auſi ſint cum ſuis commentationibus diuulgare quid dicam? Iſti vero neque ſtudio neque omnino conſideratione aliqua congerentes, quae ne audiiſſent ipſi quidem, ſed ex aliis fortuito cognouiſſent, ſtolida ſua temeritate ſeſe quidem infamarunt inprimis, ſed et *Philippi Melanchthonis* nomini maculae aliquid aſperſerunt, et multorum bonorum virorum futilem atque nugatoriam, vel indecoram quoque et indignam mentionem inculcantes, indignationem illa offenſione concitarunt. Verum in huius ſeculi impudente licentia, hoc ſcilicet ad alia innumerabilia mala apponendum, et dandum eſt inſulſae hominum vanitati, et exiſtimationis ſeu lucelli quoque aucupio, cum permittantur fiantque impune alia cum flagitioſiora tum ſceleratiora. Sed diximus ſcilicet de his plura, quam neceſſe fuiſſe videatur. Quod reſtat igitur, ad id exequendum procedat narratio. 1520

§. XXIII.

Conſtans eius cum Camerario amicitia et firma coniunctio.

Exponemus autem reliqua annorum ſerie, quos viuendo confecit *Philippus Melanchthon*, et quid memorabile ei in ſingulis acciderit, et quibus praecipuis magnarum rerum tractationibus adhibitus, denique quod curriculum vitae ipſius fuerit vniuerſum. Quibus ſi quid forte admiſcebitur, quod exilius et leuius *b*) alicui videatur, venia dabitur mihi,

a) Sine dubio notat Io. Manlii Locorum communium collectanea ex lectionibus P. Mel. et aliorum doctiſſ. virorum relationibus excerpta, Baſil. 1563. 8.

b) Inde Reimmannus in praef. ad Bibl. Theol. Catalogum:

1520 mihi, qui, fieri poteſt, vt propter mirificum ſummi amoris ſenſum erga *Philippum Melanchthonem*, quaedam aeſtimem carius, quam mereantur. Quod ſi inter aliquos noſtris temporibus verae amicitiae conſtans atque firma fuit coniunctio, et inter nos eam fuiſſe ſpero plurimis eſſe notum vel certe perſuaſum. Diligere ille me coepit, antequam vidiſſet. Conſpectum tanta amoris affectione eſt complexus, vt excitari beneuolentia illa diuinitus videretur. Neque enim a me quicquam, quod eius fauorem mereretur, profectum, neque mei ille indigens, neque vtilitatis expectatio vlla fuit. Niſi fortaſſe ex ſimilitudine ſtudiorum voluntatumque exardeſcere potuit amor iſte, qui familiaritatis et cotidianae conſuetudinis vſu creſcens, ad perfectionem verae amicitiae progreſſus eſt, vel certe imaginem quandam atque ſimulacrum expreſſit. Acceſſit par propemodum aetas, quod triennio tantum integro me eſſet ille maior. Vt caritas beneuolentiaque noſtra ſpacium ferme aequale ad decurrendum ingredi videretur. Et *Philippus Melanchthon*, quanquam nuper et Reipubl. et ſuis et mihi ereptus eſt, non tamen memoria ſanctiſſimae neceſſitudinis ſimul etiam ſublata eſt, neque haec reliquo vitae meae tempore extinguetur, et viuet etiam in poſteritate grata ſemper. Pietas enim illius et humanitas, virtus, ſapientia, liberalitas, conſtantia, fides, doctrina, amoris cauſa fuit. Quae tantae laudes mortuae profecto non ſunt, neque morientur vnquam. Neque ſolum mihi in oculis ſunt, qui et certius intuendo et fruendo

logum: In rebus litterariis (et biographiis) aeque ac naturalibus nil magnum ac paruum eſt ſimpliciter, ſed comparate: et quod tibi vile videtur, et vix vitioſa nuce dignum ſchediaſma, alius putabit fouendum in ſinu, et diligenter lectitandum. Vsque adeo trahit ſua quemque voluptas, et non idem omnium eſt ſenſus.

endo vberius penitus eas perſpexi, ſed ab aliis quoque compluribus et nunc cum admiratione perpenduntur, et poſteris notae celebresque ſunt futurae. Ex quibus, qui recto conſilio et ſpe honeſta et laudabili voluntate ſuſcipere aggredique in ſtudiis praeſertim maiora voluerit, erit nemo, qui non ipſius cupide et adiumentis operum vti, et exemplum ad ſequendum proponere ſibi velit. Mea quidem nulla dulcior eſt cogitatio, ea, qua familiaritatis conſuetudo et neceſſitudinis noſtrae vſus reminiſcendo quaſi repraeſentatur, cumque hoc bono non inuenio alterum, quod debeam comparare, in quo mihi de maximis rebus conſenſio, inque eodem conſilium auxiliumque difficili tempore rerum priuatarum, et conſolatio ſaepe doloris, gratiſſimaque interdum et plena oblectationis quies fuit. Nemo vnquam ſenſit, eum eſſe a me offenſum, cum laboris et moleſtiae cauſſas ei aliquando me dediſſe, ipſe nunc quoque aegre feram. Ab eo nihil vnquam contrarium mihi, aut quo vel minima triſtitia afficerer, dictum factumue eſt. Neque eſt in hac fortuna conditioneque noſtra aliis de rebus dicendum, ſed domi tamen et foris ſic vna fuimus, vt conſiliorum rerumque omnium inter nos eſſet ſocietas. Studia certe eadem communiaque prorſus fuiſſe et laetor, et gloriari non verear, et in dolore non poſſum non iucundiſſime recordari. Quae cum omnia in animo mihi ſint et verſentur ante oculos, nonnihil lenitur deſiderium amiſſi tanti amici, praeſertim cum ille ſuo omnino tempore deceſſerit. Cumque de eo narratio inſtituta ſit, ſi nihil quod cognitionem meam non effugiſſet, ſilentio praetereundum arbitrer, vel ignoſci ſtudio meo poſſe, vel diligentiae etiam gratiam haberi oportere exiſtimo. Et vt aliquid mihi memorabile, alteri paruum et contemnendum eſſe videatur, excuſare me, quemadmodum opinor, poterit

1520

1520 terit omnibus inſitus error de iis, quae ſingulari quadam et eximia cupiditate adamauerunt.

§. XXIV.

Mors, quae ipſi contigit beata prorſus ob temporum malignitatem opportuna atque exoptata cenſenda.

Etſi autem luctuoſa et acerba mors *Philippi Melanchthonis* omnibus fuit, non ſuis modo, ſed etiam extraneis, bonis ſaltem aut non certe improbis, in ea tamen tempora easque res haec incidit, vt ei non tam longiorèm vitam ademiſſe aeternus Deus, quam maturum finem largitus eſſe videatur. Superauit annum LXIII. c) quem modo perpauci attingunt. Diſtracta omnis vita illius fuit ingentibus laboribus et curis perpetuis, et grauiſſimis Reipublicae priuatiſque negotiis et expertibus omnis remiſſionis ſolatiis. Obiit mortem placide et omnino feliciter, ſuauiſſime acquieſcens obdormiſcendo in eius veneratione, quem ſemper religioſiſſime coluerat, filii Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, et ſpe immortalitatis et vitae aeternae: Et hoc ipſo exitu e vita beatus, et quod declinans praeſentem miſeriam impendentia non modo pericula ſed mala migrando hinc vitauit. Non cognoſcit iam in terris indies orientes nouas pernicioſarum rixarum turbas, et inexplicabilium quaeſtionum controuerſias, et maiorum diſſidiorum cauſas, non ambitione animos plurimorum et inuidiae odiique flammis incenſos, non ſcelera audaciae ruentis atque praecipitis ad interitum. Non videt praeſens ea ſuſcipi et geri, quorum exitus anxie ſolicitum animum ipſius ſaepiſſime habuiſſent. Non audit aut legit indicia et ſignificationes conſiliorum actionumque vel abſurdarum atque peruerſarum, vel etiam exitialium ac peſtilentum. Non ſpecta-

c) Vixit annos 63. totidemque dies.

ſpectator eſt eius furoris, cuius impetum ipſe ſemper valde metuit, vt animorum acerbitate palam erumpente, etiam coniuncti antea ſtudiis atque doctrina diſſilirent, et ſe mutuo gladiis ſuis paene in oculis aduerſariorum conciderent. Atque abitu omnino ſuo hoc conſecutus eſt, vt non amplius huius aut illius nomen tanquam Pelopidarum, neque rumores nefariorum conatuum et audaciae infinitae exaudiat. Non adhibitus eſt ad illa, quae, cum non poſſet ſimplicis veritatis aſſertione defendere, varias multiplicesque aliorum excogitationes, quibus interpolarentur, et tortuoſa quaedam veluti emblemata ferre et admittere, fuiſſet ei inſtar mortis. Denique effugit alias aliorum criminationes, vt ab his nimium facilis aut lenis aut timidus, ab illis plus aequo pertinax, durus, confidens perhiberetur. Quin etiam aliqui *), quod ille profecto inprimis dolenter tuliſſet, *veteratorem* eum et aliis horribilis ignominiae nominibus impudentiſſime mentientes, non dubitarunt appellare. Nemo iam obſtrepit auribus ipſius exprobrando dicta ſcriptaue partim inſidioſe excepta, partim deprauata atque palam corrupta, neque ſuſpicionum malicia praeſentem onerat. Atque haec omnia opportunitate ipſi optatae mortis ille effugit, vt ſtatuendum hoc ſit, non aliter quam propitii Dei benigniſſimo conſilio ortus fuerit et his temporibus nobiſque donatus *Philippus Melanchthon*, eſſe eundem bonitate et fauore erga ipſum diuino ſublatum, et ademtum ei vna cum vita ſenſum metumque calamitatum earum, quae ſtatim mortuo illo affligere religioſae pietatis optimarumque diſciplinarum et artium ſtudia atque doctrinam grauius atque turbulentius coeperunt. De qua quid deinceps futurum ſit vel ominis cauſa, vel ne ſeniles deſperationes inculcaſſe et materiam cuiusdam quaſi declamationis videar 1520

*) Til. Heshuſius.

1520 videar quaeſiuiſſe, plura non dicam, commendans noſtrae aetatis ſalutem et pro peritatem cuſtodi generis humani Filio Dei, Deo aeterno, et ei permittens caetera. Atque ita vt me facturum iam dixi, vitae curſum, quem in terris confecit *Philippus Melanchthon*, ſerie annorum perſequar enarrando.

§. XXV.

Melanchthonis iter in patriam. Moſellani et Hutteni mors.

1524 Anno Chriſti Ieſu MDXXIIII. proficiſci illi in patriam placuit. In quo tamen ipſo etiam non tam ſuae cupiditati quam arbitrio amicorum morem geſſit. Comitem habuit eo itinere *Vilhelmum Neſenum*, cuius familiaritate iucundiſſime vtebatur, et quem propter ingenii bonitatem, prudentiam in iudicando, doctrinam, multarum rerum cognitionem atque experientiam et magnifaciebat et valde diligebat. Sequebantur *Philippum* duo adoleſcentes *Franciſcus Burcardus* Vinarienſis et *Iohannes Silberbornerus* Berbetomagenſis, quorum vterque poſtea dignitate et honoribus longiſſime proceſſit. *Burcardus* enim Illuſtriſſimis Principibus patriae ſuae gratiſſimas et praeclariſſimas operas dedit, et rebus difficilibus atque duris praeſtitit fidem et nauauit ſtudium. *Silberbornerus* cum Iurisconſulti perſonam egregie tueretur, aduerſa valetudine quaſi apud ſe eſt detentus, qui ſi corpore valuiſſet, honorum laudiſque tantum aſſequi potuiſſet, quantum collibuiſſet animo ſuo. Sed artuum cruciatus, quibus crebro affligebatur, longius eum progredi paſſi non ſunt. His et ipſe me tunc adiunxi, ſumusque vecti equis omnes, eo quisque, quem potuit nanciſci. Et venimus Lipſiam, quo die [d]) obiit mortem *Petrus*

d) XIII. Kal. Maii 1524. Melanchth. Tom. Lugd. Epp.

trus Moſellanus, qui corpore fuerat perimbecillo et 1524
paruo, cum ingenio et eruditione doctrinae excelleret. Ad eum morientem acceſſimus *Philippus* et ego, et hoc luſtu triſti acerboque ſumus affecti, ille amico eximio, ego cariſſimo praeceptore deinceps cariturus. Erat *Neſeno* veniendum certis de cauſis Francofortum ad Menum. Illuc igitur primum ſumus profecti, et accepti tractatique publice priuatimque officioſe et benigne. Cum autem hoc itinere placuiſſet tranſire regionem eam, cui nomen fagi Buchononiam fecerunt, manſimus vnam noctem Fuldae, vbi tum *Crotus Rubianus* et *Adamus Crato* degebant. Qui aduentu noſtro affecti magno gaudio omnia humanitatis et hoſpitalitatis officia prolixe nobis praeſtiterunt. Ibi etiam certi aliquid primum cognouimus de morte *Ulrichi Hutteni*, quem vt viuum magnifacere et admirari propter doctrinae eruditionem et praeſtantiam ingenii, ſic ab illius natura vehemente et excelſo animo et voluntate ad nouas res propenſa, quam conſuetudo etiam quorundam immoderatiorum incitarat, nonnihil timere *Philippum Melanchthonem* licuit animaduertere. Interceſſerat *Hutteno* cum *Croto Rubiano* ſingularis vſus a prima adoleſcentia, quo autore vel certe adiutore reliquit ille contubernium Fuldanum, in quod paene puer magis diſciplinae quam religionis cauſſa datus eſſet, et Coloniam Agrippinam ad optimarum artium et literarum ſtudia percolenda profectus eſt. Poſtea venit in Italiam, vnde eum reuertentem in patria mea primum vidi anno Chriſti, vt meminiſſe videor, MDXVII. Celebrabat autem fama non eruditionem modo illius, ſed fortitudinem quoque,

 glorioſi

Epp. p. 336. Moſellanum heri amiſimus, cuius morte magnam iacturam res litteraria fecit. Fuerunt enim in illo dotes plane eximiae.

1524 glorioſi facinoris praedicatione: Quod Gallicae gentis quatuor Viterbii, quo forte tunc Roma ille excurriſſet (cum eodem diuertiſſet a Rege Gallorum legatus quidam ad Pontificem Leonem contendens) orta rixa ac certamine, profligaſſet dimicando, vulneratus quidem et ipſe deſertusque a ſocio itineris illius, quemadmodum eum audiui Fuldae narrantem anno Chriſti MDXIX. ſecutus conferentem ſe Erphordia in patriam *Adamum Cratonem* ſummum noſtrum. Vbi iterum tunc *Huttenum* vidi et cum eo aliquot dies familiariter ſum verſatus, decedente ex aula Moguntina, in qua circiter biennium manſerat. Adiunxit deinde ſe *Franciſco Siccingenſi*, cum quidem et antea implicatus fuiſſet motui bellico, quem fecerat in agro Vuirtenbergenſi Huttenica gens interfecto populari ibi quodam ſuo, et rei militaris ſtudium prae ſe ferret, et repraeſentante ſe imagine armata maxime delectaretur Tandem hic poſtremo grauis querelae ſcripto e) contra D. *Eraſmum Roterodamum* edito, quod ille parum ſane molli ſpongia f) abſtergere ſtuduit, non procul ab vrbe Tigurina morbis confectus quibus frequentibus et acribus laborauerat, mortem obiit, annos natus XXXVI. Fuit nobilitate et laude generis antiqui inprimis clarus, doctrinae eruditae princeps, impatientiſſimus iniuriarum, libertatis immodice cupidus, non

e) Cuius tit. Vlrichi ab Hutten cum Eraſmo Roterodamo, Presbytero, Theologo, Expoſtulatio, ſine dubio Argentorati impreſſa. Inprimis in hoc libro inquirit: cur Eraſmus, qui Rom. Pontificem paullo ante in ordinem redigendum cum ipſo et reliquis ſociis decreuerit, nunc retro actus cum hoſtili parte ſocietatem inierit? cf. Iac Burckhardi comment de fatis ac meritis Hutteni P. II. p. 246 ſqq.

f) Spongia Eraſmi aduerſus aſpergines Hutteni. ſub fin. Baſileae per Io. Frobenium, An. 1523. menſe Septembri. in 8.

non prorſus alienus a ſaeuitia, quae etiam vultus 1524
acerbitate et minus clemente interdum oratione indicabatur. Sed neque opum abundantia, neque corporis, in quo admodum puſillo atque debili inerat animus ingens ac ferox, viribus pollens: vt de eo mihi ſaepe in mentem venerit verſuum, quibus perhibetur: *ſi reſpondiſſent vires atque potentia Demoſthenis propoſito et ſolertiae, nunquam fuiſſe futurum, vt in Graecia ſumma rerum potiretur Macedo.* Nam ſi conſilia et conatus *Hutteni* non defeciſſent quaſi nerui copiarum atque potentiae, iam mutatio omnium rerum extitiſſet, et quaſi orbis ſtatus publici fuiſſet conuerſus. Et dolore autem tum *Philippi Melanchthonis* ac noſtro et deploratione quoque *Croti* quaſi iuſta facta ſunt *Hutteno.* Deque eo in itinere verſus a nobis compoſiti, et refutati quidam mortuum lacerantes. In quibus cum *Luſcinius* g) quiſpiam nominaretur, vulturem hunc potius eſſe Epigrammate quodam *Melanchthonis* h) dicebatur. Venimus autem Fulda die tertio Francofurtum, vbi reperimus *Ludouicum Carinum*, cuius tum ſuauitate *Philippum Melanchthonem* admodum delectari animaduerti potuit. Poſtquam in patriam venit, vnaque nos omnes, eas aedes petiuimus, quas incolebat vitricus ipſius. Ibique diuertimus apud matrem *Philippi.* Sed ego comitibus adoleſcentibus duobus, quos ſupra nominaui, incenſus cupiditate videndi *Eraſmum Roterodamum*, perrexi Baſileam.

g) Ottmar Nachtigall, de cuius vita et ſcriptis commentatus eſt Iac. Bruckerus in Schelhornii Amoenit. litt. T. VI. p. 455 ſqq.

h) Lib. II. Epigrammatum Melanchth. (Viteb. 1560. 8.) plag. I. 4.

Cum laceras miſeros crudeli carmine manes,
Nomen erit vultur, non Philomela tibi.

1524 ſileam [i]). Et inde reuerſus cum diſcedente *Philippo Melanchthone* (cuius aduentus quemadmodum ſuis fuerat laetiſſimus et iucundiſſima conſuetudo, ita abſceſſio triſte deſiderium reliquit, matri praeſertim et fratri *Georgio*) eo itinere Eytelpergam veni. Vbi *Hermannum Buſchium* vidimus, qui Philippum iuuenem ſenex amantiſſime cum quadam reuerentia complexus, nobis adoleſcentibus ſe ita quoque dedit, vt facile intelligi poſſet, affectionem beneuolentiae et amoris erga nos ipſius eſſe ſingularem. Academia etiam Eytelpergenſis [k]) ſtudium erga *Philippum Melanchthonem* ſuum officioſiſſime et benigniſſime declarauit.

§. XXVI.

i) In Vita et Epiſtolis Eraſmi a Scriuerio Lugd. B. 1642. 12. edita Bilib. Pirckheimero ſequentia de Camerario eum viſente et de Philippo eum non adeunte ſcribit. P 248. Scripſit ad me Lutherus per Ioachimum quendam ſatis humaniter. Cui non ſum auſus pari humanitate reſpondere, propter ſycophantas. Reſpondi tamen paucis. Melanchthon, vt audio, cupiebat colloqui nobiscum: ſed non audebat me grauare inuidia. Ego certe eam inuidiam contemſiſſem. Eſt iuuenis ingenii candidiſſimi. et p. 252. Melanchthon inuiſit patriam ſuam, me, vt aiunt, inuiſurus, ni metuiſſet me grauare inuidia. Miſit ad me Ioachimum quendam, quem vnice diligit, et ſcripſit de me ad Pellicanum amantiſſime.

k) Quae ei donauit ſcyphum argenteum, qui confectus erat cum cooperculo et celatura inſigni XIII. vnciarum. Vncia pro XVII. alb. quorum valor fuit VII. flor. $\frac{1}{4}$ fl. Deinde artifici pro celatura et deauratione ſuperioris partis dati 2 flor. Quem ſcyphum praeſente D. H. Buſchio lat. linguae Prof. et D. Sym. Gryneo Graec. Prof. a Melanchthone litteris ſuis Brettam vocatis Decanus Facultatis Philoſ. Philippo commendauit. conf. Büttinghauſens Beitraege zur Pfaelziſchen Geſchichte 1. Stück. p. 39 &c.

§. XXVI. 1524

Melanchthonis libera ad Card. Campegium reſponſio et cum Philippo Haſſiae Landgr. colloquium in itinere.

Reuertentibus nobis non longe Francofurto obuiam factus eſt Illuſtriſſimus Princeps Heſſorum *Philippus*, admodum adhuc iuuenis, proficiſcens ad ludos (ſagittarum) indictos Eytelpergae, vbi Principes Germaniae conuenturos eſſe aiebant XIII. et affuturum quoque vel potius iam adeſſe Cardinalem *Campegium*. Is quendam ex ſuis, qui nomen ſibi *Nauſeae* [l]) impoſuerat, Germanico ſignificationis illius in Latinum mutato (patriam enim habuit hic in montana regione Pabepergenſi ad Menum) Eum igitur ille ad *Philippum Melanchthonem* miſerat, vt cum ipſo, quaſi ſua ſponte acceſſiſſet, de controuerſiis ortis colloqueretur, et ſententiam voluntatemque ipſius exploraret. Vtque etiam polliceretur prolixe, ſi *Philippus* deſertis partibus ad ſe tranſire vellet. Eum *Philippus* cum ſimplice et breui reſponſo dimiſerat: *Ea quae ſtatueret et ſciret eſſe vera, nullius mortalis reſpectu aut gratia neque ſpe emolumenti aut ambitione amplecti ſe et defendere, neque ab iis, qui illa docendo protuliſſent et nunc aſſerendo confirmarent, vnquam ſeparaturum ſuas rationes. Quod autem adhuc feciſſet, vt doctrinam puram et ſinceram diligentia ſtudii ſui praeſtaret ſine obtrectationibus et pugnis, in eo ſe eſſe perſeueraturum. Hortari omnes, qui in hoc genere communi tranquillitati et ſaluti conſultum vellent, vt ad ſananda vulnera, quae amplius tegi non poſſent, conſilia atque operas conferrent, et quorumdam furioſam audaciam coherceri ſtuderent, qui exulcerata veluti infeſtis vnguibus lacerare non deſiſterent. Hoc niſi facerent,*

l) Fridericus Nauſea in vernacula Grau dictus lucem vidit Weiſſenfeldiae.

1524 *rent, et ruere ſi mallent, videndum eis, ne prolabendo ipſi primi praecipitarentur.* Itaque tum *Nauſea* diſſimulatis omnibus abierat [m]). Sed Princeps Heſſorum cum in *Philippum Melanchthonem*, vt dixi, incidiſſet, de aliquorum fortaſſe indicio, qui ſcirent eum in patria fuiſſe, ſuſpicatus illac eum reuerti, et animaduertens equitatum noſtrum eſſe minime equeſtrem, idque quod res erat arbitratus, ad *Philippum Melanchthonem* aduehitur, et nunquid ipſe ſit *Melanchthon*, interrogat: Ille ſe eſſe reſpondit, et honoris cauſa de equo deſcenſurus iubetur a Principe in equo permanere, et conuerſo itinere ſecum pernoctare, cupere enim ſe de quibusdam cum eo loqui, habere autem bonum animum, neque quicquam metuere. *Philippus* et a Principe nihil ſibi ſe timere, reſpondit, et eum eſſe, de quo quid fiat, non multum referre videatur. At enim, inquit, arridens, ſi tamen te adducam et tradam *Campegio*, haud illi ingratum me facturum crediderim. Ita *Philippus* tum propter Principem pergens ad quaedam fortuita interrogata, reſpondit et breuiter neque explicate. Non enim aliter tum poterat. Principis etiam animus nondum magnopere res illas curare, atque eſſe aliis cogitationibus intentus videbatur. Sed cum *Philippus* enixe peteret, vt ſibi ſuum iter exequi cum bona Principis gratia concederetur, impetrauit tandem, ne abduceretur longius, eaque conditione Princeps illum dimiſit, vt de quaeſtionibus, quas audiiſſet moueri, reuerſus domum aliquid dili-

m) Hoc colloquium originem dedit Summae doctrinae Lutheri per Melanchthonem ſcriptae, quam b. Riederer III. Part. ſ. Nachrichten &c. p. 453. ex MSto, vti credebat, primum divulgabat, ſed diu iam antea impreſſa erat P. I. Conſ. lat. Mel p. 39. In vernacula quoque lingua ſaepius prodiit in lucem.

diligenter conſcriptum [n]) curaret quam primum ad 1524
ſe perferendum. Perconſtatus etiam eſt de commeatu, et iuſſit iter fieri per loca ſuae poteſtati ſubiecta, et mandata dedit de vſitata deductione in ſuo territorio. Ex quo poſtea per iocum neſcio qua ſententia Princeps ille diſcipulus *Philippi* fuit a quibusdam appellatus.

§. XXVII.

Wilh. Neſeni mors in undis, eiusque praeſagia.

Reuerſo Vuittenbergam *Philippo Melanchthone*, nobisque cum ipſo, inuſtus eſt acerbiſſimus dolor, ex triſtiſſimo caſu mortis *Vilhelmi Neſeni* [o]), qui lintre piſcatoria traiecturus Albim, id quod ſaepe ab eo recreandi animum gratia factum fuerat, cum impegiſſet illam latenti ſub aquis arboris trunco, de improuiſo vacillante inflexaque in latus lintre, excidit et in amne eſt ſuffocatus, cum quidem eo die poſt prandium paululum conſopitus, talem ſpeciem per ſomnum oblatam vidiſſet, offendentis lintris et fluctuantis et prolabentis ſui ipſius in fluuium. Id ipſe, aduentanti tum *Philippo*, qui crebro accedere eum ſoleret, narrauit, deridens cum iocis ſomniorum vanitatem. Recordati et nos fuimus, quid in itinere accidiſſet. Eſt oppidum Heſſorum *Traeſa*, vbi cum pernoctaſſemus, mane exeuntes

n) Fecit id Melanchthon hoc libello: *Ein kurtzer begryff der ernewten Chriſtenlichen leer an den durchl. Fürſten Landgraffen zu Heſſen P. Mel. 1524. in 4.* latine: Epitome renouatae eccleſiaſticae Doctrinae ad Illuſtr. Principem Heſſorum, extat Tomo II. Operum Mel. p. 1.

o) Celeb. Schelhornius P. IV. Commercii epiſtolaris Vffenbachiani p. 299—333. Analecta de Wilhelmo et Conrado Neſenis, eximio fratrum pari, lectu digniſſima inſeruit.

1524 euntes petiuimus praeterfluentem amnem aquationis cauſa. Dumque ibi *Philippus Neſenus*que et ego, caeteris prouectis, donec equi biberent, moramur, conſpicit *Neſenus* tres coruos in proximo colle et ore et alis ſonos geſtusque edentes ſingulares, quaſique tripudia facientes. Quaerit igitur ex *Philippo*, quid portendi augurio illo exiſtimet? Quid enim, inquit *Philippus*, aliud, quam vni ex tribus nobis propinquam mortem? Hoc dicto ſenſi grauiter percuti animum meum et me vehementer perturbari, cum *Neſenus* iocoſe *) eludens illud, ita hilaris pergeret. Atque tum quidem veritus fui interrogare *Philippum*, quid in mentem veniſſet ei, vt de oſcinibus iſtud interpretaretur. Sed poſtea narrauit, ſe exiſtimaſſe, qui tam imbecilli eſſet corpore et valetudine mala, non poſſe eſſe vitam ſuam diuturnam. Et eo ſane itinere interdum non modo grauiter ſed periculoſe etiam inſomnia et peruigilationibus fuerat conflictatus. Neque haec eo commemorantur, quaſi aut obſernationi ſuperſtitioſae volatus geſtusque auium aliquid a me tribuatur, aut *Philippus Melanchthon* tales diuinationes vnquam curarit, ſed vt intelligatur mirabiliter interdum quaedam accidere, quae neque deridenda ſint, et poſt euentum varias cogitationes commouere ſoleant. Scripſit de morte *Neſeni* Epicedium optimus et doctiſſimus vir *Iacobus*, *Micyllus*, et extant cum noſtra tum aliorum Epitaphia.

§. XXVIII.

Henr. Zutphanienſis crudele ignis ſupplicium.

Auxit triſtitiam hanc nuncius crudeliſſimus hoc anno interfecti viri grauis atque conſtantis, et doctrina egregie inſtructi, magnanimi quoque, ſed et

*) Eſt augur, inquit.

et ſapientis et perquam modeſti *Henrici Supphanienſis* *), qui in Dietmaria (quo accerſitus venerat ad coeleſtem veritatem demonſtrandam populo illi et concionandum de Euangelio Ieſu Chriſti) inopinato comprehenſus et excruciatus immaniter horribili ſupplicio necatus eſſet. De cuius mortis autoribus et architectis hoc reperiebatur, vt fraude et malitia vicini ſacerdotii eam oblatam eſſe optimo et ſanctiſſimo viro, dubitaret nemo. Valde hunc *Philippus Melanchthon* dilexerat et fuerat aliquando Vuittenbergae carus vniuerſis, et celebrauit eundem *Philippus* mentionibus honorificis, quas inſeruit ſcriptis ſuis *p*). Poſt *Neſeni* caſum placuit mihi paulisper ſecedere, et tunc ad Clariſſimum virum *Georgium Sturciadem* ſummum amicum me contuli, qui in patria forte erat *Annebergae*. Et Vuittenbergam reuerſus non diu illic manſi, reuocatus in meam patriam. Quo profectus ſum circiter idus Octobris. 1524

§. XXVIIII.

*) Qui aliquandiu Witebergae vixerat cum D. Luthero in eodem monaſterio & eadem familia Auguſtinianorum Eremitarum ſeu ordinis mendicantium, & feliciter profecerat in doctrina & exercitiis verae pietatis. Extant propoſitiones eius, de quibus Witebergae diſputauit initio repurgationis doctrinae. Optime de hoc martyre commentatus eſt Henr. Muhlius, cuius diſſ. de vita & geſtis Henrici Zutphanienſis, Martyris Dithmarſici, inſerta eſt eiusdem Diſſertatt. hiſtorico-theologicis, Kil. 1715. 4. p. 401-472.

p) In comment. Epiſtolae ad Romanos p. 205. Operum Mel. Tomo IV. et in peculiari epigrammate Tomo III. Script. publice Witt. propoſ. A. 1559.

1524

§. XXVIIII.

Andr. Caroloſtadii turbae. Seditiones ruſticae.

Interea *Andreas Caroloſtadius* q) nonnihil vel ipſe dedit turbarum, vel non cauit certe, neque prouidit, ne quid daretur. Et tum quidem Vuittenbergam reliquit, ita vt ſimultatem cum Vuittenbergenſibus ſibi eſſe fateretur, et non dubitaret aliqua notare et reprehendere, quae ibi docerentur. Deque iis etiam edita ſcripta quaedam fuere. Prae ſe ferebat tamen ſtudium de illis ipſis cum *Luthero* et aliis differendi, et ſuae quaedam rationes ſi explicarentur et adimerentur dubitationes, ſe libenter in ipſorum ſententiam conceſſurum, et denuo cum eis coniuncturum eſſe. Sed haec dum mouentur, et incipiuntur actiones, et obtinetur, vt tuto *Caroloſtadio*, quos velit, conuenire liceat, interuenit calamitas ſeditionis plebeiae. Poſt quam tamen et ipſam impetratum fuit ab Illuſtriſſimo Principe *Iohanne*, qui

q) Male depingitur a Melanchthone in epiſtola ad Frid. Myconium praefixa libello: Sententiae veterum aliquot ſcriptorum de Coena dom. ubi inter alia de Caroloſtadio: homo ferus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu communi, quem nullum unquam humanitatis officium aut intelligere aut facere animaduertimus, tantum abeſt, ut in eo ſignificatio aliqua Spiritus S. animaduerſa ſit, immo extant manifeſta ſigna impietatis. In tota doctrina ſolebat ἰȣδαΐζειν ϰαὶ ϛασιάζειν — — — Epp. ad Camer. p. 16. Videt illud Alphabetum applaudere multitudinem, cuius fauorem et gratiam iam olim mihi viſum eſt pluris, quam diuina humanaque omnia facere. Aut παλιγγενεσίᾳ quadam immutatum eſt, aut incredibili ambitione μεθύει. Dan. Gerdeſius Tom. I. P. I. p. 1 ſqq. de uita, fatis & ſcriptis Caroloſtadii optime commentatus eſt, verum hiſtoriam huius vitae non abſoluit. B. Riederer plenam conſignationem ſcriptorum illius dedit in den nützlichen und angenehmen Abhandlungen p. 473. ſqq.

qui fratri Fridericho ſucceſſerat, vt in Saxonicis re- 1524
gionibus domicilium habere *Caroloſtadio* liceret [r]).
Qui aliquantiſper antequam in Heluetiam abiret,
priuatus vixit *Chembergi.* Ita iam progrediens ex-
poſitio noſtra ad annum Chriſti MDXXV. peruenit, 1525
qui quaſi inundatione quadam ſeditionum fatalis fuit toti Germaniae, cum quidem de ſiderum ſuperioris anni congreſſu, aſtrologi plerique eluuies aquarum praedixiſſent. Sed hae fuerunt ſanguinis et horribilium facinorum, de quibus modo ſcribendum non eſt. Harum rerum ſcelerata conſilia et actiones nefariae quibus angoribus confecerint animum *Philippi*, qua affecerint ſolicitudine, quantopere excruciando afflixerint, verbis exprimi nequit, et de literis [s]) ipſius ad amicos miſſis et aliis ſcriptis [t]) perſpici poteſt.

§. XXX.

Lutheri coniugium. Electoris Sax. mors.

Euenit autem vix ſedatis illis tam turbulentis et periculoſis motibus, vt *Martinus Lutherus* vxorem duceret, paulo etiam ante mortuo *Fridericho* [u]) Principe Semptemuiro creandis Imperatoribus Romanis. Ex quo facto maximum dolorem cepit *Philip-*

r) Melanchth. in Epp. ad Camer. p. 31. Caroloſtadius ſcripſit huc ſupplices litteras, dabitur a nobis opera, vt amanter adiuuetur. Eius vxor hodie in vrbem ad nos opinor veniet, nam heri vocauimus, ſumma fide diligentiaque curabimus, ne qua re egeat.

s) Conf. Melanchth. Epp. ad Camer. p. 26, 27 ſqq.

t) Edidit tunc Ein ſchrifft wider die Artickel der Pawerſchafft, 1525. 4. conf. Epp. ad Camer. p. 28.

u) T. II. p. 584. ed. Argent. 1544 Declamat. Melanchth. oratio extat in funere Friderici.

1525 *Philippus* *), non quod illud damnaret, ſed quod occaſionem dari cerneret inimicis et maleuolis, quos habebat *Lutherus* et numero complures et opibus potentiaque praeſtantes, acerbius inſectandi et liberius maledicendi ipſi, cum praeſertim, quicunque hoc facere voluiſſent, adiuuari atque inſtrui tempore animaduerteret, in quo plurimum ad omnium rerum momenta ſitum eſſe conſtat. Verum cum et *Lutherum* ipſum iisdem cogitationibus nonnihil conturbari intellexiſſet, non modo ſuum eſt dolorem moderatus, ſed illum quoque conſolando erexit, et triſtitiam moleſtiasque eius hilaritate colloquiorum leuauit, et ad priſtinam eum alacritatem reduxit.

§. XXXI.

Melanchthon Norimbergam acceritur ad deliberationem de ludo litterarum ibi conſtituendo: primi in ea urbe doctrinae Magiſtri Camerarius et Schonerus: Gelenius Baſilea eo ſe conferre recuſat.

Eo anno proficiſcens cum nobilitate generis, pietate, virtute, ſapientia praeſtantiſſimo viro *Iacobo Fuxio* ordinis equeſtris in Franconia, cui Pruſſiam videre placuerat, quod poſt oppreſſos ſeditioſos magna eſſet vbique confuſio rerum, et quorundam ferox inſolentia, et nihil vſpiam amantem patriae et ſtudioſum veritatis et alienum ab inhumanitate oblectare poſſet: tunc igitur Vuittenbergam veni, et reuertentes cognouimus interea allatas litteras fuiſſe ſcriptas ad *Philippum Melanchthonem* a ſenatu vrbis Noricae, quibus accerſebatur ad deliberationem

*) Vid. graecam de nuptiis Lutheri epiſtolam Philippi et huius lat. interpretationem p. 33. et p. 772. Epp. ad Camerarium. Extat quoque in Melanchth. Conſil. lat. P. I. p. 37 ſqq.

nem de ludo literarum apud ſe inſtituendo *w*). *Norimbergae* tum Principes ſenatus erant *Caſpar Nucelius* et *Hieronymus Ebnerus*, et *Laſſarus Spengelerus*, nomine quidem ſcriba ſenatorius, ſed reuera conſiliorum omnium fere autor ac gubernator. In *Nucelio* vigebat animus altus atque magnus, et ita prudens, vt neminem audiuerim, cum ſermonibus interfuerim de eo plurimorum, qui in iſto genere ciuilis rationis ac facultatis quenquam praeſtantiorem illo cognouiſſe diceret. Quae ſecum ipſe deliberando e Republ. eſſe ſtatuiſſet, ab iis nullius odio aut amore abduci ſe patiebatur. Non obtineret aliquid et vinceretur aduerſantum numero, at ipſe diſſimulare ſtudium et propoſitum ſuum, et facere, quod omnes cuiuscunque artis non vulgariter periti ſeruant, vt permanente eadem de ſui operis abſolutione ſententia, non facile mutent efficiendi illud inſtitutum modum, neque deſiſtant ab experiendi conatu. Itaque cum iam *Nucclius* aliquid abieciſſe aut reliquiſſe exiſtimaretur, comperi alio tempore occaſionem eum nactum ex improuiſo de eodem referendo perfeciſſe, vt approbaretur decernendo. In *Ebnero* ingenii maior erat manſuetudo et placidior quietiorque mentis habitus. Innocentiae cura ſumma et bonae conſcientiae cuſtodia. Vt horum duum quaſi copulationem ciuitati illi ad felicem ſtatum Deus largitus eſſe videri poſſit, temperamento quodam optimarum quidem naturarum, ſed quarum tamen vtraque aliquid haberet alterius diſſimile et ſuum, adminiſtrationem Reipublicae fortunans. *Spengelerus* *x*) autem et vſu rerum, et quadam 1525

w) Conf. I. I. Vollandi diſſ. de meritis P. Melanchthonis in rem litterariam Noribergenſem, Altd. 1719. 4.

x) Huius de re literaria et eccleſiaſtica Norimbergenſi optime meriti viri vitam deſcriptam nobis dedit Urbanus Theophilus Hausdorfius, Norimb. 1741.

1525 dam etiam inchoata doctrina excellebat, exploratataque et perſpecta multis difficilibus et arduis negotiis fide atque induſtria, cum inextincto ardore aſſerendi defendendique vera et recta tam ad Deum quam homines. Itaque nihil erat ei antiquius religionis ſincerae et purae inſtauratione. Quod autem intelligeret et perpenderet animo ſuo, quantum eſſet ſitum ad ſpem omnis proſperitatis rerum diuinarum et humanarum et ſalutarium in hac vita actionum, in puerili inſtitutione, hortator et inſtigator fuit ſenatui, vt peritos aliquos bonarum artium et literarum reperirent, qui operam darent ſuam ciuitati in pueritia erudienda, quibusque congregatis eximius quidam apud ſe ludus aperiretur. Cumque illi duo, quorum virtutem et ſapientiam veluti adumbrando paulo ante indicauimus, ſentirent idem, non magno negotio effectum fuit, vt *Philippo Melanchthoni* publice ſcriberetur, et de eius ſententia atque iudicio totam rem conſtituendi cauſa, aduentus ipſius peteretur. Qui cum recuſandum iter iſtud non putaret, et poteſtatem faciendi impetraſſet a ſuo Principe, ita eſt illud huius anni autumno ingreſſus, et nos ſumus vna profecti, eoque itinere Papebergae apud meum patrem habui hoſpitem *Philippum Melanchthonem*, cum in illo comitatu eſſet egregius generoſae ſtirpis et mentis iuuenis *Melchior Fronſpergius*. Norimbergae autem hoc actum eſt, vt proximo anno rediret illuc *Philippus Melanchthon* y) et adduceret *Eobanum Heſſum* z), cum iam conueniſſet vt *Michaëlus*

y) Oratio inauguralis in laudem nouae ſcholae a Melanchthone habita Noribergae in corona doctiſſimorum virorum et totius ferme Senatus extat Tomo I. Declamatt. Mel. p. 435.

z) Cui deferebatur annuum ſtipendium quinquaginta et centum aureorum nummorum. Tom. Lugd. Epp. Mel. p. 59.

lus Rotingus a) et ego ibidem illo tempore adeſſemus. Fuitque anno Chriſti MDXXVI. nobis mágiſtris inchoata publica doctrina bonarum literarum atque artium in ea vrbe, adiunctusque mox nobis *Iohannes Schonerus* Mathematicus. Laborabat *Philippus*, vt ſocium haberemus operarum ſcholaſticarum doctiſſimum virum *Sigemundum Gelenium* b) gente Bohemum, qui ante annos aliquot ex Italia, vbi patrimonii totius pecuniam in neceſſarios ſtudiorum ſumtus impendiſſet, reuerſus aliquantiſper vixerat apud *Philippum* gratiſſimus huic hoſpes et nobis ſodalis iucundiſſimus. Sed neſcio, quae res illum *Baſileae*, quo tunc ad *Frobenianos* ſe contulerat, detinuerit, vbi et ad ſenectutem vxore ducta peruenit, et in literis bonis operam nauauit, vir honeſto loco natus, et vtriusque linguae peritiſſimus, et valde ingenioſus et mirabiliter diligens. 1526

§. XXXII.

A Comite Mansfeldenſi Alberto legationis Hiſp. comes lectus Camerarius: qua tamen legatione intermiſſa is Norimbergam redit, eodemque anno patrem amiſit, de coniugio contrahendo conſilia iuit et fratris capti calamitate affligitur.

Hoc ipſo anno et curarum nonnihil et moleſtiae aliquid ex me percepit *Philippus Melanchthon*, cuius ſolicitudines de amicis eſſent ingentes, praeſertim iis in rebus, quarum vel minima ex parte autor ipſe extitiſſet. Fuerat decreta legatio ad *Carolum V.* Imperator. Romanum. Qui in Hiſpania illo tempore coniugio operam dabat, cum duxiſſet Luſitaniae Regis *Emanueli* filiam. Ad hanc legationem

a) Quem Philippus in epiſtolis Micalúm appellare ſolebat.

b) Epiſtola, qua ei iuſſu Magiſtratus Norici profeſſionem offert, extat in Epp. ad Camer. p. 37.

1526 nem obeundam quatuor delegerant, inter quos praecipuus erat Generoſus et Nobilis Comes *Albertus Mansfeldenſis*, apud quem cum facta aliquando de me a *Philippo* mentio fuiſſet, et ille ſecum aliquem eſſe vellet, qui loquendi ſcribendique latine vſum quendam haberet, conditio mihi vna proficiſcendi ita lata fuit [c]). Quam cum iuuenis aetate et animo mores externorum cognoſcendi cupido minime repudiandam putarem, obſtitere mihi quaedam, ad quae expedienda conſilio opeque illius indigebam. Itaque nonnihil laboris mea cauſa tunc *Philippus* ſuſcepit, et procedente, vt credebatur, itinere ſollicitudine de me affectus fuit maxima. Sed cum ventum fuiſſet Eslingam, vbi proceres Imperii congregati dare mandata et abſoluere legationem debebant, conuerſa res fuit, et viſum illo itinere ad id deſtinatis ſuperſedendum, neque Caeſarem tunc miſſis legatis interpellandum, et quae ſignificari placuiſſet, literis exponenda eſſe. Reuerſi igitur Norimbergam ſub huius anni exitum, nonnihil, quemadmodum exiſtimabatur, periculi vitauimus, et anxie-
1527 tate ſua *Philippus* eſt liberatus. Sed ſequens propter noſtras aerumnas grauius illum afflixit, praeſertim gaudentem indicio literarum, quibus certiorem eum feceram de conſiliis actionibusque coniugii mei [d]). Hanc enim laeticiam triſtiſſimus caſus calamitatis a fratre meo *) acceptae contaminauit. De quo,

c) Conf. Epp. ad Camer. p. 62 - 70.

d) Vxor Camerarii erat Anna Dapifera (Truchſes) de Grünſperg, denata Lipſiae 1573. cui Melanchthon editionem germanicam Locorum communium A. 1553. dedicauit.

*) Hieronymo Camerario in carcerem coniecto tyrannicis imperiis aulae Bambergenſis. cf. Melanchth. epiſtolam ad Mich. Rotingium Tom. Lugd. p. 509.

quo, rebus illis iamdudum compoſitis, et quia renouare ingentem dolorem et ſaeuiſſima vulnera quaſi refricare non lubet, plura dicenda non ſunt. De *Philippo Melanchthone* hoc praedicare debeo, neque laboris vllius defatigatione retardatum, neque formidine vllorum deterritum, neque metuentem flagitationum offenſiones, et hos illosque appellando, et itineribus ſeſe defatigando, et conſulendo, et deprecando, facile declaraſſe, quanti nos faceret, et quid in amicitia fieri oporteret, ſuo exemplo demonſtraſſe Sed et haec omittantur, ne exequi et texere narrationes de me non de illo videar. Non diu ante finem huius anni patrem *) ego amiſi meum, annos natum LXXXI. magis aduerſorum mole quam morbo oppreſſum, qui luctus *Philippo Melanchthoni* mecum communis fuit. Eſtque ille me tunc conſolatus amantiſſime ſcripta epiſtola. Quae, ſi videbitur, et res feret, vna cum aliis aliquando proferetur in lucem *e*). 1527

§. XXXIII.

Elector Sax. belli ob famam foederis inter Pontificios ſanciti ſparſam exorituri incendium reſtinguit. Viſitatio Eccleſiarum Sax. et de ea Melanchth libellus editur obtrectationi expoſitus.

Annus Chriſti MDXXVIII. paene obruit *Philippum* conſultationibus et curis de maximis negotiis et de rebus difficillimis atque grauiſſimis et praeſente diſcrimine pleniſſimis. Quae tempeſtas vt ſubito exti- 1528

*) Iohann. Camerarium. conf. Epp. ad Camer. p. 86.

e) Hoc anno 1527. tempore autumni vrbs Witeberga peſtilitate infecta eſt, quod malum Profeſſores coegit ſcholam inde abducere Ienam. Menſe Martio autem A. 1528. ſcholam Vitebergam remiſerunt. Epp. ad Camer. p. 81. et 88.

1528 extiterat, ſic ſtatim abiit. Sparſa enim fama *) et delato indicio conſpirationis cuiusdam ad eos vel coercendos, vel in ordinem redigendos, qui auſi fuiſſent ritus priſtinos religionis noſtrae immutando veluti ſeceſſionem quandam facere, Principum quorundam animi iracundia et dolore exarſerunt. Sed illuſtriſſimus atque praeſtantiſſimus pietate, virtute, ſapientia et optimus Princeps *Iohannes* Erneſti filius, Friderichi frater, Iohannis Friderichi pater (quae ex hac domo praeclariſſima nomina noſtra aetate pulcerrimis laudibus et ſummo ſplendore effloruerunt) Dux Saxonum, vnus ex Septemuiris Imperii Romani, clementia atque manſuetudine operaque et ſtudio ſuo iam exorientis belli exitiale incendium reſtinxit, et Germaniam periculo, omnes metu liberauit, cum ſe eum praeberet, cuius virtutem et integritatem et abſtinentiam inimici quoque admirarentur et laudarent. Sed iſta a nobis enarranda hoc loco non ſunt *f*). Eodem anno et laborioſae et inuidioſae res occupatum tenuerunt *Philippum Melanchthonem*. Quod enim multa inordinate et perperam in adminiſtratione rei Eccleſiaſticae fierent, inſpici iuſſit illuſtriſſimus Princeps Dux Saxoniae *Iohannes* ſtatum Eccleſiarum ditionis ſuae *g*). Huic negotio et ex nobilitate quidam primarii, et cum aliis

*) Per D. Ottonem Pack, qui affirmauerat, ſe uidiſſe archetypum coniurationis papiſticae. Vid. p. 100 et 104. Epp. Mel. ad Camer.

f) Longa de hac Packiana turba extat Mel. epiſt. ad Camer. p. 96 - 101. varia ſingularia et memorabilia ad eam plenius cognoſcendam multum inſervientia continens. vid. quoque Verpoortennii praefationem ad Analecta S. ſuperioris aeui.

g) Conf. A. G. Roſenbergs Hiſt. Abhandlung von der erſten Kirchenviſitation in der Evangeliſchen Kirche etc. Breſlau 1754. 4.

aliis *Philippus Melanchthon* praefectus fuit. Pluri- 1528
ma ibi comperta ſunt, ad quae reſpectu maturo opus, multa deprehenſa vitia, quorum emendatio neceſſaria eſſet. Neque breuiter dici poteſt, quantum boni illa inſpectionis opera diligentiaque effectum fuerit, cum et peccata aliquot annorum corrigerentur et fulcirentur ruinae multis in locis labefactatarum Eccleſiarum, et proſpiceretur in poſterum incolumitati illarum. Complexus tunc eſt *Philippus* doctrinae ſummam perſpicua breuitate et compendio memorabili [h]), vt certo ſcirent docentes in Eccleſiis regionum illarum, quid ſequi deberent, neu diuerſa et diſſentanea traderentur. Qui libellus maxime et vtilis per ſe, et tempore neceſſarius, non caruit obtrectatoribus variis, quorum aliqui *) requirerent neruos et vim contentionum, alii **) dicerent prodi cauſam, rurſumque libertatem eripi et adduci in ſeruitutem homines. Nam autore et monitore *Philippo* aliquid tunc de diſciplina et vita nonnihil diſſoluta conſtitutum, et eo libello cum fideliſſimis praeceptionibus et ſalutari doctrina perſcriptum fuerat. In quo, ſi aduerſarii tantum erraſſent, ferri poterat, ſed coniunctos in cauſſa, non tam iniquos certe iudices, neque cenſores immites eſſe

h) Cuius titulus: Articuli, de quibus egerunt per Viſitatores in regione Saxoniae, Witt. 1527. 8. Diffuſior autem prodiit germanice: *Vnterricht der Viſitatorn an die Pfarherrn im Churfürſtenthumb zu Sachſſen*, ib. 1528. 4. Philippus non facit ullius libri a ſe editi toties mentionem, quam huius, et ſignificat non obſcure, ſe eo libro initiatum eſſe ſtudiis theologicis.

*) Vt Nic. Amsdorfius et Conr. Cordatus.

**) Vt Io. Agricola Islebius. De hac controuerſia multa in epiſtola ad I. Ionam L. IV. p. 108 etc.

1528 eſſe oportuit [i]). Verum leuitas plerorumque talibus temporibus perſpicitur, cognoſciturque, quam in paucis et ſtudium veritatis vigeat, et ſententia certa ſit atque firma. *Philippum* quidem labaſcere [k]), qui eadem placide exponeret, quae ab aliis vehementius diſputarentur, rati aduerſarii egerunt cum eo, vt ad ſe tranſiret, et conditiones tulerunt defectionis, vt putarunt, haud reſpuendas, cum interea apud quosdam ſuorum quoque ipſe oneraretur ſuſpicionibus et inuidia odioque premeretur, et hanc

i) Audiamus ipſum Melanchthonem in Epp. ad Camer. p. 112. Libellus ille, quem edi poſtulat Spenglerus, eſt in aula, et vt opinor, edetur. Quidam alius ſimilis, ſed breuior aliquanto latinus, minime in hoc vt ederetur ſcriptus, Vitebergae me inſcio excuſus eſt. Nihil habet, niſi quandam puerilem κατηχησιν, vt ita dicam, Chriſtianae religionis. Et tamen hic tam breuis libellus, quas tragoedias excitauit? compoſuit quidam e noſtris peracerbam ſane cenſuram in id ſcriptum. Et expecto ab eo acerbiorem. Nunc de me aiunt eum triumphare, tanquam ſi regem Gallorum in acie cepiſſet. Sed ego dabo operam, vt intra nos componatur haec res, et vincam mea moderatione atque humanitate iſtius vehementiam. Reprehendit, quod non doceam inchoari poenitentiam ab amore iuſtitiae, quod de legis praedicatione nimius ſim. quod alicubi male detorſerim ſcripturas, quod quibusdam locis Chriſtianam libertatem laeſerim. Facit me bis Papiſtam. Sic ego audio apud amicos. — — —

k) Epp. ad Camer. p. 105. Faber ex Boëmia ad me ſcripſit hortaturque, vt deficiam a cauſſa, habiturum me defectionis praemium conditionem aliquam apud Ferdinandum regem. Et interpretatur me labaſcere, quia in libello inſpectionis Eccleſiarum fuerim ἐπιεικέστερος, in quo tu vides nihil aliud me ſcripſiſſe, quam quod paſſim tradidit Lutherus. Et tamen quia ſine aſperitate verborum ſcripſi, iudicant iſti, ſcilicet homines acuti, me diſſentire a Luthero etc.

hanc mercedem acciperet ſtudii, diligentiae, laborum, fidei ſuae. 1528

§. XXXIIII.

Conuentus Spirenſis: in eo adhibita a Melanchthone circumſpectio probata.

Annus proximus Chriſti MDXXIX. quo *matrem* [l]) quoque amiſit migrantem ex hac vita, et ipſe mirifice exercuit *Philippum Melanchthonem* propter actiones conuentus *Spirenſis* [m]), quo cum Illuſtriſſimo Principe Duce Saxonum *Iohanne* ille venerat. Erant res multiplicibus et variis modis exulceratae et vndique magis impendebant malorum incrementa, quam ſubleuationis aut proſperitatis ſpes oſtendebatur. Et tantis in miſeriis Reipubl. controuerſiisque ortis iis, quae capitalia odia ordinum cum iam excitauiſſent tum adhuc alerent, non tam hoc alienatis inimicisque animis diſſidentes agere videbantur, vt explicatis dubiis et quaſi decidendo occaſione diſcordiarum remota, ita diuulſae ſeparataeque partes benigna pacificaque compoſitione rurſum iungerentur, quam veluti dedita opera irritare ſeſe mutuo, et odio quietis diſſidia vetera confirmare, et his alia addere, ſuamque vrgere perniciem, perinde ac ſi impendens exitium auerti nollent. Cum autem his ſimilia aliis etiam fatalibus temporibus, orbisque terrarum locis acciderint, fortaſſe liceat conſolatione hac, quamuis infirma et miſera vti: Haud tibi ſoli, et ferenda ſint illa patienter. Vtinam praeteritis omiſſis, quamuis grauia et intolerabilia 1529

l) Vide, quae dixi in Melanchthonianis p. 9 ſqq.

m) In I. I. Mülleri Hiſt. von der Evangeliſchen Stände Proteſtation p. 47. extat Bedenken D. Luthers und Melanchthons wider den Speieriſchen Abſchied. Facit huius conuentus mentionem Philippus in Epp. ad Camer. p. 119 - 125.

1529 bilia ea quibusdam eſſe videantur, non pudeat aduerſis doceri, et libeat cauere prouidereque, ne priores difficultates, vt leniſſime dicam, nouis aliis cumulentur. Quod adiuuante Filio Dei pacis ſincerae largitore, eſſet in procliui, ſi illius voluntati ſeruirent ſtudia hominum, et non indulgeret quisque animo ſuo. Neque me fugit, a nonnullis *Philippi Melanchthonis* anxias ſolicitae mentis curas ſaepe eſſe reprehenſas et plane vituperatas, tanquam nimias et immodicas et timiditate quadam deſperata neque Deo aeterno gratas et hominibus odioſas ac contrarias, quaeque ſuſceptis interdum rebus vtilibus officerent. At ille neque ignauo metu, neque deſperatione culpanda quorundam vehementiam non probabat, ſed ipſe erat attentior atque circumſpectior veramque conſiderationem adhibebat, et ne temeritatis iuſtum crimen vllo incepto ſubiretur, praeſtandum eſſe iudicabat. Neque negabat ſe intuentem praeterita et contemplantem praeſentia, non parum interdum vereri, quid denique futurum eſſet, et ea cura ſollicitudineque angi animum ſuum fatebatur. Quod quibus vſu non veniret, eos non tam fortes quam nimis audaces vel nullo ſenſu etiam humanitatis praeditos videri poſſe arbitrabatur. Vt autem fabula narrat, quendam, qui coecus eſſet, per ponticulum anguſtum ſine trepidatione tranſiſſe, cum alii videntes et periculum intelligentes idem facere non poſſent, ſic profecto prudentis animi cogitatio ſemper in cautione timida eſt, cum nimia fiducia alii quamplurimi admodum ſaepe inſolentes feroceſque eſſe videantur. Ac memini me aliquando perturbatum *Melanchthonem* hortari, vt illas curas deponeret, et reiiceret, ſecundum praeceptum Dauidicum, in Deum aeternum. At ille, *Si*, inquit, *nihil curarem, nunquam implorarem Deum.* Cum autem curas finiat religioſa pietas precibus,

cibus, nimirum expers eſſe earum penitus illa nequit. Et curis igitur ad preces impellor, et precibus curas depello. Diligentia ſane et circumſpectio, cura, attentio *Philippi Melanchthonis* non probabatur aeque omnibus, cum reperirentur qui ad voluntatem ſenſumque aliorum iudicia ſermonesque ſuos perfacile inclinarent, et ideo grati acceptique eſſent iis, quibus aſſentiebantur vel etiam aſſentabantur. *Philippus* vero, qui in cupiditate benefaciendi quamplurimis et commodis aliorum ſeruiendi, ad res ſuſcipiendas promtus paratusque eſſet, conſulendo autem agendoque cum perquam ſolicitus, tum propter ſummam fidelitatem nimis etiam anxius de euentu, nonnunquam liber quoque tam monendo quam reprehendendo cauere non poterat, quin aliquos offenderet, non etiam nullos a ſe plane alienaret. 1529

§. XXXV.

Periculum Sim. Grynaeo intentatum conſilio Melanchthonis euitatur.

Non debui hoc loco omittere, quod compertum haberem, qui et ipſe tum ſalutandi *Philippum Melanchthonem* gratia Spiram veniſſem, accidiſſe optimo et elegantiſſimo atque doctiſſimo viro *Simoni Grynaeo* *). Tametſi me non fugiat et ab ipſo *Melanchthone* eſſe eam narrationem inſertam libro

*) Hoc elogio eum ornat Melanchth. in Select. Epp. p. 107. Grynaeus cum videret magnum decus eſſe Eccleſiae eruditionem, magno labore accendere omnium honeſtarum artium ſtudia conabatur, optimos autores veteres edebat ac enarrabat. Erat ingenium capax omnium bonarum artium, ſed haec maior laus eſt, quod non faſtidiit doctrinam Eccleſiae, ſed ſemper ad philoſ. ſtudia lectionem adiunxit Prophetarum et Apoſtolorum.

1529 bro *) cuidam ipſius, et ſciam de hac re quosdam ita locutos vt ficta, quosdam vt nugatoria. Mihi quidem minime ſuperſtitioſo, et ei tamen, qui nunc etiam numinis diuini vim et efficacitatem in terris aliquando cerni non dubitem, haud videtur illa extenuanda, nedum deridenda. Quae ſeſe ad hunc modum habet. Eytelpergae *Grynaeus* tunc, vbi ducta vxore conſederat, optimarum diſciplinarum et artium doctrinam profitebatur, cum autem caeteris in partibus philoſophiae non facile ei parem reperires, tum mathematicarum cientiarum era t peritiſſimus. Viſum fuerat huic ſquoque Spiram vicinam venire, vt cum *Philippo Melanchthone* paulisper verſaretur. Ibidem aderat et *Faber* Conſtantienſis **), qui magna vehementia reſiſtebat puriori Eccleſiaſticae doctrinae et in hac vitiorum emendationi. Erat quaedam *Grynaeo* cum hoc neceſſitudo antiqua, qua fretus accedit hominem et cum eo primum aliis de rebus familiariter colloquitur, deinde et ſermones infert de iis, quae erant in manibus. Monet hortaturque ne veritatis hoſtis eſſe pergat, neu ſeſe non modo cum eam oppugnantibus coniungat, ſed his etiam autorem ducemque praebeat. Diſputat

*) Commentario in Danielem Proph. cap. X. et Epp. Mel. ad Camer. p. 122. 123. vbi Grynaeum nominat amicum noſtrum, Fabrum vero Cyclopem. Ioh Manlius quoque in Collectaneis locorum communium (Franc. ad M. 1594. 8.) p. 18. hanc plane ſingularem hiſtoriam narrat. Legitur quoque P. IV. Poſtillae Melanthonianae p. 256. Conferri praeterea meretur hac de hiſtoria C. A. Heumanni Poeciles Tom. III. L. 3. diſſ. 13.

**) Epiſcopus Viennenſis, de quo ſparſus fuit iocus, quod eſſet iuxta verba veteris prouerbii: Nullus malus magnus piſcis. Conf. C. E. Kettneri Diſſ. de Iohannis Fabri Epiſcopi Viennenſis Aduerſarii Lutheri vita et ſcriptis, Lipſ. 1737. 4.

putat cum ipſo libere, confidentius quoque aliquid 1529
dicit. *Faber*, qui valde offenderetur oratione tali, diſſimulare tamen omnia, et iubere reuerti ad ſe *Grynaeum*, vt accuratius de tanto negotio diſputarent. Narrat amicis hoc *Grynaeus*, qui diſſuadent reditum ad *Fabrum* et rem periculo non carere oſtendunt. Erat *Philippus* vna cum ſuo grege collocatus in hoſpitio domunculae ſacerdotis cuiusdam ſenis, nequaquam mali hominis. Ibi *Grynaeus* et ipſe fere ſemper eſſe conſueuerat. Venit eodem forte *Grynaeo* abſente quidam eo habitu ſpecieque eiusmodi, quae dignitatem prae ſe ferret ſingularem, quaeritque ex *Philippo*, vbi *Grynaeus* ſit. Modo, inquit *Philippus*, ille abiit. Vellem adeſſet, inquit hic, et ſcire ſe indicat parari ipſi inſidias, in quas incidere nollet virum bonum et doctum, ſic enim praedicari. Ita ille, quisquis fuit, nam cognoſci id non potuit, diſceſſit. Reuertitur paulo poſt *Grynaeus*. Quem *Philippus* iubet redire *Eytelpergam* ſtatim, neque diutius *Spirae* commorari, ac miranti, quae eſſet feſtinationis tantae cauſa, narrat omnia in via, cum deduceret ipſe eum ad Rhenum, quo loco Illuſtriſſ. Princeps Elector *Ludouicus* Palatinus peculiarem traiectum inſtituerat. Et non diu poſt affuit armata quaedam manus ad comprehendendum *Grynaeum* miſſa. Neque quisquam aliter ſuſpicari potuit, quam a *Fabro* ortum id et tantum periculum *Grynaeo* creatum fuiſſe. Natus hic in iugis montium vicinis Vuirtenbergico agro, Viennae ad Danubium bonarum artium ſtudiis operam dederat. Cumque Eytelbergae annis aliquot ſubſtitiſſet, contulit ſe poſtea Baſileam, ibique multis egregiae doctrinae operibus editis, mortuus eſt anno Ieſu Chriſti MDXLI. Commigrationis autem illius non minima cauſa fuerat, cupiditas vtendi conſuetudine *Iohannis Oecolampadii*, quem doctrina excellentem coeleſtis

1529 et aeternae veritatis, id eſt, ſacrarum literarum ſtudioſiſſimum, ſimulque integritate vitae atque morum honeſtate et ſuauitate ingenii venerandum ac amabilem cognouiſſet. Sed redeat ab hac digreſſiuncula ad inſtitutum narratio noſtra.

§. XXXVI.

Proteſtantium nomen. Melanchthonis prudentia in diſſidio religionis adhibita ab obtrectatoribus maledicis inique ſugillata.

Dum illi, qui debuerant rebus laborantibus ſuccurrere potiſſimum et remedia adhibere, vel omnino facere medicinam negligunt, vel ita facere aggrediuntur, vt malum indies redderetur inſanabilius et aſperius, non modo non ſedata fuerunt iam commota, ſed indies quaſi tentationes nouorum morborum acceſſerunt. Et metu iniuriarum atque violentiae inceperunt tunc ſibi aliquanto diligentius proſpicere illi, qui vt deſertores veteris religionis accuſabantur et damnabantur. Itaque capita, vt aiunt, illi conferre et de coniunctione ac foederibus ad neceſſariam defenſionem colloqui. Feruebant in *Heluetia* ea tempeſtate contentiones, et ciuitas *Argentoratenſis*, ritus quosdam, iudicio et perſuaſione ſua impios, abrogauerat, frementibus iis, quibus mutatio illa detrimento futura eſſet. Atque *Spirenſi* conuentu [o]) cum vrgerentur decreta priora valde dura, et leniora antiquarentur, coniuncti Principes quidam, refragari manifeſto non dubitarunt, teſtantes publice talibus decretis, quae fraudi eſſe poſſent progreſſionibus doctrinae veritatis coeleſtis, ſe non aſſen-

o) Mentionem huius conuentus & rerum ibi geſtarum facit Melanchthon in Epp. ad Camer. p. 119 ſqq. Inprimis merito conf. Io. Ioach. Mülleri Hiſtoria von der Euangeliſchen Stænde Proteſtation und Appellation, Ienæ, 1705. 4.

aſſentiri, neque iis teneri velle. Horum primus fuit optimus et excellentiſſimus pietateque Illuſtriſſimus Princeps *Iohannes* Dux Saxonum. Adhaeſeruntque eis ciuitates potiſſimum duae, *Norimberga* atque *Reutlinga*. Et fuit iſta origo atque cauſa nominis et coetus eorum, qui ſunt appellati *Proteſtantes*. Solenni autem Iuris publici obſeruatione res illa acta et ſcripto expoſita, et poſtea miſſis ad Imperatorem Romanum Carolum V. legatis, ſubiectiſſima ſignificatione indicata eſt *p*). Qui legati illum in Italia conuenerunt peregeruntque apud ipſum mandata, aduentantem ad Imperatoris titulum coronationis auguſto ritu adipiſcendum et obtinendum a Pontifice Romano. Sane rediens mecum in memoriam earum rerum, quae illis temporibus geſtae fuerunt, non poſſum non vehementer ſuccenſere quibusdam, qui ignari omnium quaedam tunc dicta atque etiam ſcripta *Philippi Melanchthonis* nunc contra ipſum colligunt atque proferunt. Quo tamen nihil fere aliud conſequuntur, quam vt inhumani vel potius impii odii ſui nefariam acerbitatem patefaciant. Vt in mari procellis ventorum commoto fluctus multiplicantur, ſic inceptiones inuſitatorum augeſcebant. Et de dogmatibus diſputationes quorundam erant alicubi horridiores, et conſilia animoſa atque feſtinata actionesque praecipites. Neque, quod Medici praecipiunt, cauebatur, ne indigeſta adhuc atque cruda agitarentur impellendo. Quae animaduertens et perpendens *Philippus Melanchthon* non poterat non pietatis prudentis attentione metuere, quorſum illa euaſura eſſent. Itaque ſi quid ſuſcipi mouerique cognouiſſet turbulente aut ſaltem audacter, valde perturbabatur, autoribusque iraſci 1529

 et

p) Conf. Cel. Viri Ge. Andr. Willii Memoria Michaelis de Caden, Altdorfii, 1773. 4.

1529 et aduerſari illis ſolebat. Non rem interdum improbans, ſed intempeſtiuam aut praepoſteram rationem reprehendens, eorum praeſertim, qui alacritate quadam nimia delinquerent, et exultando laberentur, et viam nondum tritam ingrediendo nonnusquam aberrarent. Cum ipſe non modo veritatis ſed ſimplicis huius et purae eſſet amator, et quicquid abhorreret a doctrinae directa et plana veluti via, recederetque a proprietate diſertae et perſpicuae tam expoſitionis quam explicationis, id magnopere fugeret. Fontem autem doctrinae integrae et ſincerae in Eccleſia, vnde ea hauriretur vniuerſa, praeter ſacras literas nullum aperiendum admittendumque, cum et ſciret et inprimis defenderet, doctrinam nihiiominus quaſi deduci, vt liquido flumine et ſine ambagibus manaret, per conſentientem antiquitatis piae atque religioſae explanationem, tanquam alueum, debere ſtatuebat. Cum igitur intempeſtiuae vel etiam importunae nouitatis quaſi eruptiones, quae nouorum quoque certaminum et diſtractionum maiorum cauſae eſſent, neutiquam illi placerent, tum foederibus deuinctas coniunctiones et armorum communitatem implicari in negotium religionis et ſpecie mirificum, et re ipſa periculoſum eſſe intelligens, curis grauiſſimis et maxima ſolicitudine afficiebatur de talium conſiliorum atque actionum euentu. Non autem temporibus, perſonis, occaſionibus, ipſisque adeo negotiis atque rebus perſpectis, diſtinctis, exploratis, omnia quae dicuntur confuſa atque obſcura eſſe neceſſe eſt. Qualia ſunt partim obtrectantia bonis et maledica, partim ſcurrilia atque nugatoria, partim etiam calumniis et mendaciis referta ſcripta quorundam, quae his temporibus euolant tanquam monedulae aut ſturni et magno numero et ſtridore ingrato, et, ſi quid adhuc reliquum eſt boni, illud car-

carpendo perimunt, et omnem ſpem fructuoſorum 1529
tractatuum praecidunt. Qui niſi reprimantur aut fugentur, quid futurum tandem eſſe exiſtimandum ſit, non libet dicere, itaque hoc ipſum relinquo vnicuique cogitandum, et ad pertexendam narrationem redeo.

§. XXXVII.

Conuentus Marpurgenſis. Caroli V. ſolicitudo de inueſtiganda veritate in controuerſis religionis capitibus, eiusque impedimenta.

Hoc etiam anno Illuſtriſſimus Princeps *Philippus* Landgrafius Haſſiae pio conſilio et ſtudio laudabili perfecit, vt *Marpurgi* q) conuenirent primarii doctores Eccleſiarum Saxonicarum et Helueticarum et ſuarum. In quorum numero *Philippus* quoque *Melanchthon* fuit. Et eſt in illo congreſſu de capitibus praecipuis doctrinae Eccleſiaſticae tractatum, ac de pleriſque quidem plane conſenſum, de nullo autem tunc ſane iracunde litigatum, aut in controuerſia alienatis odio animis diſceſſum. Celebrauit nominatim compellando eos, qui tunc conuenerunt,

 ele-

q) Melanchthon in Epp. ad Camer. p. 131. De congreſſu Marpurgenſi non habeo, quod ſcribam. De aliis capitibus doctrinae chriſtianae omnibus conuenit, tantum controuerſia de Coena explicari non potuit. Leges capita, quae ibi compoſita ſunt. Tantum triduanum colloquium fuit. Et aduerſarii leniores uiſi ſunt, quam fore arbitrabar, reliqui omnes praeter Lutherum fuimus κωφα προσωπα. (mutae perſonae) Conf. quoque Sculteti Annales in Hardtii Hiſt. litt. Ref. P. V. p. 138 ſqq. vbi quoque Melanchthonis epiſtolae ad Ioannem Sax. Ducem deprehenditur, quae ſummam huius colloquii continet. Inter documenta N. III. ſiſtimus Melanchthonis epiſtolam ad Io. Oecolampadium de S. Coena: et N. IV. Locum de Sacramento corp. et ſangu. Chriſti in Conventu Marburgenſi.

1529 elegante epigrammate *Euricius Cordus* r) poſtea inter alia edito. Erant autem omnino ante oculos et inter manus multae et magnae difficultates illo tempore, et aerumnoſa Respubl. et Eccleſia afflicta. Nam et bellorum vndique furor inflammabatur, et de Religione creſcebant diſcordiae, et multa loca fame peſtilentiaque erant infeſta. Quae de aliorum narrationibus poterunt ab iis, qui per aetatem non meminerunt, cognoſci. Cum autem Turcicus exercitus, qui ad oppugnationem vsque vrbis Auſtriacae *Viennae* proceſſerat, virtute praeſidii, cui praefectus eſſet Illuſtriſſimus et fortiſſimus Princeps *Philippus* Ruperti filius Philippi nepos, Palatinus, de conatu et ſpe potiendae vrbis depulſus, in qua capienda omnes vires opesque ſuas fuerat expertus: hic igitur cum foede vaſtata Pannonia diſceſſiſſet, vt nihil amplius eo quidem tempore eſſet Germaniae ab illo periculi: et iam antea tentatis omnibus et fortuna vndique aduerſante, *Franciſcus* Rex Gallorum quamuis duris conditionibus pacem cum Imperatore *Carolo* feciſſet et inter hos potentiſſimos Chriſtiani nominis Principes reconciliata gratia videretur: ita igitur tandem primum in Italiam ad Pontificem Romanum

r) Cuius initium hic exhibebo.

Inſignes verbi proceres, argute Luthere,
Suavis Oecolampadi,
Magnanimis Zuingli, pie Snepphe, diſerte Melanchthon,
Fortis Bucere, candide
Haedio, praecellens Oſiander, ſtrenue Brenti,
Amice Iona, acer Crato,
Et valida plus mente valens quam corpore Meni,
Magne Dionyſi et Meconi,
Ac reliqui, bona turba, viri, quos inclytus Heros
Princeps Philippus acciit.

manum[s]) veniendum et inde in Germaniam progrediendum *Carolus* ſtatuit, ſi quo modo praeſens, quod operae precium eſſet, efficere, et laboranti Reipublicae conturbataeque Eccleſiae opem ferre poſſet. In qua parte et conſilia ipſius recta et veras rationes fuiſſe, multa vel plurima potius ſunt argumento. Sed obſtitit nimirum *Caroli* egregio propoſito et eximiae voluntati, impediuitque progreſſionem ad ſalutem et dignitatem Reipublicae in fatalis mutationis articulo, cum hominum pertinacia et effrenata ſeculi licentia, tum tantae iampridem factae labes, et res vſque adeo vel conuulſae vel certe inclinatae, vt tanquam ruinoſum aedificium ſarciendo tegendoque inſtaurari non poſſent, ſed ſiue neglectas concidere illas, ſeu demoliendo et extruendo denuo reſtitui in priſtinum locum oporteret. In quo quidem quanto mora ſit diuturnior, tanto vel grauior et horribilior ruina, vel demolitio et reaedificatio laborioſior atque moleſtior eſt futura. Verum illa tum ſpe eoque animo in Germaniam venire voluiſſe *Carolum* Imp. cur dubitare aliquis velit, cauſam non reperio. 1529

§. XXXVIII.

Comitia Auguſtana, inque iis edita Confeſſio fidei, in ea conſcribenda Melanchth. ſtudium et prudentia.

Indictus igitur conuentus fuit, qui ageretur *Auguſtae Vindelicorum* anno Chriſti MDXXX. Quo tandem *Carolus* acceſſit Idib. Iunii, cum illic ordines Imperii iamdudum praeſto eſſent, inque iis primus Illuſtriſſimus et optimus Princeps *Iohannes* Dux Saxonum 1530

s) Digna eſt, quae legatur, oratio de congreſſu Bononienſi Caroli Imp. et Clementis Pontif. quae extat Tomo V. Declamatt. Mel. p. 91 ſqq. Inde eam transſcripſit totam Chytraeus in Hiſt. Aug. Conf. a ſe editam, ſed Philippum plane non nominat.

1530 xonum et Septemuir, qui et ante et modo honoris cauſa nominatus, ſimiliter vt deinceps nominetur, narrationis ſeries et res feret. In huius comitatu inter Theologos fuit *Philippus Melanchthon.* Acta res ſic eſt, vt plerique ſuſpicarentur, promiſſa quaedam Pontifici Romano vt fierent, operam dari. Itaque vehementer obiurgatis illis, qui tanquam deſertores veteris religionis paene ſeditionis inſimulabantur, et varia aggreſſione eorum animis tentatis, quod inter hos etiam ipſos quaedam adhuc controuerſa eſſent, iuſſi ſunt omnes ſcriptis ſententiam demonſtrare. Tum informata quaedam ſumma fuit doctrinae vniuerſae, quam profitebantur et ſequebantur Eccleſiae Saxonicae et cum his concordantes. De qua poſt diligentiſſimam conſiderationem compoſitum eſt ſcriptum comprehendens capitibus aliquot expoſitam et explicatam doctrinam illam vniuerſam, opera ſtudioque et cura atque immenſo labore *Philippi Melanchthonis.* Quo ſcripto contentionibus diſputationum agitatae quaeſtiones variae, cum ordine diſpoſitae, tum aſſertione ſimplice et aperta illuſtratae definitaeque ſunt. Vt ab hoc tempore certa et explicata ratio doctrinae coeleſtis veritatis vno ſcripto expoſita coeperit extare. Quia autem de hac conſentientibus Principibus et illorum conſortibus ſuo nomine commemorari placuerat, quid et verum eſſe perſuaſum haberent, et in quibus tuendis defendendisque perſeuerandum eſſe ſtatuerent, *Confeſſionis* titulo ſcriptum illud *Carolo* Imperatori fuit oblatum. Maluerat hoc *Philippus* non Principum et eis adiunctorum nomine edi, ſed docentium, qui Theologi vocantur. Nam et magis decere iſtos talia differere, et autoritatem illam potentiae quaſi liberam reſeruari, vtilius eſſe iudicabat. Sed obtineri id non potuit, quod actionem illam ſplendidiorem fore ſubſcriptis iſtis nominibus exiſtimaretur, et aliis quoque

que

que de cauſis, vt hoc fieret, videretur melius. Propoſitae autem fuerant complures deſcriptiones, quae- 1530
dam etiam admodum verboſae. Nam qui in cauſa hac coniungebantur, ii iuſſerant ſuos quique Theologos aliquid conſcribere. Quae legenda cognoſcendaque erant *Philippo.* Qui non ille quidem de eorum, quae aſſerebantur, veritate ambigebat, neque incerta multoque minus falſa defendi putabat: Sed quanquam et ſacrarum literarum autoritate et conſenſu religioſae pietatis ab initio ea niti ſciret, ne agendo tamen optima cauſa in tanta rerum perturbatione et hominum tam inſolentia quam ferocia atque etiam arrogantia, laederetur, neu qua in parte negligentia aut confidentia peccaretur, ſolicite et anxie metuebat. Cumque onus totum ipſi impoſitum eſſet et ab eo ſuſtineretur, cura laudatiſſima afficiebatur, ne quid committeretur, quo et ſua ad Deum conſcientia vulnerari, et bona ad homines violari exiſtimatio, et Reipublicae pernicies incitari videretur. Ipſe ego inter tales cogitationes non modo ſuſpirantem ſed profundentem lacrimas conſpexi, et pietatis atque prudentiae cum iuſtiſſimas querelas, tum grauiſſimos ſapientiſſimosqne ſermones illius audiui.

§. XXXVIIII.

Melanchthonis circumſpectio, lenitas ac timiditas a multis iniuſte reprehenſa et omnia ad conciliandam ei inuidiam conquiſita.

Haec quibusdam ſecurioribus t) diſplicebant, et *Martino Luthero* indicata inflatius, quandam epiſtolam u) expreſſerunt, qua increpari timiditatem

t) Oſiandro, Baumgartnero, et aliis.

u) Non una ſed plures adhortatoriae epiſtolae Lutheri ad Melanchthonem extant Tomo III. Epp. Lutheri a Buddeo edito.

1530 tem w) *Philippi*, vt iactabant, ille non dubitaret. Eamque ad inuidiam ipſius circumtulerunt, cum magis laudationem illa quam vituperationem *Philippi* contineat. Sed neſcio, quo pacto huius viri dicta et facta omnia perpetuo, quaſi ſignum quoddam, propoſita fuerunt, ad quod dirigeret veluti ſagittas calumniarum et obtrectationum leuitatis improbitas. In arduis autem et non carentibus praeſente diſcrimine negotiis circumſpectionem atque etiam timorem, qui culpat, ei nimirum improbatur praeceptum veteris poëtae Graeci cenſentis: *Deliberationes ſaepe eſſe repetendas*, iubentisque *conſultare bis et ter perpendentes ea, quae in mentem ipſis venerint*, *ſubiecta memorabilis ſententiae veriſſima ratione: Quod damnorum eſſe maximorum autores ſoleant praecipites, et qui impetu quodam vehementiae efferantur.* De quo nos quidem quaſi dimicare diſputando non volumus. Atque vtinam feſtinatione proteruitatis noſtra quoque aetate non confirmata aliquoties eſſet praecepti illius contemti aut refutati admonitio, vel non ſaltem deinceps accepto detrimento, quam praeclara haec et ſalutaris ſit, intelligatur. Non grauabatur *Philippus* quoscunque accedere x) et de rebus illis tantis, quid ſentirent, cognoſce-

w) Conf. H. A. Schuhmacheri diſſ. de timore P. Melanchthonis, Grimmae, 1730. 4. I. F. Hane diſſ. de Mel. moderatione in A. C. negotio conſpicua ſ. Philippi Leiſetretten, Kilon. 1730. 4. C. A. Heumanni diſſ. de Conf. Aug. lenitate, Gött. 1730. 4. I. F. Mayeri diſſ. de nimia lenitate P. Mel. Kilon. 1695. 4. auctior Gryphisw. 1707. 12. ib. 1717. 4. I. P. Milleri Progr. de ſtudio pacis P. Mel. Vlm. 1760. 4. & I. C. W. Stockii diſſ. de vario animo P. Melanchthonis in Aug. Conf. Ienæ: 1765. 4.

x) Cochlaeus ideo in Philippicis quatuor plag. A 4 b. ita ſcribit: Philippus Auguſtae non ſolum publice ſimula-

gnoſcere. Non etiam verebatur cum aduerſariis 1530
colloqui. Quae, cum fierent ab eo optimo animo, neque nocerent cauſae ac potius valde prodeſſent, non tamen effugerunt criminationes y) etiam amicorum, parum recte de his exiſtimantium, vel ardore quodam cupiditatum ſuarum, vel minus perſpectae rei indiligente conſideratione. Quinetiam ſi qua ad aliquos z) *Philippus Melanchthon* ſcripſiſſet libe-

mulabat ſe pacis et concordiae amantem et auidum, verum etiam priuatim curſitabat hinc inde, perreptans ac penetrans non modo priuatorum domos et diuerſoria, verum etiam Cardinalium aliorumque Principum aulas, atque adeo et Mai. T. curiam, inſidioſo nimirum circuitu quaerens, quem hypocriſi ſua deuoraret. Et fefellit profecto non paucos blanditiis deprecationibusque ſimulatis, dum paſſim in conuiuiis et colloquiis facillime pacem Eccleſiae recuperari poſſe affirmaret, ſi modo ſuis permitterentur haec tria duntaxat, Populo inquam utraque ſpecies Sacramenti, Sacerdotibus coniugium, et Miſſae uſus et communicatio. In caeteris omnibus fore ſuos Epiſcopis et Praelatis per omnia ſubditos dictoque audientes.

y) Placet hic Eraſmi verba ex epiſtola quadam ad D. Iul. Pflugium adponere: Philippus Melanchthon praeter inſignem eruditionem et raram eloquentiam habet gratiam quandam fatalem, quam genio ſuo debet potius quam ingenio, vt quum ſit omnibus candidis gratiſſimus, ne apud hoſtes quidem habeat quenquam, cui ſit admodum exoſus. Is Auguſtae ſedulo tentavit, quod tu ſuades: vbi ſi per morbum licuiſſet adeſſe, lubens meum qualecunque ſtudium cum illius opera coniunxiſſem. Sed quid ille profecerit, obſcurum non eſt. Erant tum illic, qui quosdam integerrimos nec extremae dignitatis viros clamarent haereticos non ob aliud, niſi quod aliquoties cum Melanchthone miſcuiſſent colloquium. Vid. p. 1060. Op. Epiſtolarum Eraſmi edit. Baſil. 1538. fol.

z) e. g. ad Cardinalem Campegium, quae epiſtola extat in collectione Manliana p. 146 etc. ad Epiſcopum Augu-

1530 liberius minusque acerbe et accuſatorie de iis negotiis, quae tum diſceptabantur, ea conquiri atque proferri ad inuidiam illius. Ac fuere circumlatae literae ad *Legatum Venetum* [a]) ſcriptae, quae in Senatu Venetiis nec non Romae recitatae fuiſſe dicerentur. Sed omnia iſta fortiter contemſit *Philippus Melanchthon* acquieſcens in recta bonaque conſcientia, et nequaquam inflectens conſilia actionesque ſuas ad aliorum ſententiam ac voluntatem, ſed ad veritatem ſolam conſtantiſſime dirigens. Vnum erat, quod paene omnibus reclamantibus ille non intermittebat ſuadere, non modo aſtipulatore ſed etiam autore ipſo [b]) *Luthero*. Nimirum Epiſcopi ſi concede-

Auguſtanum, ibidem p. 56 etc. Merito quoque hic ſunt conferendae epiſtolae Lucii Pauli Roſellii ad Ph. Melanchthonem, in quarum altera etiam inquirit, num vere Philippus epiſtolam ad Campegium, vti ferebatur, conſcripſerit. Extant in Dan. Gerdeſii Specimine Italiae Reformatae p. 35 ſqq.

a) Cui nomen erat Teupolus. Operae pretium erit ex Epiſtolis Scholaſticorum Academiae Witebergenſis, Witt. 1571. 4. plag. I 4 b. ſequentia excerpere: Teupolus fuit orator Venetus in conventu Auguſtano 1530. qui cum diſceſſurus Auguſta Illuſtr. Principi Iohanni Sax. Duci Elect. ſuae reip. officia (vt eſt moris) detuliſſet, iuſſus eſt et noſter Praeceptor Principis nomine gratias agere, et ipſius officia Reip. Venetae viciſſim deferre. Nihil quicquam praeterea conſuetudinis aut commercii cum Teupolo ei interceſſit unquam. Inde nebulo quispiam ſeu Illyricus ſeu quivis alius occaſionem confingendae epiſtolae ſumpſit. Conf. quoque Defenſionem P. Melanchth. adverſus maledicum ſcriptum Theologorum novitiorum Witebergenſium etc. (Hanoviae 1601. 4.) p. 94.

b) in Epp. ad Camer. p. 151. Intelligunt, quid habeat illa conceſſio (iurisdictio Epiſcop.) incommodi, quanquam ego optimo animo ſemper putaui iſta concedenda eſſe. Qui iure enim licebit nobis diſſoluere πολι-

cederent libertatem, et vſum purae doctrinae coele- 1530
ſtis veritatis, ſecundum expoſitionem confeſſionis editae, ne recuſaretur atque denegaretur reſtitutio ordinariae poteſtatis ſeu adminiſtrationis ſuae quibusque dioeceſis. Quod quidem quale eſſet, cum coeco, vt dicitur, apparere deberet, tamen varie et mirabiliter exagitatum fuit. Audiui ipſe quosdam aliquando, quos et morte ſublatos, et tali in mentione non putaui nominandos [c]), ſed eos audiui cum me illi non prouidiſſent, de hoc ipſo capite potiſſimum accuſantes *Philippum* inhumaniſſime, cum vnus ex illis diceret: *Si eſſet ingente pecunia conductus a Romanenſi factione, vt ipſorum ſtatum tueretur, ſe non videre, qua meliore alia ipſisque vtiliore ratione cauſſam, quam iſta, agere poſſet. Neque Philippum ſuae partis, ſed aduerſariorum patronum habendum eſſe, et quidem praecipuum atque ſingula-*

πολιτειαν Eccleſiaſticam, ſi Epiſcopi nobis concedant illa, quae aequum eſt eos concedere. Et ut liceat, certe non expedit. Semper ita ſenſit ipſe Lutherus, quem nulla de cauſa quidam, ut video, amant, niſi quia beneficio eius ſentiunt ſe Epiſcopos excuſſiſſe, et adeptos libertatem minime vtilem ad poſteritatem.

c) Hi erant Haſſiaci et Norimbergenſes legati. Melanchthon ipſe, quod Camerarius h. l. refert, confirmat in epiſt. ad Lutherum: Non credis, quanto in odio ſim Noricis, et neſcio quibus aliis propter reſtitutam Epiſcopis iurisdictionem: ita de ſuo regno, non de Euangelio dimicant ſocii noſtri. Amicus quidam ſcripſit, me ſi quanta voluiſſem maxima pecunia a Romano Pontifice conductus eſſem, non potuiſſe meliorem rationem ſuſcipere reſtituendae dominationis Pontificiae, quam hanc iudicent eſſe homines, quam inſtituimus. Epp. ſelect. aliquot P. Mel. Vit. 1565. 8. p. 30. Conf. litteras Landgrauii Haſſiaci, Senatus Norimbergenſis et Oſiandri, quas primum cum lectore ex MStis communicamus inter Documenta N. V. VI. et VII.

1530 *gularem.* His ſine verecundia proferebantur etiam et atrociora et magis contumelioſa quaedam, quorum magnopere poſtea poenituit et puduit plerosque. *Philippus* autem *Melanchthon* et coram interdum hac de lenitate remiſſioneque appellari, et quid de eo homines loquerentur, certior fieri literis. Verum nihilominus permanere in ſententia, et tenere curſum bene inſtitutum, neque mutare curationis modum, tanquam medicus peritus, dum conſtaret ratio illius, quamuis non efficeretur ſtatim, quod aliqui optarent et cuperent. Neque ipſe laborare de nugis quibusdam, neque ſeruire voluntati ſibi aliquid quaerentium, aut etiam aſſentari, ad arbitriumque eorum ſeſe et nutum accommodare. Sed vrgere neceſſaria et ea, quibus aeterni Dei veneratio inſtauraretur, ad ſalutem omnium mortalium, et relinquere cuncta, quibus turbarum aut belli cauſa dari videretur. Atque ipſis aduerſariorum capitibus *) eum tunc confeſſionem extorſiſſe conſtat: *Veram eſſe ſententiam, quod eſt fundamentum doctrinae Chriſtianorum vniuerſae: Quod nullo alio humano opere, nullo merito, nullo denique pacto acquiratur et contingat reconciliatio gratiae cum Deo alienatis et ſpes certa ſalutis ac vitae aeternae, niſi fide tantum, quae habeatur filio Dei patris aeterni λγόῳ συναϊδίῳ, et qua credentes freti ſint atque nitantur.*

§. XL.

Cochlaei et Staphyli erga Melanchthonem malignitas: etſi is omnis erroris ac labis neutiquam cenſendus eſt fuiſſe expers.

Exortus eſt paulo poſt ex turba illa, quae vel per contumaciam nollet, vel propter obſcuritatem cali-

*) Eccio et Cancellario Bauarico a Wolfseck, Epiſcopo Auguſtano, Salisburgenſi et Moguntino.

caliginis errorum non poſſet aſpicere lucem eminen- 1530
tem clariſſimae veritatis, quidam qui ſe nominaret *Cochlaeum*, de patriae appellatione, in qua eſt Cochleae *) ſignificatio quales graduum in aedificiis ſunt. Vicus autem ille eſt in arenis Noricis. Qui quod cuperet videri eruditus, actiones, vt ipſe ſcilicet exiſtimauit, accuſationis grauis et rei capitalis inſtituit atque perſcripſit ad Imperatorem *Carolum*, quibus ridicule *Philippicarum* d) titulum fecit. Eas et malitia improbitatis et ineptiarum leuitate refertas, non puto ab aliis negotiis tantum vacui temporis Imperatori, vel etiam in ocio quoque eam voluntatem fuiſſe, vt legeret et nugis iſtis operam daret, quae ſane iam inter tales delirationes plurimas prorſus euanuerunt, neque vſpiam fere comparent. Sed in his tamen cum alia atrociter obiiciuntur *Philippo* tanquam autori Confeſſionis, tum ad Pontiſicis Romani Legatum acceſſio et ſermones cum eo habiti humiles et abiecti. Atque nuper adeo alter quidam, qui neſcio cuius linguae formaeque nomine *Staphylum* **) ſe vocat, Graecum enim

*) *Wendelſtein.*

d) Philippicae quatuor in Apologiam Phil. Melanchthonis ad Carol. V. Imp. Lipſ. 1534. 4. Philippica quinta in tres libellos P. Mel. nuper aeditos, ſ. l. 1540. 4. Sexta prodiit Ingolſt. 1544. 4. Septima et vltima inſerta eſt Hiſtoriae Huſſitarum.

**) Frid. Staphylus, Livonienſis patria, vt prae ſe ferebat, vel, vt alii loquebantur, Weſtphalus.] In Defenſione pro trimembri Theologia Lutheri contra aedificatores Babylonicae turris, Niſſae 1560. 8. plag. B 7 b. ita de ſe ipſe Staphylus: Adoleſcens primo Cracouiam profectus fui, deinde Italiam petii ſtudiorum cauſa, poſtea Vitebergam me contuli ad vos, manſique iſthic annis plus decem, vt penitus, quae Luthero eſſet aduerſus Eccleſiam lis,

1530 enim illud eſſe non vult, et a *Philippo Melanchthone* inprimis adiutus, ad honoresque et commoda productus, vt alii complures, qui parem gratiam meritis ipſius retulerunt, cum in Pruſſia, quo a *Philippo Melanchthone* commendatus Illuſtriſſ. Principi *Alberto* venerat, tantam dignitatem tantasque opes non adipiſceretur, quantas illuc contendens ſpe ſibi deſponderat, Principem ſimul eum reliquit, ſimul a cauſſa deſciuit, cum *Philippo Melanchthone* quoque ſimultatem quandam exercens offenſionis priuatae *), quam nunc indicare non eſt viſum. Hic igitur, vt ab autore confeſſionis illius *Philippo Melanchthone* tanquam fonte, multos et varios riuos manaſſe ſectarum perniciosarum in Eccleſia perhibet mirifico quodam et ioculatorio illo quidem ſcripto *e*), ſed ita impuro ac potius ſpurco, itaque calumniis

lis, cognoſcerem. Inde vero ad meos in Pruſſiam reuerti, ducique Alberto, te (Melanchthone) ſuaſore, et cognatis meis, cum is ſaepius me ad ſe in famulitium accerſiuiſſet, operam condixi, primum vt eſſem in Academia Profeſſor, et mox, quoniam huic functioni renuntiabam, vt Conſiliarius.

*) Propter fruſtra petitum coniugium filiae poſtea D. Peucero nuptae.

e) In Theologiae M. Lutheri trimembris Epitome, f. l. 558. 4. Cuius libri pars tertia agit de Succeſſione et Concordia diſcipulorum Lutheri in Aug. Conf. ubi inter alia impudenter (plag. N 2 b.) ſcribit: „Emerſimus tandem ex peſtilenti illo coeno haereſium atque haereticorum, quos vt memoriam iuuem lectoris, in tabella et in ſua quemque claſſe turmatim diſponam conſpiciendos, vt cum nomina illorum in coelis ſcripta non ſint, in terris non penitus obliterata reperiantur. At in ea iſta trium immundorum ſpirituum crapulante exhalatione eſt neſcio quae fatalis diſcretio: ſpiritus enim Anabaptiſticus fecem plebis inuaſit: Sacramen-

lumniis et mendaciis conflato, vt quamuis neque do- 1530
lere contra ſe iſtiusmodi, neque pro ſe edi gaudere quispiam debeat aut poſſit, rabies tamen iſta animaduerſione ſeuera digna eſſe videatur. Quod quidem totum tale eſt, vt non pertineat prorſus ad *Philippum Melanchthonem.* Nam ſubſcriptio confeſſionis huius nunc etiam in medio eſt eorum, qui autores ipſius dici haberique voluerunt. Eorumque aliqui ipſi adhuc ſuperſtites, et caeterorum ſucceſſores atque poſteritas, illius autoritatis perſcriptionem agnoſcunt et tuentur. Itaque ipſi tantum in componendo ſtudium induſtriamque, et exarando operam ac manum *Philippi Melanchthonis* adhibuerunt et vſurparunt, rem ipſam et negotium proprium eſſe et ſuo ipſorum periculo ſuſcipi gerique voluerunt. Qui profecto accuſantur, non *Philippus Melanchthon*, reprehenſione et inſectatione ſcriptum iſtud culpantium. Et hi fortaſſe aliquando temeritatem petulantiae iſtius refutari cohercerique ſtudebunt. De iis vero, quae vel minus caute vel parum fortiter egiſſe *Philippus Melanchthon* a ſuis et aduerſariis dictus eſt, concedatur ſane erraſſe eum. Fuit enim certe homo. Hominem autem natum labi atque peccare, naturae ipſius neceſſitate contineri demonſtratur. Neque mihi propoſitum eſt laudationem hoc libello *Philippi Melanchthonis* et tanquam Encomium pertexere, neque ego illum, cuius pietatem, virtu-

cramentarius Satan dementauit ciues potiſſimum: Homologeticus vero in aulas Principum irrepſit,,. Tum apparet ipſa tabella, quae longa ſerie haereticos partim ne fando quidem vnquam auditos recenſet. Eiusdem farinae libellus recenſetur in Janozckii Notitia de Zaluskiana Biblioth. P. I. p. 65. cuius inſcriptio eſt: Genealogia et ſucceſſio Mart. Lutheri, quinti Euangeliſtae et Patris &c. 1561. 4.

1530 virtutem, doctrinam, eruditionem ſuſpicio, facio tamen, vt de adoleſcente Comicus ſeruulus ait, Deum. Sint ſane et hoc in genere quaedam peccata ipſius: Et vt promiſcua gratificatione et meritis erga dignos atque indignos et facilitate, lenitate, manſuetudine, humanitate ſua deliquerit, ſic nimia quoque fuerit et infinita conſideratio, ſolicitudo, circumſpectio, metus illius: Minus tamen haec omnia Reipublicae damni dediſſe, immo plus vtilitatis attuliſſe deprehendetur, quam aliorum audacem confidentiam et animi vehementis ſubitos impetus et orationis libertatem. Vt taceam copiam effuſam atque profluentem tam temere cogitatorum, quam male et indecore cum plurimorum exitioſa offenſione pronunciatorum, vel etiam effutiendo prolatorum. De his igitur ſatis.

§. XLI.

Conf. Aug. Apologia a Melanchthone ſcripta, quae cum frequenter ederetur, ſubinde dilucidior ab ipſo fuit reddita.

Philippi Melanchthonis illo tempore ſtudium diligentiaque et fides, ſeruiit et tributa eſt explicationi diſertae et ſimplici ac planae aeternae coeleſtisque veritatis. Et quoniam non ſunt illa commenta noua turbulentae vanitatis, ſed relata in expoſitionem ordinatam atque diſtinctam et praeſentibus temporibus ac rebus accommodatam, prophetarum apoſtolorumque, et qui illorum veſtigia ſecuti ſunt docendo in Eccleſia Chriſti, oracula atque conſentientis perpetuo ſanae et integrae doctrinae teſtimonia: manebit profecto huius ſcripti diuinum opus, donec in terris colligetur coetus Chriſtianus, quod vſque ad extremum diem mundi futurum eſſe religioſa pietas nouit. Prolatum fuit et recitatum coram Imperatore *Carolo* reſponſum quoddam, quo refelleretur

tur aſſertio confeſſionis illius *f*). Cuius exemplum 1530
vt communicaretur iis, quorum ſententiam confutare conaretur, quantumuis ſupplice Ducis ipſius Saxonum *Iohannis* Principis Electoris et conſentientum petitione, impetrari non potuit. Attentione tamen quorundam diligentum *g*), praecipuis tam capitibus quam argumentis exceptis ac notatis, confeſſionis poſtea *Apologiam Philippus* ipſe ſcripſit *h*), cum explicans quaedam copioſius, tum aduerſarios pertinaciter inſolentes vehementius vrgens. Quae cum deinde ederentur frequentius, operam dedit *Philippus* vt alicubi expoſitio eſſet dilucidior et plenior *i*).

I 2 Nam

f) Mel. in Epp. aliquot ſelect. p. 16. de hac pontificia confutatione: „Valde pueriliter ſcripta erat. Nullus Fabri liber extat tam ineptus, quo non ſit ineptior haec confutatio. De vtraque ſpecie allegavit hiſtoriam de filiis Heli manducaturis panem, hinc argumentatus eſt ſolo pane debere Laicos contentos eſſe„. Poſt multos demum annos Andreas Fabricius typis eam commiſit Coloniae 1573, a Chytraeo Hiſtoriae Aug. Conf. inſertam, et a Pontificiis poſthac ſaepius vario nomine, e. g. Brill auf den Evangeliſchen Augapfel, recuſam.

g) Inter quos praecipuus erat Camerarius.

h) Prima latina editio Aug. Confeſſionis prodiit hoc titulo: Confeſſio exhibita Caeſari in Comitiis Auguſtae, anno M. D. XXX. 5 plagulae in 4. Germanica autem prima: Anzeigung vnd Bekantnus des Glaubens vnnd der Lere, ſo die adpellierenden Stende Key. Maieſtet auff yetzigen tag zu Augſpurg öberantwurt habend. MDXXX. 4. 7½ plagg. Coniuncta cum Apologia primum prodiit: Confeſſio fidei — — addita eſt Apologia etc. 4. in fine tituli: Witebergae M. D. XXX. in fine Apologiae: Impreſſum per Ge. Rhau M. D. XXXI. De variis A. C. editionibus et verſionibus conf. Feuerlini Biblioth. ſymbol. P. I. p. 40 ſqq.

i) Melanchthon ipſe, Eccio in colloquio Wormatienſi 1540. diſſimilitudinem exemplarium A. C. ſibi obiicienti, reſpondit: rerum eandem eſſe ſententiam, etſi

1530 Nam praeclare dicitur: *Multa diem monere, et poſterioribus cogitationibus priores fieri meliores.* Nihil tamen aliter factum, neque vllum mutatum dogma, neque momenta rerum conuerſa ſunt. De quo ne deeſſet materia ſcilicet ferendi rixas, quidam *) quae ipſis non tam in mentem, qua deficerentur, quam animum, qui quieſcere non poſſet, et buccam, vt dicitur, venerunt, auſi fuerunt efferre atque euomere. Quorum futilitas et quaſi ſordes, tantae ſunt, vt praeterire eas auerſando et vitare declinando omnes purae doctrinae amantes debeant. Sed reducatur narratio paululum ad ſuperiora, quo certius cognoſcatur, quid illo tempore actum ſit, cuius nunc quoque temporis mentio ſaepe fieri ſolet, et quo negotium religionis crebro tractatum nititur fere vniuerſum, et quia *Philippi Melanchthonis* diligentiae, ſtudio, operae, quam tunc rebus communibus nauauit, a nonnullis per calumnias malitioſe eſt obtrectatum.

§. XLII.

Conciliatio Pontificiorum et Proteſtantium fruſtra tentata.

Placuerat, quemadmodum oſtenſum eſt, cognoſci praeſente *Carolo* Imperatore controuerſiam de Religione. Librum igitur obtulerunt, qui proteſtan-

etſi quaedam alicubi in poſterioribus editionibus commodiore et magis perſpicua orationis forma ſint tractata.(das in der Sache und Subſtanz oder meinung nichts geendert, ob wol in den letzten Exemplaren etwo linder oder klarer Wort gebraucht ſind.) Conf. Defenſio Ph. Melanchthonis aduerſus maledicum ſcriptum Theologg. nouitiorum Witt. cui titulum fecerunt Refutationis hiſt. tractatus Peuceri etc. Hanoviae 1601. 4. p. 71. et Scriptores, quos multos recenſet Feuerlinus P. I. Theolog. Symbol. p. 142 ſqq.

*) Flaciano de grege porci.

teſtantes nominabantur, comprehendentem ſummam 1530
doctrinae Eccleſiaſticae apud ſeſe, de quo ſupra diximus. Huic aduerſarii reſponderunt verboſo ſcripto. Eius cum fruſtra peteretur editio, et nullo modo obtineri poſſet exemplum, res eo vergere videbatur, vt infectis omnibus diſcederetur vtrinque. Quod quia et turpe et non expers periculi creditum, conſilium captum eſt deliberationis de toto negotio per paucos. Tunc igitur ex vtraque parte lecti fuere ſeptem viri [k]), eisque illa eſt conſultatio commiſſa. Poſtquam inchoata conſideratio fuit eorum, quae proteſtantes aſſererent, ſatis bene res initio procedere. Nihil aduerſarii quoque tanquam a capitibus Chriſtianae fidei abhorrens notare. *Fidei efficacitatem Iuſticiae tribui*: *Remiſſionis peccatorum et vitae aeternae nullum eſſe meritum humanorum operum*: *Implorationem ſanctorum hominum, qui mortem in terris obiiſſent ſeu Inuocationem, ſcripturae ſacrae neque praeceptum habere neque teſtimonium*: *Quae Miſſa vocatur eam non perhibendam eſſe ſacrificium pro viuis et mortuis*: Itemque alia quaedam his ſimilia nequaquam damnare. Progrediente autem conſideratione ſeptem capita potiſſimum deſcripta propoſitaque ſunt, de quibus, ſi fieri poſſet, partes concordarent. Haec fuere ea, quae iis verbis, quibus propoſita eſſe cognouimus, putaui recenſenda. 1. *De vtraque ſpecie*. 2. *De Miſſa*. 3. *De coniugio ſacerdotum*. 4. *De votis Monachorum*. 5.

k) A parte Proteſtantium Georgius Marchio Brandeb. Ioh. Frid. Dux Sax. D. Pontanus, D. Heller, Phil. Melanchthon, Ioh. Brentius et Schnepfius. A parte Papiſtarum Henricus Dux Brunſu. (cum autem paulo poſt abiiſſet Brunſuicenſis, in eius locum electus eſt Georgius Dux Sax.) Epiſcopus Auguſtanus, Cancellarius Badenſis, Cancellarius Colonienſis, Eccius, Menſingerus et Cochlaeus.

1530 *De poteſtate et Iurisdictione Eccleſiaſtica ſiue Epiſcoporum.* 6. *De bonis Monaſteriorum.* 7. *De Confeſſione.* In his aqua, vt dicitur, haeſit. Cumque nulla ſpes conſenſionis oſtenderetur, quamuis conditiones ferret, vt ſua opinio erat, commodas, pars vtraque; tentatis omnibus, tandem, quod inter paucos citius rectiusque conueniri poſſe crederetur, numerum deliberantium placuit minui, et pro ſeptem tres *l*) in conſilium illud adhiberi. In quo caeteris ſuorum remotis *Philippus Melanchthon* remanſit. Inſidioſe hoc inſtitutum ab aduerſariis ſuſpicabantur multi, quibus cupiditas pacis in *Philippo*, et animus placidus a contentionibusque alienus non eſſet ignotus. Itaque callide ii ſolum *Philippum* retineri ſtuduiſſe exiſtimabantur, quo facilius retinerentur ea, quae nolebant amittere. Sane tum *Philippus Melanchthon* in tam magno periculoſoque negotio ſolus relictus, de omnibus non modo cogitare accuratius, ſed quaerere etiam diſputareque liberius, nec non argumenta afferre, cur hoc aut illud aduerſariis flagitantibus concedi deberet, quo magis differendo veritas et eluceret et confirmaretur. Hoc eſt interpretatione maleuolorum in eam partem detortum, vt de *Philippo Melanchthone* cum opinio conciperetur, tum ſpargeretur fama ea, quam paulo ante indicauimus, innocentiſſimo illo prorſus, id quod exitus declarauit. Sed cum nullis machinis effici poſſet, vt res componeretur, ita tandem fuit diſceſſum, vt potuit, non, vt fuit expetitum. Atque haec fuerunt iſtius fere anni negotia et res, quibus interfuit et praefuit *Philippus Melanchthon* *ll*).

§. XLIII.

l) ex Proteſtantibus Pontanus, Heller, Melanchthon; ex Pontificiis Cancellar. Badenſis et Colonienſis cum Eccio.

ll) Ipſe Melanchthon hiſtoriam Auguſtanorum comitio-

§. XLIII. 1531

Conſilia de foedere Proteſtantium ineundo. Decreti Augu-ſtani executio formidata. Induciae factae.

Annus autem Chriſti MDXXXI. cuidam de Rege *Ferdinando*, quem deſignari Caeſarem Imperator *Carolus* voluerat, controuerſiae, conſilia actionesque adiunxit foederum, inter eos, qui propter diſſidium in doctrina Eccleſiaſtica aduerſarios multos ſe habere cernerent, et tam ab inſidiis quam violentia oppreſſionem formidare cogerentur. De quibus relatum quidem fuit ad Theologos quoque: Sed praecipua occupatio in his *Philippi Melanchthonis* nulla [m]). Cuius omne ſtudium omnisque cura tribueretur doctrinae laboribus. Quod tamen et ipſe de iſtis rebus vel cognoſceret vel etiam interrogaretur ab aliquibus, fiebat vt magnis et grauibus interdum curis perturbaretur, praeſertim cum edito decreto *Auguſtano* et verbis aſperiore et ſententiis paene minace, ſuſpenſi multorum animi eſſent, et expectatio, ſpes, cupiditas, metus miſcerentur. Accidit autem, vt quaſi pacificatoriam quandam perſonam quidam [n]) ſuam interponerent, et in hoc ſolicite incumberent,

tiorum breuiter deſcripſit in epiſtola quadam ad Io. Silberbornerum, quae extat in eius Select. aliquot Epp. p. 363—370. Mel. Conſil. lat. P. I. p. 97. Tomo II. Declamatt. p. 617. et alibi. Praeterea de Auguſtano conuentu conferri poſſunt Coeleſtinus, Chytraeus, Saligius, Cyprianus, [Seckendorfius] aliique.

m) Melanchth. in Epp. ad Camer. p. 155. περὶ τῆς ζητήσεως, ἐι ἔξεστι ἀντιπολεμεῖν; parcius nunc interrogamur, nec nos dehortamur apparatum. Multae enim incidere occaſiones neceſſariae et iuſtae defenſionis poſſunt. πῆμα κακὸς γείτων. Et tanta aliquorum malicia eſt, vt ſi viderent prorſus imparatos eſſe noſtros, ex ea occaſione facinus auderent animo concipere ac tentare.

n) Scilicet Palatinus et Moguntinus Electores.

1531 berent, vt reperiretur via vel ad certam pacem vel ſaltem ad firmas aliquas inducias, vt in Germania quantulocunque ſane tempore eſſet tranquillitas. Ad quas actiones animus voluntasque Imperatoris *Caroli* ideo erat propenſior, quod compertum ille habebat, expedita eſſe arma Turcica et magnos exercitus contractos, qui pergentes iam Pannoniae appropinquarent, ipſo gentis illius Imperatore, quem Magnum Turcam vocant, copias adducente. Accedebant motus in Heluetia, qui et ipſi, quorſum euaſuri eſſent, omnes de Republica ſolicitos magnopere vereri cogebant. In quibus *Philippi Melanchthonis* anxietas, dicendum enim verum eſt, maxima erat et cognoſcebatur. Sed et turbae in Heluetia celeriter poſt vnum aut alterum conflictum ſedatae fuerunt.
1532 Et induciae anno Chriſti MDXXXII. praeclarae factae in vrbe *Norimberga* [o]), et auxiliis communibus Imperator *Carolus* adiutus, apparatus magnitudine et fama nominis ſui potentiſſimum hoſtem auertit. Quem recipientem ſe Imperator non modo fortis et qui nullo terrore commoueretur, ſed prouidus etiam atque ſapiens perſequendum, eo praeſertim anni tempore non putauit.

§. XLIIII.

Iohannis Elect. Sax. mors. De oecumenica ſynodo cogenda deliberationes ambiguae.

Magnam etiam triſtitiam attulit *Philippo* et animum ipſius vehementer affixit Illuſtriſſimi atque Optimi et Praeſtantiſſimi Principis *Iohannis* Ducis Saxoniae mors [p]), quam ille anno hoc obiit ſenex, placide

o) Confer Io. Dauid. Koeleri Diſſ. de prima pace religioſa Norimbergenſi a. 1532 Altd. 1732. 4.

p) Extat Melanchthonis oratio funebris in mortem Iohannis Ducis Sax. Tomo II. Declamatt. p. 570. &c.

Prae-

cide et omnino feliciter, migrans ex hac calamito- 1532
ſa atque caduca vita in aeternam ac beatam, Idibus Auguſti. Sed hunc luctum nouae etiam curae auxerunt. Cum enim Imperator *Carolus* inducias, de quibus diximus, fieri paſſus eſſet ad id vſque tempus, quo Oecumenica Synodus congregaretur, quod ſemeſtre fore oſtenderant, profectus in Italiam ea dere cum *Clemente* Pontifice Romano ita ſtudioſe et ſeuere quoque egerat, vt Pontifex, quamuis putaretur, nullo modo rem procedere velle, mitteret tamen legatos declarantes ſuam de ſynodo ſententiam et promtam voluntatem. Quorum vnus ad Il-

I 5 luſtriſſi-

Praeterea, ſi lubet, confer C. F. Hertelii Diſſ. de Iohannis Conſtantis in Aug. Conf. meritis ſingularibus, Ien. 1730. 4. Mart. Schmeizelii quaeſtionem, num Elector Sax. Iohannes ante obitum relicto Lutheranorum coetu in caſtra Pontificiorum tranſiuerit? Ien. 1718. 4. Ad refellendam hanc fabulam adiicere lubet epiſtolam ineditam Andreae Miſeni ad Io. Matheſium: „Volui breuiter tibi tanquam amiculo ſuauiſſimo indicare morbum et horam mortis noſtri Principis, certus te quoque ex animo nobis Principis optimi tam placidam mortem gratulaturum. Mortuus eſt die XV. Auguſti quarta horae parte ante decimam in arce Suenitz, cum adeſſent Lutherus et Philippus, quos acceſſerant Conſiliarii. Nam cum pridie eius diei mane hora octaua apoplexia eſſet ictus, morbus adeo excreuit, vt ſtatim linguam vna cum reliquis ſenſuum organis oppreſſerit. Agnouit tamen Lutheri vocem apertis aegre oculis et impreſſo in eius manum digito, quo teſtatus eſt ſe moriturum in conſtanti fide I. C. Hoc enim Lutherus ab eo poſtulauerat. Tandem ſatis placide abſque omnibus ſignis horrendis, quae vel horrorem vllum vel deſperationis ſenſum indicarent, inſtar luminis extinctus obdormiuit in Domino. Dignus ſane Princeps cui tranquilla et tam placida mors obtingeret, vt qui viuus pacis ſtudioſus tranquillitatisque egregius amator multa cum diſcrimine ſalutis et imperii perferre maluit quam hoſtes ulciſci.„

1532 luſtriſſimum Principem *Iohannem Friderichum*, qui patri Iohanni ſucceſſerat, Vinariam, ſedem domus illius in Duringia, venit. Suſceptae deinde fuerunt deliberationes et Theologorum quoque exquiſita ſententia. *Philippus* ſane *Melanchthon* ſimulari a Pontificiis omnia, et hoc agi, vt conditionibus intolerabilibus ferendis deterrerent a voluntate veniendi ad Synodum ordines illos autores ſcripti Auguſtani, non habebat exploratum neque perſuaſum. Itaque ſimplice animo et vera conſideratione id cenſuit, quo illis plus paene concedebatur quam peterent. Nam neque indici a Pontifice Romano Synodi conuentum improbabat, neque eum in illa praeſidem recuſabat. Quod vero poſtulabatur: vt iam tum ſe ſtare decretis Synodi velle promitterent vniuerſi, id nullo modo admittebat. Quod et accuſationes et defenſiones et ſententias liberas oportere eſſe diceret. De euentu autem, antequam diſceptatio et cognitio inciperetur, paciſci, praepoſterum eſſe, neque fieri hoc oportere. Neque omnino formam eam iudicii eſſe, obligatis iam partibus ad probandum id, quod, quale futurum eſſet, ignoraretur. Neque a ſponſionibus forenſibus et ciuilibus compromiſſis exemplum ſine euidente et perniecioſo errore transferri ad has diiudicationes. In qua ſententia ſemper permanſit. Cum eſſent, qui neque vt indiceret Pontifex Synodum, neque vt in ea praeſideret concedendum eſſe arbitrarentur. Nam et iudicandi iure conceſſo, potentiam principatus illius, quae tantopere oppugnaretur, ſtabiliri, et praeſidendi dignitate praerogari autoritati illius. Sed neque haec *Philippum Melanchthonem* fugiebant, et res ſi ad legitimam cognitionem et incorruptum iudicium, vel qualemcunque etiam non ſimulatam atque ſictam diſceptationem deduceretur, proſpiciebat, neceſſe eſſe, vt antequam vllae actiones inciperentur, nedum ſententia lis dirimere-

meretur, talia explicarentur atque definirentur. Sed 1532 res de Synodo tum facilis fuit, quam cogi Pontifex nollet, Imperator *Carolus* non poſſet cogere q). Itaque iſte quoque annus inter conſultationes non nimis contentioſas abiit.

§. XLV.

Cometae viſi. Peſtis Norica et Norimbergenſis ſcholae clades. Henrici VIII. Angliae Regis diuortium et a Pontifice Rom. defectio. Ulrici Ducis Wirtemb. reſtitutio. Acad. Tubingenſis ordinatio.

His etiam tribus annis continuis conſpecti Cometae fuerunt. De quibus multa ad amicos *Philippus* ſcripſit, ſuas cum eis rationes communicans et explorans ſententias ipſorum r). Cum autem anno Chriſti MDXXXI. Cometes ex eorum genere, qui Pogoniae vocantur, apparuiſſet in plaga ſolis occidentis, conſpectus eſt vel idem vel alter ſimilis ei proximo anno mane in orientis ſolis parte, et anno XXXIII. tota nocte vnus fulſit ad ſtellas propinquas Septentrionibus. Quo loco cerni deſiit. Hic annus peſtilens fuit vrbi *Norimbergae*, et eodem, quod *Eobanus Heſſus* Erphordiam ſe recepiſſet, ſchola Norica, quam vt ſuum opus labefactari nollet, nonnihil exercuit animum *Philippi Melanchthonis*. Etſi magis nos ſolicitum eum habebamus, quibus illuc ſe conferendi ipſe autor et ſuaſor fuiſſet. Exercuerunt et aliae quaedam curae miſtae iuſtiſſima indignatione:

q) Huc pertinent Conſultatio de ſynodis, et quaeſtio: an in Synodo ſoli Epiſcopi habeant ſuffragationem ſeu vocem deciſiuam in diiudicatione doctrinae, an vero etiam Principes profani, quae extant in Mel. Conſ. lat. P. I. p. 143 et 174 etc. Acta de habendo Concilio generali extant Tomo IV. Operum Philippi p. 759. ſqq.

r) Conf. Mel. Epp. ad Camer. p. 170. 171. 197.

1533 tione: quod literae neſcio quae *) prolatae ſparſaeque dicerentur, quibus turbas excitatum iri ingentes et pernicioſas intelligebat. Neque ille tam autoribus earum iraſcebatur, quam diuulgantibus talia temere et incaute. Negotia etiam Britannica conſiderationes ipſius tunc coeperunt commouere. Rex enim Inſulae illius, cum quo nupta eſſet *Caroli* Imperatoris matertera, de altero coniugio conſilia inibat, ſiue tunc conſuetudinis iſtius ſatietas fieri coepít, ſeu aliae eum cauſae ad diuortium hoc impulerunt. Quod inuito et refragante Pontifice Romano factum cum damnaretur, vsque adeo irritauit animum Regis, vt ſtatim Romani Pontificis quaſi iugum, ſub quo ad id vsque tempus fuerat Britannia ſingularem in modum preſſa, repelleret et penitus excuteret. Hocque ipſo ad coniunctionem vel reſpectum ſaltem adigebatur eorum, qui Pontificis Romani potentiam dominationemque oppugnabant, quamuis aliquando ſe illis oppoſuiſſet, edito libro praeferente nomen ſuum s). Quod factum adeo gratum acceptumque pontifici fuerat, vt Regi titulus nouus decerneretur, *Defenſoris fidei.* Mittebantur igitur et legati et literae, et *Philippo* negotia illa ſignificabantur, quem minime fugiebat, fore, vt ipſe inprimis conſuleretur, et magnitudinem rei periculaque contemplans animo, magnopere tum adeo ſolicitabatur. Accedebant rumores, qui ſpargebantur

*) Lutheri vel epiſtola ad Wenc. Linck de Duce Georgio Sax. peracerbe ſcripta, vel truncatum illius ſcriptum de referiendis aduerſariis pontificiis, ſi minarentur bellum, quoque claſſico concitatas dicit eſſe ciuitates Philippus ad pangendum foedus. vid. Epp. ad Camer. p. 156.

s) Henrici VIII. Aſſertio ſeptem ſacramentorum aduerſus M. Lutherum cum Eraſmi epiſtola huius operis commendatitia, Argent. 1522. 4.

tur de conatibus Landgrafii *Philippi* reſtituendi in 1533
ditionem terrae ſuae *Ulrichum* Ducem Vuirteper-
genſem ereptam ei ante annos xv. Sed hanc proxi-
me ſequens annus t) tunc inchoatam molitionem ab- 1534
ſoluit, reductusque Dux Vuirtepergenſis et poſtea
de recuperatione illa belloque toto transactum fuit,
et ipſe *Philippus* benigne inuitatus, vt Tubingam
veniret u). Sed negotia eiusmodi in manibus habe-
bantur illo tempore impendereque videbantur, vt
Illuſtriſſimus Princeps, cui opera fidesque *Philippi*
addicta erat, eum dimittendum nullo modo putaret.
Acceſ-

t) Ex epiſtola Eraſmi ad Goclenium d. 7. Nouemb. 1533, quae in Vita Eraſmi a Scriuerio Lugd. B. 1642. 12. edita extat p. 352, patet, Melanchthonem hoc anno in Poloniam vocatum eſſe. „Melanchthon, ait, vocatus eſt in Poloniam. Id ad me ſcripſit Epiſcopus Plocenſis, qui eum vocauit. Et ipſe Melanchthon in commentario Epiſtolae ad Romanos, et in priuatis ad me literis, ſatis declarat, ſe ſuorum pigere„. Io. Campenſis quoque in dedicatione, quae praefixa eſt Commentariolo eiusdem in ep. ad Romanos et Galatas, Cracov. 1534. 8. idem affirmat.

u) Libere, vti ſolebat, de hac vocatione ad Camer. in epp. p. 235. ita ſcribit: Dux Wirtebergenſis accerſiuit me εἰς τὴν ἀκαδημίαν αὐτοῦ. Permiſi totam rem arbitrio noſtri Principis, κἂν εὐξαίμην τε καὶ δεήσει ποτὲ ἀποχωρῆσαι με ἐκ ταύτης τῆς ἀνεπιτηδείου χώρας. i. e. Et optarim et oportebit aliquando me diſcedere ex hac minus opportuna regione. Ad quae verba antiqua manus ſequentia in meo exemplari adſcripſit: Verebatur enim Elector, ne Philippus alibi excitaret ſcholam Viteberga celebriorem. P. 236: Reſpondit noſter Princeps, me a noſtra ſchola hoc tempore non poſſe abeſſe. Ego Sueuicam profectionem nunquam appetiui, ſed τῷ μακεδόνι cupio morem gerere. Nunc igitur noſtri iterum deliberant, et cur me aegre dimittant, non eſt ea cauſſa, quam ignari rerum noſtrarum fortaſſe ſuſpicantur, ſed aliud eſt, quod literis committere neque volo neque debeo.

1535 Acceſſit tamen illuc deinde, cum ego iam ibi ſtudia bonarum artium docendo excolerem, et in Academia ordinanda, quae ſic ſatis perturbata erat, adiumento nobis fuit, hoſpes noſter vno paene menſe. Hoc etiam tempore *Landgrafius*, qui animaduerteret atque perpenderet, quantum mali detrimentique daretur doctrinae veritatis diſſidio Helueticarum et Saxonicarum Eccleſiarum, et litem illam cernens fieri indies maiorem, multaque a quibusdam admodum horride et inſolenter, a quibusdam vehementer et immoderata quadam libertate cum dici tum ſcribi, operam ſtudii pietate et fide pleni dedit, vt apud ſe conuenirent vtrinque vnus, et breuiter atque diſerte comprehenſam ſuae partis ſententiam exponerent. Idque negotium *Philippo* w) a ſuis datum fuit, qui ipſorum ſententiae ad Landgrafium eſſet nuncius. Neque quicquam tunc praeterea actum eſt.

§. XLVI.

A Britanniae et Galliae Regibus Melanchthon expetitur. Vtriusque regis immanis crudelitas erga doctrinae verioris aſſertores. Academia Witteb. ob peſtem Ienam translata.

Interea de coniugio ducta iam altera vxore et priore repudiata, ſolicitus Rex Britanniae vndique colligebat ſuffragia x), quibus illud contra ſententiam damnan-

w) Philippus in Epp. ad Camer. p. 238. Heri primum h. e. die nono Ianuarii domum reuerſus ſum ex Cattis, quo me et Bucerum vocarat ὁ μακεδων, vt ego noſtrorum, ille ſuorum ſententias afferret περι της διαλλαγης in illa peruulgata cauſſa. Meam ſententiam noli nunc requirere, fui enim nuncius alienae, etſi profecto non diſſimulabo, quid ſentiam, vbi audiero, quid reſpondeant noſtri.

x) In Melanchthonis Conſil. lat. P. I. p. 128 ſqq. extat diſputatio S. conſultatio ſcripta A. 1531. d. 23. Aug. a. P.

damnantium, inprimis Romani Pontificis, approbaretur. Et quia ſperabatur hoc facturos facile et libenter Saxonicos, dominationis pontificiae inimicos, remittebatur indies aliquid de ſaeuitia, quam ad illud vſque tempus pariter cum Gallia crudeliter exercuerant in eos, qui Saxonicarum Eccleſiarum exemplo non aſſentirentur Pontificiae doctrinae. Et *Philippus Melanchthon* literis nuntiisque fiebat certior, aduentum ſuum in Britanniam magnopere expeti, et futurum, vt ab ipſo Rege accerſeretur. Orabantque amici, ne recuſaret, neue grauaretur illud iter ſuſcipere. A quo ſane animus ipſius neutiquam abhorrebat. Rex autem Britanniae, vt matrimonium nouum legitimo modo et iure bono videretur contractum, nihil non experiri, et refragantes omnes odiſſe, et hanc maxime ob cauſam ad eos, quos ante fuerat inſectatus, inclinare credebatur. Cuius voluntati repugnans inter alios *Thomas Morus*, vir doctrina atque dignitate praeſtans, et qui praeſentis ſtatus mutationem fieri nollet, et cui nouitas coniugii diſpliceret, ſupplicio vltimo affectus eſt. Rex autem Galliae, qui in Italia bellum gerere et occupare Mediolanum cuperet, ſocietatem Principum Germanorum expetebat. Cumque conueniſſent foederis faciendi iterum gratia aliquot, eodem Legatus Gallicus *y*) acceſſit. Non autem potuit verecunde peti coniunctio ſine excuſatione crudeli- 1535

a P. Mel. de digamia Regis Angliae, inſerta quoque Bacmeiſteri Actis Philippicis p. 85. ſed indictio anni 1531. ſine dubio eſt falſa.

y) Tomo IV. Hiſt. Reformat. Dan. Gerdeſii p. 68. inter documenta N. XII. extat Georgii Spalatini Relatio de colloquio inter Guil. Bellaium Galliae Legatum et Miniſtros Proteſtantium habito Smalcaldiae d. 20. Decemb. 1535. et P. I. Mel. Conſ. lat. p. 214. Reſponſio

1535 delitatis ſuppliciorum, quibus plurimi in Gallia per ſummos cruciatus fuerant necati: Itaque tunc et in ſeditioſos quosdam ſuae gentis animaduertiſſe Regem dictum eſt, et petitum, vt de Religione diligenter re deliberata ſic conſentiretur, ne aſſerendis defendendisque non neceſſariis aut etiam ſuperuacaneis dubiisue, Respublica et Eccleſia amplius turbaretur. Petitum etiam fuit, vt mitterentur ex Germania aliqui viri docti et boni, qui de dogmatibus ſententiam ſuae partis exponerent. Fuerat autem quorundam ſtudio effectum, vt Rex non alienus a *Philippo Melanchthone* videretur, cui et accurata explicatio rerum, quas tractandas ille ſuſcepiſſet, et ab aduerſariis ſine acerbitate diſſenſio, valde placeret. Itaque non modo amici inſtitere literis ſuis, vt in Galliam ad Regem proficiſceretur, ſed hoc etiam obtinuerunt, vt ipſe Rex miſſis literis ad *Philippum* clementiſſime eum inuitaret ad congreſſum ſuum. Eo anno peſtilentiae metu Vuittenbergenſis ſchola diſſipata fuerat, et *Philippus Melanchthon* cum plerisque Magiſtris doctrinae conceſſerat in oppidum Duringiae *Ihenam.*

§. XLVII.

In Gallia multi viui combuſti. Wilh. Bellaius fauet Germanis ibi degentibus. Melanchthonis litterae ad Io. Bellaium Langaeum, Epiſc. Pariſ. Barnabas Voraeus Philippum ſolicitat, vt ſecum in Galliam proficiſcatur. Huius de itinere iſtoc ambigua conſilia. Regis Galliae ad eum litterae.

In Gallia autem Regis animus perturbatus ira indignationeque nullum modum ſeruare, neque facere finem ſuppliciorum. Et arrepti primum indicati

ſio ad Oratorem Gallicum Guil. Bellaium Langaeum in conuentu Smalcaldiae praeſcripta a P. Mel. Franciſco Burcardo.

cati conuictique tanquam conatuum ſeditioſorum, 1535
quod vno tempore paſſim libelli quidam *) Pariſiis clanculum propoſiti et ad Regii quoque conclauis ianuam affixi fuiſſent: Huius igitur facinoris conſcii ſtatim complures comprehenſi et ſubiectis ignibus torrendo excruciati ita demum viui combuſti ſunt. Sed indicibus praemio propoſito et conceſſa deferendi accuſandique licentia quibuslibet, plurimi etiam illius audaciae nequaquam participes, rei facti et crimine defectionis ab Eccleſia, quod Lutheraniſmi nomine inferebatur, damnati et cremati fuerunt. Erant et pietate et doctrinae literarumque eruditione in illo Regno, dignitate etiam et honoribus praeſtantes quidam viri, quibus crudelitas iſta immanis admodum diſplicebat et ingentem afferebat dolorem. Et hi Germanos *) celebres eruditionis nomine in Gallia, beneuolentia fauoreque complectentes tuebantur atque protegebant, neque patiebantur eos ab iſta violentiae feritate attingi. Inter quos excellebat benignitatis et omnino virtutis ſapientiaeque fama domus Langaea et in hac Princeps *Vilhelmus Bellaius* a), qui Galliam ſuae ſapientiae, fortitudinis,

z) Hi libelli ſtilo confecti erant vibrante quodam et incitato atque potiſſimum in Miſſam tanquam turbinem et funus SS. Coenae D. N. I. C. impetu rapidiſſimo ferebantur. Conf. Dan. Gerdeſii Hiſt. Reformat. Tom. IV. p. 100. qui inter Documenta huic volumini ſubnexa Num. XI. ipſos hos libellos famoſos exhibet.

*) Vt Sturmium et ſimiles.

a) Vir ſummae dignitatis atque virtutis, et praecipuum Gallicae nobilitatis ornamentum, ob inſignem doctrinam, eloquentiam, vſum rerum, et ſingularem in omni functione dexteritatem: longe nimirum diſſimilis a plerisque regum ſectatoribus, qui ſuas modo facultates amplificare ſtudent: ipſe autem ingenio praeditus heroico ſolum eo ſpectabat, vt ſolida virtute ſibi

1535 nis, integritatis, fidei ope moriens deſtituit grauiſſime laborantem et in ſaeuiſſimo bello et aſperrima fortuna illius, Anno Chriſti MDXLIII. Germanorum autem, de quibus egregia ingenii, doctrinae, virtutis, ſapientiae, pietatis eſſet exiſtimatio, princeps habebatur *Iohannes Sturmius* [b]). Per occaſionem igitur illis de negotiis inter ipſos verba fieri, et conſilia rationesque iniri ac quaeri, quibus tam grauiter laborantibus rebus ſubueniri poſſet. Perfectumque eſt diligentia et ſtudio horum, vt apud ipſum Regem mentio fieret doctrinae Saxonicae, et *Philippi* quaedam ſcripta [c]) coram eo legerentur, quorum dilucida expoſitione et diſputationibus placidis Regis voluntas ad clementiam conuerſa ferebatur, conſiderantis, et quousque eſſet ſuperſtitio progreſſa et quibus in tenebris iacuiſſet obſcurata veritas coeleſtis; et quam tetri errores doctrinam diſciplinamque Eccleſiae occupaſſent, uerentis etiam fortaſſe, ne animaduerſionis iracundia inſontes cum ſontibus corriperet. Hoc cum *Philippo Melanchthoni* eſſet ſignificatum, amicis ſuadentibus atque hortantibus literas ſcriptas mittit ad Epiſcopum Pariſienſem *Iohannem Bellaium* [d]). Quibus monet et orat: *Animos Principum in Galliae regno mitigari ſtudeat, auctor-*

bi veram gloriam compararet, et fidelem operam ſuo Principi vel cum rerum ſuarum diſpendio nauaret. Sleidan. ad A. 1543. Melanchthon dedicauit ei Xenophontem, conf. Mel. L. III. Epp. p. 72.

b) Cuius epiſtola ad Melanchthonem extat in Sculteti Annalibus, qui inſerti ſunt Hardtii Hiſt. litter. Reform. P. V. p. 194. Omnes has epiſtolas, quae iter Melanchthonis in Galliam illuſtrant, vide inter Documenta N. VIII.

c) Inprimis Loci communes.

d) Extat Libro III. Epp. Melanchthonis p. 95. et in eius Conſil. lat. P. I. p. 219.

auctorque ſit, vt ratio ineatur, qua ſanari Eccleſia 1535 *poſſit, quam indies magis magisque lacerari appareat. Abuſus quosdam eſſe reprehenſos, et nunc multos pios atque doctos veritatem quaerere et doctrinae genus purum, non praua cupiditate aliqua, ſed ſtudio religionis. Atque eſſe ortas controuerſias de maximis rebus, quae nulla armorum vi aut ſuppliciorum metu opprimi poſſe videantur. Non patrocinari ſe turbulentis et ſeditioſis, neque iis, qui improbitate et malitia veritatem ſimplicis doctrinae corrumpant, quos fanaticos ſolebat vocare. Verum horum etiam furori ſic maxime reſiſti poſſe, ſi extet certum doctrinae genus, quo ambigentum animi confirmati nitantur.* Oſtendit, *quantum momenti ſit in Galliae florentiſſimo regno, ad omnium bonorum animos tam erigendos quam deiiciendos. In eo ſi exemplum iſtud ſtatuatur, vt non modo fanatici et ſeditioſi coherceantur, ſed nulla prorſus admittatur emendatio Eccleſiaſticae doctrinae et errorum correctio, ſique praeſentia Eccleſiae vitia ſumma vi defendantur, futurum eſſe, vt vbique gentium magna de ſpe boni piique decidant.* Addit: *Eſſe eas preces et vota iſta, vt in periculo communi ſuccurratur Eccleſiae ſimul atque Reipubl. non vnius nationis ac gentis, ſed omnium in toto orbe terrarum religioſae pietatis et tranquillitatis publicae cupidorum*„. Multum profuiſſe conſtat has literas, et lenitam eſſe Regis iram, et de ſuppliciorum ſaeuitia nonnihil remiſſum. Inculcatum autem fuerat Regi, in Germania turbarum, motuum, ſeditionum, caedium, vaſtitatis, denique malorum omnium cauſſam fuiſſe mutationem doctrinae Eccleſiaſticae, et falſo pleraque coram eo narrata. Quamuis igitur minime ignoraret ac potius perſpicue videret, quid in doctrina et ritibus vſitatis non modo vitiorum ſed omnino ſcelerum haereret, tamen a nouitate ſimilia incom-

1535 moda vel parem potius infelicitatem metuere exiſtimabatur, et eosdem euentus, quos perſuaſum hactenus habuiſſet de innouata doctrina Eccleſiaſtica extitiſſe. Sed ſiue hoc ſeu aliud fuit, quo Rex Galliae tunc ad clementiam ſe inclinauit, et eo adduci paſſus eſt, vt de rebus tantis cogitandum diligentius, certiusque cognoſcendum arbitraretur, primum in Germaniam miſſus aliis etiam de cauſſis *Barnabas* quidam *Voracus*, amicorum *) literas ſcriptas *Philippo* attulit, et cum eo locutus eſt de profectione ad Regem, pollicitusque non modo literas regias, quibus accerſeretur, ſed cum obſides etiam, qui darentur, dum abeſſet, tum praeſidia, quibus deduceretur et reduceretur, vt vndique periculi metus eſſet amotus. Vrgebant rem amici, qui perſuadere conarentur, in congreſſu colloquioque cum Rege *Melanchthonis*, non Galliae ſolum, ſed paene orbis terrarum fortunam eſſe poſitam. Si illum praeſentem vidiſſent, ſimul ſalutem ſuam cum aliorum omnium coniunctam affirmare ſe conſpecturos. Si in illis fluctibus et ſaeuiſſimis tempeſtatibus audiiſſent aduentantem, iam portum et tutiſſimam ſtationem ſibi oſtenſum iri. Quodſi negligeret aut etiam contemneret poſtulata Regis, fore vt omnis ſpes, qua ſuſtentati in maximis periculis et praeſenti diſcrimine fuiſſent, debilitata infringeretur, et ſimul aegre aliquantulum ſopiti ignes rurſum ſuſcitarentur, et ſuppliciorum immanitas recrudeſceret. Atque eum cogitare, aequum eſſe cenſebant, non iam a ſe tantum rogari, ſed ab omnibus hominibus, non ab iis, qui grauiſſima ſupplicia perpeſſi ſint, neque qui eadem pertimeſcant, praeſentiam eius exoptari, ſed aduocari ipſum Dei Chriſtique Ieſu voce. Remoueret igitur ex oculis Caeſarea et regia nomina. Non reſpiceret populorum coniunctionem aut alienationem, ſune-

*) Vt Sturmii et Langaei.

funeſtas flammas intueretur et fumantes rogos, in 1535
quibus innocentiſſimorum hominum corpora conflagraſſent, et ſe plurimorum periculis, quibus immineret idem exitus, moueri ſineret. Haec et his ſimilia cum *Philippo* et ſcriberentur et nunciarentur, et multiplice ille cura et varia conſideratione afficiebatur atque perturbabatur. Difficile enim erat conſtituere, quid in tanta ac tali re fieri oporteret. Vel ea potius quae offerebantur, inexplicabiles habebant quaeſtiones et diſputationes infinitas. Non eum reſpectus ad ſe aut ſuos, non longinquitas loci, non periculorum metus morabatur, quamuis haec ab ipſius amantiſſimis praeſentia demonſtrarentur, ex quibus quidam inſidias vitae eius ſtrui ſuſpicabantur, et eum literis grauiſſime ſcriptis, vt caueret admonebant e). Verum cum nihil eſſet prius illi neque antiquius gloria Filii Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, tot piorum bonorumque ſalute et incolumitate, tranquillitate Eccleſiae tantis procellis infeſtae, hac vna cura excruciabatur et in eo adhaerebant cogitationes vniuerſae, quod dubitaret de conſilio ſuſcepti negotii, et quae actiones futurae huius eſſent, non poſſet decernere, et de exitu felice plane deſperaret. Neque ille, quid ſibi conduceret, omnino laborabat, ſed ne quid in tanta re imprudenter factum, turbarum mala aſperiora redderet

 prouf-

e) Luther. in ep. ad Ionam d. 1. Sept. 1535. Operum Lutheri edit. Walch. T. XXI. p. 1428. Von den Franz. Geſandten gehet ietzt ſo ein gemein Gerücht auch von den ehrlichſten Männern her, daſs ich nun ſelber nicht wünſche, daſs Philippus mit ihnen reiſe. Man argwohnet, daſs die rechten Geſandten auf der Reiſe umgebracht und durch die Papiſten andere mit Briefen abgerichtet worden, Philippum anzulocken. Antea ipſe Lutherus Electori auctor et hortator fuit, vt Philippo profectionem in Galliam concederet. Quod docet epiſtola eius in Mel. Conſil. germ. p. 5.

1535 prouidens, mirifice ſollicitabatur animo ſuo. Veniebat ei in mentem, varias eſſe opiniones diuerſorum in Gallia, et ea erat expertus, quae cauſam darent circumſpectionis atque formidinis. Audiebat, tanquam ſeditioſos eſſe eos damnatos, de quibus tam crudeliter ſupplicia ſumſiſſent. Praeterea cum intellexiſſet, Gallos hoc agere, vt quaedam diſcrepantium capitum in Eccleſiaſtica doctrina controuerſiae tollerentur, hoc maxime timebat, ne minuta aliqua, et quae ſua ſponte iam e manibus elaberentur, concedentes, retinere vellent ea, in quibus potiſſimum falſitas impietatis reſideret. Quod videbat neque fieri debere, et ſi tentaretur, plus ſecuturum mali quam boni. Cumque eſſet de Regis voluntate exiſtimatio ipſius praeclara, tam multis tantopere illam praedicantibus, quid ipſe tamen Rex, vt maxime vellet atque cuperet, poſſet efficere, non ſine cauſa dubitabat. Itaque reſcribens amicis hortabatur eos, darent operam, vt Rex curaret maturandam Synodum, et per quoscunque liceret, ad hoc impelli ſtuderent animum ipſius. Tum enim communiter ineundae rationis occaſionem omnes habituros, qua Eccleſiae afflictae ferretur auxilium. Caetera conſilia ſibi ſignificabat videri inutilia, quae periculoſa eſſent omnia. Haec ad amicos perſcribens, ipſis vt in re praeſente deliberationem totam permittebat. Quod non tergiuerſandi iſta cauſa commemorarentur, ſed vt ipſi ſtatuerent, quibus nota Gallia eſſet, quid expediret. Cum in omnem euentum fauorem atque gratiam potentiſſimi Regis, cauſae conciliari poſſe optaret. Quod ſperabat fore, veris et commodis ſermonibus. Non enim ignorabat, quanto odio vbique haec laboraret, excitato aduerſariorum fictis criminibus. Itaque ſi ipſi in eo perſeuerarent, vt exiſtimarent ſuum aduentum profuturum et Galliae Eccleſiae vniuerſae, pollicebatur,

ſe

ſe paratum promtumque fore ad ſuſcipiendum iter 1535
iſtud, relatis quidem prius omnibus ad Illuſtriſſimum Principem, qui haberet conductam operam ſuam. Itaque omnia fidei prudentiaeque ipſorum committere. Cum autem *Voracus* et ſtudioſius de *Philippo* ad Regem reuerſus loqui, et prolixius promittere, et ſi accerſeretur, polliceri aduentum ipſius non dubitaſſet, ita a Rege literae *f*) ſunt miſſae, quibus collaudato ſtudio ipſius, quod Rex ab eo adhiberi intellexiſſet in ſedandis altercationibus inuectis in Eccleſiaſticam doctrinam, quoniam ipſe ſe laborem itineris non grauatim ſuſcepturum eſſe oſtendiſſet, quo ad Regem ſe conferret, coramque illo de concordia doctrinarum cum ſelectis aliquot Gallicae nationis viris doctis differeret: ita petebatur, vt literis regiis tanquam fidei publicae obſidibus fretus, quam primum adueniret, neque ſe abduci vllius perſuaſione ſineret a tam pio ſanctoque inſtituto. Nullam enim rem vnquam maiore Regem cura, ſtudio, ſollicitudine animi complectendam duxiſſe, quam vt laceratae diſſenſionibus Eccleſiae detrimenta ſarcirentur, et pulcerrima politia illius inſtauraretur. Denique affirmabatur modis omnibus aduentum *Philippi* futurum eſſe Regi gratiſſimum.

§. XLVIII.

Conſilium itineris Gallici abiicit Melanchthon, et datis ad Franciſcum litteris ſe excuſat. Varia de omiſſo Gallica profectione iudicia. Flamma ante aedes Melanchthonis de coelo cadere viſa. In Brittanniam iterum accerſitur. Hypochondriacis doloribus vexatus.

His literis acceptis omnino erat animus *Philippo* in Galliam proficiſci, neque expectationem et ſpem de ſe conceptam amicorum fruſtrari. Neque operam ſuam, quae nauari poſſe crederetur, ſubtrahere

f) Extant infra inter Documenta N. VIII. 5.

1535 here afflictae Eccleſiae. Sed vt veniam hanc ei Illuſtriſſimus Princeps ipſius daret, et poteſtatem cum bona gratia in Galliam ſe, illo tempore, conferendi faceret, impetrari non potuit. Cum alia autem obſtare viſa ſunt, tum non minimo impedimento fuit bellum, quod Rex Galliae aduerſus Imperatorem *Carolum* non meditari aut moliri, ſed iam mouere et gerere ferebatur. Cognitum quoque eſt, maleuolorum quorundam obtrectatione Optimi et Praeſtantiſſimi Principis animum ad quandam haeſitationem fuiſſe perductum, vt nonnihil *Philippo* diffideret. Itaque denegans g) et plane praecidens petenti *Philippo* copiam ſibi clementiſſ. fieri in Galliam veniendi, literas miſit ad eum verboſe et ſeuere ſcriptas. In quibus hoc potiſſimum mouit *Philippum* et a conſilio itineris Gallici deterruit, quod oſtendebatur, verendum eſſe, ne iſta profectione non modo nihil fructuoſe perficeretur, ſed ne detrimenta maiora acciperentur, et cauſae darentur, quibus de cauſis publica Germaniae quies turbaretur, neue adeo ipſius Principis quaedam negotia redderentur difficiliora. Hoc omnino periculum in ſe recipere ille

g) Melanchth. in Epp. ad Camer. p. 248. Equidem libenter vito congreſſus Gallicos, nec aliter promiſi, niſi promittente Principe, ſed Princeps commeatum negat, et ita reſpondet, vt vereri cogar, animum illius ſermonibus maleuolorum a me redditum alieniorem, etſi ſane de optimo Principe, vt mihi perſpectus eſt, nunc etiam melius ſpero, ſed noſti illud, γλωσσα που πορευη; omiſi igitur Gallicum iter, ne de meo officio vllo modo queri poſſent. Nunc reliquum eſt, vt etiam Principi reſpondeam ac me purgem. Id conſtitui grauiter facere, ita vt ſimul de meis conſiliis ac de iudicio doctrinae ſcribam, neque quicquam vel diſſimulabo vel celabo voluntatis et ſententiae meae, nolo enim perpetuo iſtas plagas ferre. Eadem fere L. V. Epp. p. 84. 85.

ille noluit. Itaque cum magno dolore multorum, 1535
non etiam nullorum reprehenſione, cum *Voraeo*, quemadmodum Rex voluerat, non eſt profectus. Et ei literas *b*) dedit abeunti, *quibus inprimis Regi gratulabatur cupiditatem ſanandae Eccleſiae, non violentis remediis, ſed vera ratione et Rege Chriſtianiſſimo, quo ipſe titulo ornaretur, digna. Qui in diſſenſionibus illis ita ſtuderet vtriusque partis impetus moderari, vt explicata doctrina Chriſtiana atque perpurgata, ſimul gloriae Chriſti, et dignitati Eccleſiaſtici ordinis et tranquillitati publicae conſuleretur. Orabatque, vt non deſiſteret Rex in hanc curam cogitationemque incumbere, neque aſperioribus ſcriptis aut iudiciis quorundam ſineret ſe adduci, vt etiam res bonas et Eccleſiae vtiles deleri pateretur. Se quidem literis Regiis acceptis, quantum potuiſſet, conatum eſſe atque contendiſſe, vt ſtatim ad Regem accurreret. Quod ſibi nihil eſſet optatius, quam vt pro ſua tenuitate aliquid opis afferre poſſet Eccleſiae, quodque in optimam ſpem veniſſet, poſtquam cognouiſſet, eam eſſe pietatem ac moderationem Regis, vt in commune gloriae Chriſti conſultum cuperet. Nullo vero ſe modo potuiſſe tunc iter ingredi, propter maximas difficultates, quibus adhuc eſſet implicatus, quas poſſet Rex cognoſcere ex* Voraeo, *cui eſſent notae. Quamuis autem moram quandam illae afferrent, tamen non eſſe animum ſuum ab illa profectione auerſum. Quod et ipſum planius et copioſius expoſiturum Voraeum eſſe confideret*,,. Atque ita *Voraeus* dimiſſus Regem inuenit in belli Italici apparatu, cui poſtea iſta res curae non fuit. Eſtque deinde etiam atrocius ſuppliciorum ſaeuitia vexatum

K 5 regnum

b) Extant in collectione Manliana p. 39. et in Select. aliquot Epp. Mel. p. 95. ſubſcriptae V. Cal. Sept. 1535.

1535 regnum Galliae [i]). Itaque vt fit, alii de tota re aliter ſentire et loqui. Quidam credere, ſi *Philippus* aduenifſet, multa Regi indicari demonſtrarique potuiſſe, quorum ignorantia cauſam daret, vt et ipſe iuberet iratus abhorrentia ab ingenii ipſius naturaeque bonitate, et ad ea, quae gererentur inhumanius, conniueret: plurimum habituram momenti exiſtimationem de *Philippo* ſingularem, futuram liberam de magnis et paruis diſputationem: neque offenſuram Regem in aſſerenda veritate libertatem orationis, ac conſtantiam potius eum magnopere delectaturam fuiſſe: qui iam inciperet intelligere aliquid. Niſi enim ita eſſet, neglecturum fuiſſe, vt antea rem totam, et iracundiae ſuae indulgentem vindicaturum offenſiones. Plurimum ſitum in eo, vt audiatur interrogatio, et reſponſio ſtatim ſubiiciatur. Valde autem cauendum fuiſſe, ne Rex, cui propemodum certo promiſſus eſſet aduentus *Philippi*, ex illa fruſtratione, vel opinionem conciperet leuitatis, vel ſuſpicionem hauriret diffidentiae, atque ita de integro

i) Tunc Melanchthon ſcripſit conſilium ad Gallos de moderandis controuerſiis religionis praecipuis, cuius ipſe in Epp. ad Camer. p. 232. mentionem facit, ſcribendo: Exemplum mei conſilii miſſi in Galliam tibi mittam, nunc enim non habebam, niſi unicum, et non edo, ne nouae inde diſputationes oriantur. Extat hoc conſilium in Mel. Conſ. lat. P. I. p. 224 ſqq. Tomo IV. opp. Mel. p. 823. in rara collectione Epiſtolarum ad Io Schwebelium p. 241 - 258. ſub titulo: De diſſenſionibus Eccleſiaſticis et conciliatione controverſorum articulorum; et valde diuerſum ab hoc in d' Argentrè collectione iudiciorum de nouis Erroribus T. I. P. II. p. 381 etc. Gerdeſius autem inter Docum. T. IV. Hiſt. Ref. p. 74 ſqq. exhibet Facultatis Theol. Pariſienſis reſponſum ad Regem Franciſcum de articulis Melanchthonianis, et p. 78. Facultatis eiusdem inſtructio in articulos Melanchthonianos extat in Crevier Hiſtoire de l' Academie de Paris T. V. p. 293.

gro et a cauſſa alienior, et in aduerſantes ſententiae 1535
ſuae aſperior immitiorque redderetur. Alii incerto dubioque euentu in tam magna grauique re periculum faciendum fuiſſe in Rege illo cauſae conciliando, et ſecretum a caeteris cum ipſo colloquium inſtituendum nullo modo cenſebant. Erant etiam, qui *Philippo* ſoli committendam talem actionem potuiſſe tuto, negarent. Experiebaturque iniquitatem ille fortunae fatalem, vt minus recte iudicaretur a nonnullis de conſilio hoc ipſius. Neque deerant, qui omnia in partem deteriorem interpretarentur. In qua veluti palaeſtra miſeriae totam vitam illius luctatam eſſe ſcimus. Sed prudentes et callidi aliud actum quaeſitumque exiſtimabant, cum in ipſo belli, quod aduerſum Caeſarem *Carolum* gereretur, apparatu maximo, ſuſceptas inſtitutasque tales tractationes cernerent, et plerique inuidiam in Principem, cui ſeruiret *Philippi* opera, deriuare vel minima ex parte oportere non putabant. Sic igitur illa profectio tunc repreſſa poſtea euanuit, et ſunt in Republica et Eccleſia ea ſecuta, quae, niſi quatenus ad *Philippum Melanchthonem*, aut temporum negotiorumque, quae hac narratione continuanda putauimus, ſeriem proprie pertinent, a me iam non exponentur. Sane *Philippus Melanchthon* inuitus retentus eſt. Et aliquantiſper remanendi in Saxonia animum habuit haeſitantem. Amicique eius non ſine cura fuere, ne quid ei triſtius accideret. Verum iſta quaſi vulnera clementiſſima humanitate Illuſtriſſimi et Optimi Principis ipſius et celeriter et facile fuerunt ſanata. Non duxi ſilentio praetereundum, quo horum negotiorum et difficultatum et fortaſſe pericula ſignificata eſſe credi poſſe videatur. Nam quo tempore propter peſtilentiae contagionem Vuittenberga plerique ſcholaſtici tam Magiſtri quam diſcipuli vrbem relinquere decreuerant, paucis ante horum diſceſſum die-

1535 diebus flamma de coelo decidit ante aedes *Philippi Melanchthonis* et templi tectum viſa eſt lambere *k*). Cum quidem alias etiam ſignificationes notaſſe eum conſtet, quibus ab earum rerum, quae ſecutae fuerunt, moleſtia curisque et periculis quoque praemonitum ſe fuiſſe intellexerit et recordando ſaepe commemorarit. Atque iſtae fere de Gallico itinere curae moleſtiaeque tunc exhibitae *Philippo* fuere. Nihilo autem minus ambire viſus eſt deinde Rex Galliae ſocietatem Saxonicorum, et cum ipſius quoque legatis de capitibus controuerſis Eccleſiaſticae doctrinae eſt diſputatum. Sed Britannici magis aſſidui fuerunt in hac parte et cum *Philippo* inprimis libere collocuti. Inter quos *Nicolai Heti* *l*) et eruditio et humanitas ab ipſo laudabatur. Ab his etiam eſt vel commoditate verborum, perſuaſum *Philippo*, vel precando expreſſum, vt Regi Britanniae quaſi dicatum epiſtola praepoſita librum *) ex ſuis vnum peculiari compellatione mitteret. Redierunt mox an-
1536 no Chriſti MDXXXVI. Vuittenbergam Magiſtri doctrinae

k) Ipſe Melanchthon hoc in Epp. ad Camer. p. 250. refert.

l) Nicolaus Archidiaconus Legatus et vir doctus eſt et aequus puriori doctrinae, *ἀλλα ὁ ἐπισκοπος εχει το συνηθες των ἀρχιερεων.* (Sed Epiſcopus (Eduardus Foxus Epiſcopus Herfordienſis) conſuetum illud Pontificum retinet.) Angli contendunt, Legem de non ducenda fratris uxore prorſus indiſpenſabilem eſſe. Nos contra diſputamus, eſſe diſpenſabilem. L. IV. Epp. Mel. p. 4. Epp. ad Camer. p. 258. 261. 263.

*) Locorum communium theologicorum editorum A. 35.] Quae praefatio in poſterioribus editionibus a Melanchthone omiſſa fuit ob cauſſam, quae his verſibus continetur:

Dum laudandus erat, Regem laudauimus Anglum,
Hei mihi quam varium eſt Regibus ingenium!

ſtrinae publicae et diſcipuli, quos diſceſſiſſe metu 1536
peſtilentiae diximus. Et *Philippus* hypochondriacis doloribus eſt conflictatus, quos vſu herbae chamaeleontis mitigauit, et ſcimus efficacitatem illius remedii eum praedicaſſe [m]). Dum autem cum Britannicis legatis acriter de capitibus doctrinae Eccleſiaſticae diſputatur, et eo res deducitur, vt de pleriſque conueniat, deque diuortio tantum diſſenſio reliqua eſt, id accidit de coniuge altera a Rege ducta [n]), quod omnium animos valde perturbauit, et legati circiter menſem Iunium Vuittenberga diſceſſerunt, et ſollicitudine Britannici itineris *Philippum* liberarunt. Nam haec illis flagitantibus vna cum aliis fuerat ei deſtinata.

§. XLVIIII.

Melanchthonis iter in patriam et Tubingam. De itinere ipſo diuerſae ſententiae.

Sunt tamen aliae tunc deliberationes *) actionesque inſtitutae atque ſuſceptae Theologicorum colloquiorum, quorum euentus cum ſollicitum habuiſſet inprimis *Philippum*, ipſius moderatione et diligentia effectum eſt, vt ille ſatis eſſet felix. Atque ita, quod diu conceptum animo iter habuerat, tandem

m) In Epp. ad Camer. p. 262, 263.

n) Poſterior regina (Anna Bolenia) magis accuſata quam conuicta adulterii vltimo ſupplicio affecta eſt. Mel. in Epp. ad Camer. p. 265.

*) Vt iter Philippi in Cattos ſub initium A. 35. Witebergenſis ille congreſſus Lutheri et Buceri, in quo ſcripta formula concordiae περὶ δείπνου, menſe Maio A. 36. Vide Epp. ad Camer. p. 228 et p. 265. De formula Concordiae Vitebergenſis conferatur inprimis Val. Ern. Loeſcheri Hiſt. motuum P. I. p. 205 ſqq. Formula vero Conc. Viteb.

1536 dem eſt ingreſſus, vt et in patriam et *Tubingam* ad nos veniret. Vbi, quemadmodum dictum eſt, habuimus eum aliquantiſper gratiſſimum et iucundiſſimum hoſpitem, et autorem conſiliorum ordinandi res ſcholaſticas et doctrinam publicam conſtituendi in illa Academia. Eſtque eum Illuſtriſſimus Princeps *Vlrichus* clementiſſime complexus °). Deque eius ſententia accerſendum curauit *Iohannem Brentium* p) e ſalinis Sueuicis, cuius annua opera Eccleſia et ſchola ſalutari et bona vſa eſt. Habuit comitem eo itinere Clariſſimum virum Philoſophiae et inprimis Medicinae artis profeſſione *Iacobum Milichium* q), cuius

Viteb. reperitur inter Documenta N. VIIII. Ex rariſſima collectione Epiſtolarum Georgii Wicelii, (Lipſ 1537. 4.) fol. q ij b. excerpere iuuat haec: Capito et Bucerus et alii quidam ſuperioris Germaniae excellentiores concionatores mediocri equitatu venerunt Vitebergam, adorare Lutherum, fortaſſis et inuiſere loca ſacra ibidem. Sed extra iocum. Sectarii e ſuggeſtis diffundunt in aures populi, concilium agitaſſe ſummos viros, et coiiſſe in concordiam ratam, vt in poſterum velut ex pacto vnum ac idem ex vtraque parte doceant de Euchariſtia, et eadem formula exteriora officia adminiſtrent. Triumphant alacerrime de victoria Luthero parta, quo ſit, vt exiſtimatio ſchiſmatarchae ad immenſum ſubito creuerit. Itaque Bucerus ex panario carnarius factus eſt, et ex vinario ſanguinarius. Res tamen ea adhuc occulitur a Signiferis,,. Plurimae Melanchthonis epiſtolae ad hanc initam concordiam ſpectantes extant P. I. Conſ. lat. p. 247–260.

o) Qui Melanchthoni donauit aureos centum. Epp. ad Camer. p. 269.

p) Mandato Principis a Philippo ad Brentium exarata epiſtola extat Tom. Lugd. Epp. Mel. p. 381.

q) Plurimae epiſtolae Melanchthonis ad Milichium extant Lib. II. Epp. p. 430–464.

ius ingenium rectum, ſincerum iudicium, in con- 1536
ſiliis prudentiam ac fidem, animum firmum, voluntatem perpetuam atque conſtantem in optimarum artium diſciplinarumque ſtudiis colendis, et tuendis amicitiis, perſpectam maximi faciebat, vt par erat, *Philippus Melanchthon*, et *Milichium* diligebat in primis. Hic Friburgum Briſgoicum patriam habuit, natus loco perquam honeſto. Cumque conſediſſet Vuittenbergae, quemadmodum et alii externi complures, poſt multorum annorum actam ibi vitam ſumma cum laude et praecipua plurimorum vtilitate, anno Chriſti MDLIX. maximo omnium luctu mortuus eſt, agens annum aetatis LIX. Haec excurſio, cuius et valetudo et cupiditas videndi amicos cauſa fuiſſet, varios rumuſculos commouit, vel a maleuolentia inuidiae et odii, vel temeraria leuitate vanitatis ortos r). Aliqui literis diſſipauerant, ita diſceſſiſſe *Philippum* Vuittenberga, vt diſſidentem a *Luthero* et reliquis, neque reuerſurum illuc. Alii quamuis rediret, coniunctionem firmam non fore augurabantur, quod nimis Philoſophica eſſet doctrina *Philippi* de actionibus virtutis et officiis. Haec ventilabantur ab imperitis bonarum artium, et quibusdam *) qui in ſola vehementia et abhorrente ab huma-

r) Me abſente magnas tragoedias excitarunt. Nec aliunde res oritur, niſi ex odio literarum, quas me putant iſti quidem vehementius propugnare — Sparſae ſunt epiſtolae, in quibus ſcriptum fuit, me non eſſe rediturum, quia diſceſſerim propterea quod a Luthero et reliquis diſſentiam — Nihil mihi obiicitur, niſi quod dicor pluſculum laudare bona opera. Epp. ad Camer. p. 274.

*) Vt Conrado Cordato, Amsdorfio, Islebio, Rorario.] Praeſertim noua editio Locorum cauſſa huius diſſenſionis fuit. Tom. Lugd. Epp. Mel. p. 438. Cordatus vrbem, vicinas etiam regiones et

1536 humanitate ac moderatione genere tam docendi quam viuendi ſpem exiſtimationis alicuius collocabant. Sed *Philippus Melanchthon* curſum tanquam nauigii directum tenuit, vt ſtudia optimarum diſciplinarum et artium excoleret quibuſcunque modis et rationibus poſſet, vtque veritatis coeleſtis doctrinam ſimplicem docendo traderet, et eam ſpinoſis ſuperiorum temporum diſputationibus expurgatam, propria et pura oratione explicaret. Quod agentem et huius generis pulcerrima et praeclariſſima opera elaborantem, cum religioſae pietatis et honeſtatis amantes omnes, tum *Lutherus* ipſe, non modo diligere, ſed ſuſpicere etiam ac colere. Neque ſine eius conſilio quicquam inſtituere, quod momenti aliquid haberet et ad cuncta informanda, componenda, explicanda, opera ipſius vti. Qua ſe non poſſe carere ingenue fatebantur, et gratis animis agnoſcebant maxima merita ipſius, neque inhumaniſſimo et pernicioſo iſto, qui paulo poſt frequentari coepit, more, in quo viribus ipſi deficerentur, eo excellere alios aegre ferebant, neque metuebant, ne alterius ſplendor exiſtimationem eorum deminueret. Quorum iudicio et ſua ante omnia conſcientia contentus *Philippus*, vſque adeo nihil curabat caeterorum maledicos ſermones, vt penitus contemneret, in quo et conſtantiſſime perſeuerauit.

§. L.

et ipſam aulam aduerſus me concitat, propterea quod in explicanda controuerſia iuſtificationis dixi nouam obedientiam neceſſariam eſſe ad ſalutem. ibid. p. 441. Iacobus Schenckius, quem Mel. Sycophantam Fribergenſem appellat, merito quoque inter hoſtes Philippi referendus eſt, quod patet ex Tomo Lugd. Epp. p. 403. L. IV. Epp. p. 35—37. Imo Cordatus abiectum libellum Locorum communium adeo pedibus calcauit.

§. L. 1536

Melanchthonis lapſus de ſcalis. Mors Eraſmi Roter. Acad. Tubingenſis expoſtulatio cum Pontificiis ſuper Cancellariatus Acad. munere et Melanchthonis ea de re ſententia.

Eo anno orbis ſolis et lunae obſcuratus fuit, et de ſcalis lapſus *Philippus* eam partem dorſi, quae nominatur os ſacrum, grauiter afflixit [s]), et aliquot diebus pertulit magnos cruciatus. Sed nihil poſtea ſenſit ex eo caſu incommodi aut mali. Hoc eodem Chriſti anno obiit mortem D. *Eraſmus Roterodamus* aetatis ſuae LXX. Baſileae, quo ſe Friburgo conceperat. Hunc toto vitae ſuae tempore coluit atque veneratus eſt [t]) *Philippus Melanchthon*, neque de eo praedicari a me quicquam vel neceſſe eſt vel etiam decet, omnibus vbique locorum atque gentium noto ac celebri, et cuius ſcriptorum monumenta paſſim extant habenturque in manibus, cuiuſque totum curriculum in ſpacio doctrinae liberalis et piorum ſtudiorum deſudauit et elaborauit ad vtilitatem publicam omnium, quibus doctrinae et veritas et eruditio cordi eſt. His temporibus Academiae *Tubingenſi* nonnihil difficultatis allatum eſt cuiusdam offenſione, cuius eſſet munus, Romani Pontificis autoritate faciendi collegiis profitentium facultatem optimarum artium et diſciplinarum, poteſtatem, vt meritis conferrent honores et decernerent titulos dignitatum ſcholaſticarum. Hoc enim facere ille pertina-

s) cf. Epp. ad Camer. p. 275 L. IV. Epp. p. 12.

t) Iam A. 1519. Melanchthon in defenſione contra Eccium, quae ſubiuncta eſt Epp. aliquot ſelectis, p. 566. ita de Eraſmo ſcribit: Ipſe agnoſco, quantum Eraſmo debeant cum ſtudioſi omnes, tum maxime ego, tot beneficiis priuatim ac publice ab eo affectus, quae poſtquam intelligere coepi, coepi autem Chriſto duce, ſcio, quam grato pectore complexus ſim.

1536 tinaciter recuſabat, et oppido exceſſerat, neque patiebatur ſe mitigari, quamuis ad eum praecipui ex Academia miſſi et egiſſent negotium cum reuerentia perſonae ipſius debita humaniſſime, et nihil proficientes teſtati de Iure Academiae ita diſceſſiſſent. Praetendebatur autem in negando mutatio ſtatus Eccleſiaſtici et ſcholaſtici, quem, niſi Romani Pontificis permiſſione et venia, approbare adiuuareque ſibi nequaquam liceret. Habet nomen munus iſtud *Cancellarii*, et eſt Tubingae mandatum praepoſito adminiſtrationi illo in oppido Eccleſiae, benignitate Pontificis Romani ſingulari. In conſultationem igitur res venire et non reſpondere idem cuncti, placuitque tunc ſententiam ac conſilium *Philippi Melanchthonis* exquirere. Ad quem literae publicae datae fuerunt. Is cum aliorum quoque iudicia exploraſſet, ſuum plane et perſpicue explicuit ſcripto ad Academiam, cum aliorum etiam literis miſſo [u]). Cuius ſcripti ſummam ſi demonſtraſſem, neque ab inſtituta hoc narratione abhorrens viſum iri, neque cognitionem infructuoſam habiturum eſſe duxi. Affimatur autem illo tanquam minime dubium: „*Eccleſiam Dei habentem ſcholas et conuentus ſeu collegia docentium et diſcentium, poſſe et debere teſtimonia dare auditoribus. Teſtari id conſuetudinem literarum publicarum, quas Formatas vocarent, et aliquas Synodos decreuiſſe, ne ſine his reciperentur vlli ſacerdotes. Deum autem ipſum velle frequentioribus Eccleſiis adiunctas eſſe ſcholas literarum et doctrinae, quae Eccleſiae neceſſaria eſt, ſicut fuerint olim ſcholae Alexandriae, Antiochiae, Caeſareae, vnde mitterentur huc et illuc doctores cum teſtimoniis. Quapro-*

u) Extat hoc iudicium Mel. in Conſil. lat. P. II. p. 165. ſub inſcriptione: An liceat dare gradus in ſcholis non confirmatis a Pontifice?

Quapropter poſſe nunc quoque Eccleſiam habentem 1536
adiunctam piam ſcholam dare teſtimonia, hoc eſt renunciare Doctores Theologiae. Haec, inquit, ſententia de Theologis non dubia, neque hic diſputandum eſt de priuilegiis aut iure annulorum aureorum. Nam hi cum mittantur ad Euangelii praeconium, ſcire debent ſibi crucem et aerumnas perpetiendas, non opes et voluptates quaerendas eſſe. Et promotiones tales Theologicae fuerunt Patrum, Prophetarum et Apoſtolorum temporibus, et poſtea florentibus Eccleſiis Alexandriae, Antiochiae, Caeſareae, longe antequam Romani Imperatores aut Pontifices aliquid ſanxerunt de Academiis„. De reliquis tribus ordinibus profitentium aliarum artium facultatem, reſponſio ipſius haec fere complectebatur: „*ſcire ſe quae eſſent nunc opiniones vſitatae, nec eſſe eum, qui cuperet mutari praeſentes politias, nec cum iis, qui iſtam politiae formam defenderent, rixari velle. Conſuetudinem eſſe annorum fortaſſe trecentorum, confirmari ſtatum ſcholarum publicarum autoritate pontificia et imperatoria, et ferri priuilegia. Fauere ſe moribus honeſtis, ſed arbitrari, ne Pariſienſem quidem Academiam initio Pontificum Imperatorumque Romanorum decretis fundatam eſſe, et quaeri poſſe hac in parte et de Bononienſi et de Piſana. Atque ſe eſſe ea in ſententia et ita ſtatuere: Vnamquamque Rempub. et eum, penes quem ſumma rerum eſt, poſſe conſtituere collegium docentium et diſcentium vtilia ac bona. Immo hoc facere eos debere, quorum fortunae et opes magnae ſunt. Et hoc,* inquit, *collegium optimo iure poteſt dare teſtimonium auditoribus. Neque ſunt gradus dignitatis ſcholaſticae aliud, niſi iſta teſtimonia. Quodſi forte diſputetur de lege generali, eam iam ait latam eſſe: Vt approbati a ſuis collegiis exerceant artes. Quemadmodum Imperatoris Valentiniani pulcerrima lex teſtetur, codice*

 de

1536 *de Profeſſoribus. Sed ex Iuriſconſſ. et Medicis fortaſſe hac communi collegii autoritate contenti eſſe aliqui non volent. Neque ego cum his rixari*, inquit, *velim: In Philoſophicis tamen caeteris ſtudiis conſeruari poſſent gradus decernendis titulis, ſi tamen adeſſent omnium artium profeſſores et Magiſtri. Ridiculum enim fortaſſe ſit, ibi creare Magiſtros artium liberalium, vbi ne tradantur quidem praecipuae artes. Certe ſcholam Atticam conſtat dediſſe teſtimonia diu quoque, ante quam ab Imperatoribus ſanciendo hoc confirmaretur*„. His ingenue et libere, more ſuo, addidit: „*Cauſſam quoque conſiderari oportere, qua de cauſſa iam tales confirmationes denegentur. Non velle enim aliquos propagari veram atque puram Euangelii Chriſti Ieſu doctrinam, quae neceſſaria ſit Eccleſiae, et ideo certis perſonis et congregationibus illos eſſe inimicos. Qui iſtam tamen doctrinam amplexi ſunt, Principes viri et ciuitates, facere debent officium ſuum et conſtituere collegia honeſta docentium diſcentiumque bonas literas et artes. Poſſe autem collegia teſtimonia dare, iam oſtenſum eſt, et dari ipſa par eſt, vel vt eruditi et docti emineant, vel ne imperiti per audaciam aliis imponant, et ita cum adoleſcentia perperam inſtituendo corrumpatur, tum dogmata falſa ſerantur, et tam Eccleſiae quam Reipubl. quies et tranquillitas turbetur. Cum Iulianus*, inquit, *edicto prohiberet admitti Chriſtianorum liberos in ſcholas publicas, Chriſtiani proprias ſcholas et peculiares diſcentium coetus habere inſtituerunt. Nec eſt dicendum, non licuiſſe tunc Chriſtianis dare teſtimonia auditoribus ſuis. Immo creſcentibus tunc ſcholis et ſtudiis Chriſtianorum plures homines doctrinam Euangelii admiſerunt inuitati honeſtis ſtudiis et diſciplina Chriſtianorum. Eſtque credibile libentius miſiſſe multos in ſcholas Chriſtianorum liberos ſuos, vbi eſſe mores honeſtiores et integriorem*

vitam

vitam cernerent,,. Haec fere ſunt, quae *Philippus* 1536
Melanchthon a Tubingenſibus conſultus tunc reſpondit. Sed res iſta quadam veluti Iuris via expedita fuit, vt *Cancellario*, qui, ad praeſtandum officium et fungendum munere ſuo legitime requiſitus, in defugiendo et recuſando perſeueraret, alius autoritate ordinaria ſufficeretur, ne diutius huius quaſi principatus curatione Academia deſtitueretur.

§. LI.

Conuentus Smalcaldenſis, in eo grauis morbus Lutheri.

Annus Chriſti MDXXXVII. deliberationes de 1537
Synodo renouauit et attulit curas maximas *Philippo*. Placuerat enim Principibus conuenire ad audiendum Legatum Imperatoris *Caroli*, qui dicebatur habere mandata de Synodo potiſſimum, in oppido ſito in finibus Duringiae et Haſſiae, quam *Chalcidem* et *Vulcaniam* †) *Philippus* ſolebat appellare, propter crebras officinas aeris et ferri. Euocati ſunt aliunde quoque Theologi et adducti Vuittenberga *Martinus Lutherus* et *Philippus Melanchthon*. Graues cauſae perhibebantur fuiſſe, vt Theologi conuocarentur. Nam et de doctrinae capitibus accuratius ſententias conferri, et manifeſtius conſentiri tandem oportere exiſtimabatur. Decerni etiam et ſtatui debere, ſi res ad Synodi cognitionem deduceretur, quae capita doctrinae Eccleſiaſticae ita retinenda defendendaque eſſent, vt aſſertio illorum omnibus rebus humanis, tranquillitatique Reipublicae et fortunis

†) Hoc oppidum Philippo minime arridebat. Libro V. Epp. p. 6. ſcribit Ionae: In his Vulcaniis nulla habemus commoda hoſpitia, non vina, niſi Franca ſulphurea, non quidquam, quo θαλπειν poſſimus τας νοσαντας. In his Vulcaniis non ſolum fumi, ſed etiam fuci plena ſunt omnia.

1537 tunis ac vitae in terris praeponeretur. Itemque ſi vera ratione et via in Synodo procederetur, quid ad inſtaurandam in Eccleſia concordiam, et pacis communis cauſa, Pontifici Romano et Eccleſiaſticae potentiae videretur eſſe concedendum. Saepe autem boni et quibus cordi erat religio, et amantes patriae, queſti haud obſcure fuerant: tantas illas res, non tam ſolicite et diligenter agi, quam magnitudo earum poſtularet. Sed iſta tunc conſilio optimo et maxime laudabili ſuſcepta, partim inter agendum adhaeſerunt, partim admodum lentas habuerunt progreſſiones. Neque enim Pontifici de Synodo quicquam concedere, neque de doctrina exquiſite diſſerere conſultum plurimis viſum. Et non parum impeditae tractationes illae fuerunt graui periculoſoque morbo w) *Lutheri*, de cuius vita cum paene deſperaretur, improbantibus et aduerſantibus pleriſque omnibus, iuſſit ſe illinc auehi *Lutherus*. Quod Clariſſimus vir *Georgius Sturciades* Erphordia accerſitus, vt ipſe mihi poſtea narrauit, cum non omnino improbaret, ſe illi itineris comitem adiunxit. Et nocte, quae diſceſſus diem eſt ſecuta, melius habere *Lutherus* coepit. Itaque illo conuentu neque accurate de doctrina diſputatum eſt, et Legato Imperatoris reſponſum datum, quo talis Synodus tali ratione indicta recuſabatur. Iuſſi autem Theologi ſunt aliquid componere de Pontificis Romani poteſtate. Quod a *Philippo* perſcriptum fuit x). Simul etiam

w) De hoc morbo et tunc a Luthero habitis ſermonibus quaedam commentatus ſum in b. Riedereri Abhandl. aus der Kirchen - Bücher - und Gelehrtengeſchichte p. 411 ſqq.

x) L. V. Epp. p. 5. Iuſſi ſumus aliquid componere contra poteſtatem ῥωμαικ ἀρχιερέως. Id ſcripſi paulo, quam ſoleo, aſperius. De hoc et aliis ſcriptis Smalcaldi-

etiam recognoſci placuit capita Auguſtanae Confeſ- 1537
ſionis et explorari de illis ſententias omnium et audiri: Num quis quid requireret, aut aliquid improbans diſſentiret. Cum praeclara eſſet conſenſio de vniuerſis, ita ille eſt conuentus ſolutus. Petitum tunc fuit a ſenatu vrbis Auguſtae, vt *Philippus* ad ſe accederet y), ſed hoc multis grauibusque de cauſis eſt denegatum.

§. LII.

Calumniis maleuolorum vexatus Melanchthon. Sadoleti epiſtola ad eundem.

Dum autem bellis occupantur Reges, interea a conſultationibus Synodicis z) nonnihil ocii fuit, *Philippum* vero calumniarum et obtrectationum im-

caldicis legi poteſt M. I. C. Bertrami Geſchichte des ſymbol. Anhangs der Schmalkald. Artickel, Altd. 1770. 8. Subſcripſit tunc Melanchthon articulis hac conditione: „Ego P. M. ſupra poſitos Articulos approbo vt pios et chriſtianos. De Pontifice autem ſtatuo, ſi Euangelium admitteret, poſſe ei propter pacem et communem tranquillitatem Chriſtianorum, qui iam ſub ipſo ſunt, et in poſterum ſub ipſo erunt, ſuperioritatem in Epiſcopos, quam alioqui habet iure humano, etiam a nobis permitti,,. Singularis de hac ſubſcriptione extat commentatio C. A. Heumanni im Heſſiſch. Hebopfer XVII. Stück, p. 624 ſqq.

y) L. IV. p. 70. Mitto tibi literas Auguſtanas, quas heri mihi dedit Bucerus. Auguſtanam cauſam multi metuunt, fore claſſicum publici motus. Senatus petiuit a Canonicis, vt dent iuramentum, quale caeteri ciues dare ſolent, aut cedant ex vrbe. Illi maluerunt cedere et nunc minantur et moliuntur. ἔσχατα κακῶν (extrema damna). cf. L. II. Epp. p. 436. Tom. Lugd. p. 443 et Beyſchlagii Syllog. Opuſc. T. I. p. 566.

z) Confer. inter Documenta N. X. Melanchthonis epiſtolam ad Ioach. Camerarium de Conuentu Smalcaldico.

1537 probitas non deſinebat exagitare. Qua etiam Principis contra eum indignationem paene commotam fuiſſe accepimus, inſtigantibus eum quibusdam et indoctis et leuibus hominibus *), quibus ſemper patuerunt magis fores et aures potentum quam grauibus et bene inſtitutis. Quod et antiquitas animaduertit ita ſe habere, quae veteribus heroibus Ioue genitis Libero et Herculi, in numerum etiam ſuperſtitione ſua relatis Deorum, adiunxit comitatum ridiculum, Silenorum et Satyrorum Dionyſiacam turbam, et Cercopum ſodalitatem Herculanam. Neque quicquam reprehenſioni in *Philippo* aut culpae expoſitum erat, quam fuga altercationum et rixarum, ſtudiumque et cura tranquillitatis et quietis. Qui niſi de neceſſariis non putaret contendendum, poſſe autem arbitraretur conniueri ad nonnulla, multa ferri debere. Cum interea non ceſſaret operam dare et anniti, vt doctrina eſſet perſpicua, et ambigua explicarentur, et confuſa diſponerentur, et mirabilia quaedam ad communem intelligentiam proprietate expoſitionis ſimplicis ac planae reuocarentur. Id quibus diſplicebat, ii modo hoc, modo illud, quod notarent, arripere et inuidioſe deferre ad alios, vt ſaepe *Philippus*, priuſquam animaduertiſſet, odio oneraretur, et interdum vocaretur in periculum quoque. Inter alia et hoc crimen ſuſtinendum ei fuit, quod literae ad ipſum ex Italia mitterentur ab iis, quos cauſae eſſe inimicos conſtaret. Quod ſuſpicioſum eſſe iſti volebant, et cauſam afferre dubitandi de voluntate et fide *Philippi* a). Miſerat

*) Iacobo (*Schenck*) quem Lutherus Iacobellum nominare ſolitus eſt, cognomento Pincernae, et Io. Agricola Islebio, *Ieckel und Grickel.*] vid. Epp. Mel. Tom. Lugd. p. 446-448. et Seckendorfii germ. Hiſt. Lutheraniſmi p. 1611. 1612.

a) Inter quos praecipue Oſiander. Conf. L. IV. Epp. Mel. p. 38.

ſerat autem paulo ante literas ei *Iacobus Sadoletus*, 1537
cui poſt *Petrum Bembum* tribuebatur ſapientiae et eruditionis laus praecipua. Haec epiſtola ſcripta eleganter et forma ſermonis latini exquiſita, a *Philippo* oſtendebatur omnibus [b]), tantum aberat, vt occulte aliquid et aſtute ab ipſo fieret. Atque cogitabat reſpondere diligenter et accurate, et eadem, vt dicitur, menſura aliquid illi viciſſim emetiri. Sed occupatus negotiis et curis oppreſſus infinitis facere hoc intermiſit [c]). Atque haud ſcio an etiam penitus omiſerit. Verum criminationes illae accuſatorum et futilitate et manifeſta prauitate, facile euanuerunt, adeo vt qui illas admiſerant, eos mox puderet procliuitatis iſtius *). Epiſtolae Iacobi Sadoleti,

b) Non niſi fidis amicis. L. IV. Epp. Mel. p. 32. Mitto tibi exemplum epiſtolae Sadoleti, quam nuper adeo ad me miſit, quam non oſtendes, niſi fidis amicis. Nam ſpargi in vulgus nolo. Eſt venuſtiſſime ſcripta et cautiſſime.

c) L. IV. Epp. Mel. p. 49. Ex Italia ſcribunt mihi, meo ſilentio valde offenſum eſſe Sadoletum, id quidem ſatis βασιλικον eſt. Credo putauit, me accepta epiſtola velut inſpecta Aegide aut Meduſae capite mox attonitum abiecturum vniuerſam profeſſionem doctrinae noſtrae. Sed reſpondebo ei, non ex illa noſtra arte tantum, ſed etiam ingenue„. Iisdem fere verbis Mel. ad Camer. p. 297.

*) Sadoleto quoque haec epiſtola ad Melanchthonem miſſa multam conflauit inuidiam. Teſtantur id literae Sadoleti ad Frid. Nauſeam, ex quibus haec apponere placet: Ad Melanchthonem ſcripſi bono, vt mihi viſus ſum, conſilio: ſancto quidem et pio certe. Neque enim aliud quaeſiui, niſi conciliare eius viri beneuolentiam. Quod ſi ex ſententia mihi ſucceſſiſſet, crede mihi, aliquo praeclaro munere Chriſtianam remp. affeciſſemus. Cur autem eae literae tantopere reprehendantur, cauſa certe non eſt. Nihil enim eſt in illis, niſi priuata familiaritate

1537 leti, cuius mentio facta eſt, putaui hoc loco exemplum inſerendum, quod et verbis eleganter et ſententiis praeclare eſſe illa ſcripta mihi videretur. Atque iſto ſtudui quaſi emblemate noſtram narrationem reddi ſpectatiorem, cum aliis aliorum ſcriptis, quibus plenior et ornatior fieri haec potuiſſet, certo conſilio variandam eam eſſe non duxerim. Epiſtolae autem iſti inſcriptae [d]) nominatim *Philippo Melanchthoni* aſcripta erant haec: „*Amantiſſimus tui Iacobus Sadoletus Cardinalis Carpentoractenſis. Carpentoracti cum eſſem, quo in loco ſtatutum habere me credens domicilium perpetuum vitae fortunarumque mearum omnium, repente tamen inde decedere, et Romam redire iuſſu Pontificis Maximi ſum coactus. Sed cum ibi eſſem, accidebat mihi ferme quotidie, vt aliquid nanciſcerer de ſcriptis tuis, quae ego et propter excellens ingenium tuum, et propter ele-*

ritate perſcriptum fortaſſe aliquanto humilius, quam noſtra dignitas ferat. Sed ego inter homines grauitatem meam conſeruo, in cauſa Dei depono. Siquidem et Dauid ante aram Dei pietatis memor fuit, non dignitatis. Nam quod ego ad Lutheranos deſciſcam, quis ſuſpicari ex illa epiſtola poteſt? cum teſtificer in ea, me opinionibus ab eo diſſentire. Amo ingenium Melanchthonis, doctrinam laudo: ſententias certe non probo. Ex quo mirum valde mihi accidit id quod tu ſcribis, videri me iis literis et ſummum virum Symonettam et totum Cardinalium collegium quaſi perſtringere. Ego Collegis meis omnem meum vbique honorem defero, et in Catholica veritate conſtantiſſimus ſum, eroque quoad viuam: potiusque de vita quam ſententia decedam. Vid. Epiſtolarum miſcellanearum ad Frid. Nauſeam L. X. Baſil. 1550. fol. p. 216.

d) Inſcriptio eiusmodi erat: Dilectiſſimo tanquam fratri, Ph. Melanchthoni ſacrarum litterarum Profeſſori.

elegantiam ſtili atque orationis libentiſſime legere ſo- 1537 *lebam. Id cum ſaepius facerem magnaque in legendo delectatione afficerer, ſenſi paulatim mihi incendi animum ad quandam beneuolentiam nominis tui, vſque eo quidem, vt miro quodam ſtudio tecum ineundae amicitiae tenerer. Etſi enim nonnulla erat inter nos opinionum diſſenſio, ea tamen animorum diſſidium apud ingenue eruditos minime faciebat. Iamque erat mihi deliberatum ſcribere ad te, primasque aperire amicitiae fores, cum ſubito, vt dicere coeperam, ad vrbem accerſitus, et per cauſam appropinquantis concilii earumque rerum tractandarum et conſultandarum, quas mox in concilio agi oporteret, e mea Eccleſia, vbi decennio manſeram, euocatus, Pontificis huius optimi et prudentiſſimi iudicio tacito, inſcius atque imprudens in ampliſſimum ordinem S. R. E. Cardinalium cooptatus ſum. Haec res effecit, vt meae voluntati in dandis ad te literis obſequerer tardius. Non enim dici poteſt, vt ex illa priſtina, pacata atque felice vita, in hanc tumultuoſam et plenam ſtrepitus traductus ſum, quae ſolicitudines, quam multae et graues curae, eaedemque permoleſtae me exceperint. Quod quidem mihi neceſſe fuit accidere. Hanc enim ego vitam et prius iudicio fugeram et alteram illam item iudicio fueram perſecutus. Quarum nunc vtraque cum mihi contra animi ſententiam ceciderit, nec laetari poſſum habere me quod noluiſſem, et neceſſario doleo amiſiſſe quod diligebam. Sed quoniam Deo parendum eſt de nobis ſic ſtatuenti, dabimus nos operam, quantum per eius auxilium opemque licebit, vt honorem hunc recte integreque adminiſtremus. Quod autem noſtrae inſtitutae eſt ſcriptionis, non eſt paſſus meus, mi Philippe, in te animus, diutius hoc a me officium differri, quin vt primum e turba et moleſtiis animus emergere coeperat, literas ad te darem, et pignus meae propenſae*

in

1537 *in te voluntatis et inuitamentum in me tuae. Si id quod ego in te amando meae exiſtimationi de tuis eximiis virtutibus tribuo, tu humanitati tuae, vt me pari beneuolentia complectaris, eſſe dandum duxeris. Quod quidem te rogo vti facias, neque me ſitientem familiaritatis tuae deſeras. Non enim ego is ſum, qui vt quiſque a nobis opinione diſſentit, ſtatim eum odio habeam. Arrogantis eſt hoc et elati animi, non manſueti et comis, quas me potius ad partes natura mea vocat. Sed fauco ingeniis, virtutes hominum colo, ſtudia literarum diligo. In quibus tu vt doctrinae et ingenii, ſic amoris mei non mediocres partes poſſides. Nec dubito quin tu eadem mente et voluntate ſis praeditus. Iſto enim animo, qui tam liberaliter artibus ingenuis expolitus ſit, nihil agreſte neque aſperum ineſſe poteſt. Quo etiam maiorem mihi ſpem virtus tua facit, meas hoc apud te ponderis literas habituras, vt qui locorum ſpaciis disiuncti ſumus, animis tamen et beneuolentia coniungamur. Quod ego maxime aueo expetoque, tibique prorſus perſuaſum cupio, in numero eorum, qui te diligunt et florentem cupiunt, quorum magna eſt profecto, pro tui nominis celebritate, multitudo, me principem locum appetere, nihilque vehementius cupere, quam dari mihi locum probandi tibi re ipſa et declarandi amoris erga te mei. In quo tu ſi anſam mihi aliquam occaſionemue meae explendae huiusce cupiditatis praebueris, magno me abs te beneficio affectum arbitrabor. Omnia quidem quae tibi grata eſſe ſenſero, tanto ſtudio ac diligentia exequar, vt nec fide quiſquam exequi maiore nec beneuolentia poſſit. Sicut et mea natura officii inprimis colens, et ſuſceptus iam erga te amor, et perpetuum meum erga doctos viros ſtudium poſtulat. Vale mi Doctiſſime Melanchthon, et nos tui amantiſſimos dilige.*

ſt. *Romae decimo quinto Calendarum Iulii*, 1537
MDXXXVII *e*)„. Vixit *Sadoletus* annis totis LXX, poſt hanc miſſam epiſtolam decem. Fuerat autem is, qui vna cum *Petro Bembo* primus conſiderauerat attentius et accuratius vſurparat non modo elegantis et ſpecioſae, ſed diſertae atque dilucidae et illuſtris orationis rationem et compoſitionem. Quae non ſolum cuiuſque linguae propriis et ſignificantibus verbis apta, ſed ſententiis quoque non vulgaribus neque leuibus concinna eſſe debet, ſimul vt prudenter cogitata, quae exponuntur, ſimul vt eorum, qui audiunt aut legunt, intelligentiae, et ad penetrandum in animos ipſorum operam datam, eſſe appareat. Ad quae cum ſingulorum verborum electio, tum iunctorum comprehenſio requiritur talis, vt et conceptorum animo quaſi membra eloquendo diſtinguantur, et totum veluti corpus illorum conueniente ambitu exprimatur. Atque hoc ſtudio multorum paſſim animi ad imitationem et ſimiles conatus excitati inuitatique et bonarum literarum atque artium exercitationes frequentari magna aſſiduitate coeptae ſunt. Cumque et *Philippo Melanchthone* idem probaretur, et eſſe praeclara res iſta percolendaque modis omnibus videretur, eſſetque ipſe minime duro aut ruſtico agreſtique ingenio, ab eruditis et doctis et humanitate praeditis beneuolentia et fauore eum eſſe comprehenſum, non eſt mirandum, cum momenti plurimum ad amicitias coniugandas afferre nemo fere ignoret voluntatum ſtudiorumque ſimilitudinem. Sed a ſuſpicionum prauitate tuta eſſe, calumniarumque morſus vitare integritas atque innocentia nunquam potuit. Vt tunc acciderit *Philippo Melan-*

e) Extat quoque haec epiſtola L. III. Epp. Melanchthon. p. 86. et in Manliana collectione Epp. Mel. p. 413.

1537 *Melanchthoni*, quod antea aliis, quos arrodere non dubitauit odii inuidiaeque maleuolentia atque improbitas, et poſthac quoque bonis et quietis placidisque hominibus idem periculum eademque eſt fortuna ſubeunda. De quo ſatis vel nimio etiam plus, quam argumentum poſtularet, non alieno tamen, vt opinor, loco, neque intempeſtiue cum diſputatum ſit, redeamus ad rem.

§. LIII.

Cometa conſpectus. In Britanniam e Saxonia quidam profecti et Melanchthon eodem vt veniret inuitatus. Pontificii ipſi de emendando ſtatu ſuo ſolliciti ſunt. Principum quorundam conuentus Brunſuicenſis. Antinomorum dogmata a Luthero confutata.

Inter illa igitur quae commemorauimus, et de iſtis literis, cum alii rumores diſſipati fuerunt, tum fama ſparſa non bene cum ſuis *Philippo* conuenire, Principesque quidam *) pertrahere eum in ſuas Academias ſtudioſe conati ſunt. Sed ipſe a propoſito publicae vtilitati conſulendi et ſeruiendi aliorum non ſuis commodis ſeſe nihil omnium deducere paſſus eſt. Conſpectus eſt et hoc anno cometes in plaga aquilonari, de quo eruditas epiſtolas *Philippus* ad amicos, quos ſciebat ſtudio philoſophico delectari, miſit. Eodem anno [menſe Iunio] in Britanniam quidam Saxonici **) profecti fuerunt, qui de capitibus

*) Wirtenbergicus Vlricus, et Elector Ioachimus Brandenb.

**) Franciſcus, Vinarienſis Vicecancellarius, et Frid. Myconius, Paſtor Gothanus.] L. IV. Epp. p. 66. Franciſcus et Myconius ſcribunt ex Anglia, Regem polliceri omne ſtudium ſuum ad emendationem Eccleſiarum. Ipſi iam de dogmatibus diſputant cum quibusdam Epiſcopis iſtic, vt de doctrina conueniat. Et ſunt multi docti viri in Anglia, qui

tibus doctrinae Eccleſiaſticae exponerent doctis Britanniae ſententiam ſuam, et alias etiam fortaſſe res agerent. Cumque diſputationes eſſent initio commodae, poſtea digreſſis Saxonicis, contraria decreta propoſita ſunt, cum tamen duceret Rex deſponſam ſibi ſororem Ducis Cliuenſis, quam paulo poſt repudiauit. Ferebatur autem rurſum expeti aduentus *Philippi* a Britannis, et ſignificabant quidam, nulla alia re ad moderationem et aequitatem flecti poſſe animum Regis, niſi ſi legatio mitteretur, quae non mediocrem haberet ſplendorem, et *Philippus* vna adueniret. Sed iſta in vnum aut alterum annum excurrerunt, quibus commota negotia diuerſa tam ſacra quam prophana exagitarunt vehementer *Philippum Melanchthonem*. Romanenſes neſcio quid *), quaſi emendationis et correctionis vitiorum in ſtatu ſuo meditarentur, conſcribere. Quod etſi nequaquam diuulgari placuerat, et in manus tamen mul- 1537

qui Euangelii doctrinam propagari cupiunt, et nonnulli publice optime docent, qui noſtros iam adiuuant in hoc congreſſu. Menſe Sept. redierunt, de quorum reditu Mel. l. c. p. 74. Vito Theodoro haec nunciat: Legati noſtri Anglici redierunt. Adferunt ſpes bonas de emendandis Eccleſiis. Peregrinationes ſuperſtitioſae ibi ſublatae ſunt. Thomae Cantuarienſis monumentum ibi dirutum. Mariae παραθαλασσιας ειδωλον et pleraque alia euerſa ſunt.

*) Sine dubio hic notatur Conſilium delectorum Cardinalium et aliorum Praelatorum de emendanda Eccleſia, cum epiſtola Ioannis Sturmii de eadem re ad Cardinales ceteroſque viros ad eam conſultationem delectos. Argent. 1538. 4. Qui liber ſaepius repetitus typis prodiit. Inprimis legi merentur Cel. Schelhornii de Conſilio de emendanda Eccleſia epiſtolae ad Card. Quirinum, Tiguri, 1548. 4. et Dan. Gerdeſii Specimen Italiae reformatae p. 49 ſqq.

1537 multorum peruenit, et ſermonibus ſcriptisque atque adeo picturarum contumeliis eſt vexatum: Cum et notarentur in illo ſcripto ea, quae manifeſtam haberent turpitudinem, (vt non tam, ſi remouerentur, laus ſperanda, quam, eſſe tam longo tempore lata impune atque licenter vſurpata, nefarii ſceleris crimen ſuſtinendum videretur,) et nugatoria quaedam inculcarentur, quale erat de quodam ſcholaſtico libello *Eraſmi Roterodami* excutiendo de puerorum manibus *f*). Principum autem quorundam *) conuentus de Republica agebatur in vrbe Saxonica *Brunoſuiga*, in quo non temere a nonnullis metuebatur, ne quorundam priuatis cupiditatibus et emolumentis praetenderetur publicarum commoditatum et vtilitatum reſpectus. In Gallia autem animaduerſionum ſaeuitia non deſinebat corripere eos, qui vel transuerſum, vt dicitur, vnguem a priſtinis qualibuscunque obſeruationibus diſcedere, et in doctrinam Eccleſiae quamuis optimo et pietatis religioſae cupidiſſ. animo inquirere auderent. *Carolus* etiam Imperator et Gallorum Rex *Franciſcus* pacificatoriam perſonam agente Papa *Paulo*, plane in gratiam ſecum rediiſſe credebantur. Neque ceſſabat Pontifex Romanus Synodicum congreſſum indicendo vrgere. Iam et belli Turcici ſparſa fama, plurimorum animis timorem iniecerat. In Saxonia **) autem et cauſae

f) Mel. in Epp. ad Camer. p. 298. Edita eſt ridicula deliberatio Cardinalium de emendandis abuſibus, in qua prohibent in ſcholis proponi pueris colloquia Eraſmi, et ad hanc deliberationem ſunt adhibiti illi heroes Sadoletus et Aleander.

*) Elect. Io. Friderici, Philippi Landgrauii et Regis Dan. Chriſtiani.

**) Videtur notare Ducis Henrici Brunſuicenſis et Cardinalis Moguntini, qui idem erat Magdeb. Archiepi-

cauſae dabantur indies nouae pernicioſarum turba- 1537
rum, et odia vetera aliqui non patiebantur ſedari, qui iidem quietis et otii inimici haud ſcio quo conſilio quaue ſententia atque ſpe, armis decertando quam diſceptando verbis dirimi controuerſias malebant. Inter quae doctrinae Eccleſiaſticae labes quoque inferri coepit, quorundam vel curioſis vel ambitioſis diſputationibus, qui in illa praeceptiones et iuſſa legum proponi atque explicari, non ſolum non neceſſarium, ſed plane ſuperuacaneum atque alienum eſſe contenderent g). Suſpicabantur nonnulli, in *Philippum Melanchthonem* iſta potiſſimum ſtrui et intorqueri. Sed eadem vt veritatem coeleſtis doctrinae conuellentia, *Martinus Lutherus* et oratione et ſcriptis reprehendendo vehementiſſime oppugnauit, et grauiſſime confutauit, et autores eo adegit, vt incepti valde eos poeniteret, vtque errorem confitendo, ipſi priorem ſententiam ſuam ſine diſſimulatione improbarent. Quo tempore, vt aliis omnibus, non tam priuatim aduerſando refragandoue vlli, quam publice vera ac recta atque certa aſſerendo, et facere officium ſuum *Philippus Melanchthon*, neque de curriculo ſuo vſpiam deflectere.

§. LIIII.

Epigrammatibus quibusdam a Sim. Lemnio editis creata Melanchthoni moleſtia. Camerarius Wittenbergam proficiſcitur. Matth. Irenaei miſerabile fatum.

Anno autem Ieſu Chriſti MDXXXVIII. quo gu- 1538
bernatio Academiae, ſemeſtri aeſtiuo, vt mos conſuetu-

chiepiſcopus, altercationes et concertationes cum Schmalcaldici foederis Principibus.

g) Intelligitur Io. Agricola, autor Antinomiſtarum. L. IV. Epp. p. 37. Agricola renouat ſuam diſputationem

1538 ſuetudoque fert, commiſſa fuit *Philippo*, quidam *) libellum edidit Vuittenbergae epigrammatum. In quibus quod putarentur eſſe, quibus fama aliquorum laederetur, irritati praecipui quidam cenſuerunt autorem

nem et cumulat ἄτοπα, negat in N. T. vllam legem docendam eſſe. In Epp. ad Camer. p. 291. Mitto eruditam concionem και διδασκαλικην Lutheri, quam eo habuit, vt refutaret τας κενοφωνιας cuiusdam, qui negat in eccleſia decalogum docendum eſſe. Ego plecterer, ſi hanc concionem ſcripſiſſem, adeo ſunt inſulſa iudicia populi.

*) Simon Lemnius.] Confer. b. Riedereri Nachrichten zur Kirchen- vnd Gelehrtengeſchichte IV. Band, vbi a p. 344 - 361. de fatis et ſcriptis Lemnii more ſuo egregie agit. Ego vero hic loca quaedam ex epp. Mel. a Riederero aliisque omiſſa et ad pleniorem huius turbae cognitionem plurimum facientia colligam, ex quibus omnibus patebit Philippum hac in re ab omni culpa vacuum fuiſſe. In Epp. ad Camer. p. 306. Hic nobis nouos tumultus excitauit poema Lemnii, monſtroſi hominis, cuius ingenium nunquam amaui, ſed propter paupertatem eum aliquando adiuui. Nunc reddit malam gratiam, longa eſt fabula et indigna litteris. ib. p. 307. Niſi fuiſſem hac aeſtate in magiſtratu, plane diſceſſiſſem. — — Ego patientia mea aliorum iracundiam vtcunque placaſſe videor. Cauſa nulla fuit, niſi quod euaſerat Lemnius, qui quidem in me inprimis fuit maledicus, cum multis meis officiis vſus ſit. Aula ſuſpicatur a quodam meo propinquo adiutum eſſe, qui ſe purgat mihi, ſed illis non ſatisfacit. Id quod belliſſimum eſt in Lemnianis epigrammatis de Iunone Argiua, forte ante annum ei monſtraui in Pauſania. Scis enim me talibus allegoriis delectari. ib. p. 310. Contra Lemnium volo te quoque Elegiam componere, quae non conuicia, ſed honeſtam et grauem obiurgationem contineat, quaeſo vt ea in re nobis gratificeris. Tom. Lugd. Epp. Mel. p. 454. Vidiſſe te opinor nouam editionem Epi-

torem comprehendendum. Sed is fuga ſalutem 1538
quaeſiuit. Tunc igitur rurſum facti inuidia in *Philippum* detorqueri. Aliqui ab ipſo admonitum, aliqui ope neceſſariorum *) *Philippi* adiutum euaſiſſe aiebant. Haec omnia aliis quibusdam criminibus cumulabantur, quorum erat caput, quod non arbitrio alieno certos quosdam homines [b]) odiſſet, et aſpergeret conuiciis, vel etiam a ſuis ornari pateretur. Sane illa, de quibus tumultuatum adeo fuit, epigrammata ad nullius manifeſtam contumeliam, vel certe atrocem iniuriam, incorrupte et ſimpliciter iudicantibus viſa ſunt pertinere. Et quae notabantur, ea carebant tam ſcelerum quam flagitiorum turpitudine. Autor tamen elapſus impudentiſſime mentiendo tam foeda atque impura poſtea ſcripta [i]) emiſit, vt neque priorum veniam dandam ei, et quicquid accidiſſet, id lenius, quam nefaria ipſius veſania mereretur, omnes boni ſtatuerent. Eodem hoc anno et mea cupiditate impulſus et aliis quoque de cauſſis, quae indicandae modo non ſunt, profectus ego fui Vuittenbergam, vt *Philippum Melanchthonem* potiſſimum conuenirem. Quo in itinere accidit, vt pedis malum, quod mihi iamdiu non ſolum moleſtum ſed infeſtum quoque fuiſſet, et tunc videretur ſatis bene eſſe ſitum, cum vectatione irrita-

 tum,

Epigrammatum Lemnii, quae ſunt aucta plauſtris conuiciorum. Sed cum manifeſtus furor ſit, etiamſi ſtultis praebet voluptatem, tamen nemo ſanus leget ſine ſtomacho. Optarim initio diſſimulatam fuiſſe iniuriam, nec hominem furioſum irritatum. Aliquid nunc reſpondebimus.

*) Sabini.

b) e. g. Albertum, Archiep. Moguntinum, Georgium, Sax. Ducem.

i) Scilicet tertium librum Epigrammatum, Apologiam, et Monachopornomachiam.

1538 tum, tum errore quodam curae recrudeſceret, vt metu maiorum cruciatuum, feſtinantius Vuittenberga diſcedere cogerer, quam ſtatueram ac volebam. Sum tamen paucis illis diebus, quibus ibi manſi, *Philippi Melanchthonis* et ſuauiſſima conſuetudine vſus, et ipſius variis de rebus accurata oratione cum delectatus tum inſtructus. Reuertens ad meos habui comitem *Philippo Melanchthoni* cariſſimum Iuuenem *Matthaeum Friderichum* [k]), gente Francum, patria Vurcepurgenſem, quem *Irenaeum* nos appellabamus. Atque is paulo poſt Tubingam ad nos venit, et Lipſiae deinde nobiscum familiariter eſt verſatus, cum Iuris publici et Legum cognitioni operam dandam et ciuilem prudentiam perſequendam ſtatuiſſet. Non videor vidiſſe quenquam pari aetate vel ingenio acriore illuſtrioreque praeditum, vel ſtudio flagrantiori deditum, vel in quo maior eſſet induſtria cogitandis, elaborandis, agendis iis rebus, quibus animum intendiſſet. Memoria autem ea erat, quae admirabili facilitate comprehenderet et ſumma fide retineret quiduis. Cum mentis autem tanta vi coniungebatur voluntas recta, et animus auerſans falſa fucataque omnia et vera atque ſimplicia adamans. Vt hoc erepto, non patria modo terra, ſed exterae quoque nationes non leue damnum feciſſe videantur. Mortem autem obiit Anno Chriſti Ieſu MDLI. improuiſa atque ſubita ruina Spirae (quo exercendi artificii ſui gratia ſe contulerat, quod ibi tum ſolennis conſeſſus eſſet Imperatorii iudicii) cum clamoribus quibusdam excitatus trepide ad feneſtram proiectam, quales ſunt veteres in illius vrbis aedificiis, accurriſſet, et proſpiciendo cupidius et inconſideratius, pondere ſuo antiqua tabulata quae-

k) Cum Italiam ſtudiorum cauſa peteret Irenaeus, a Melanchthone commendatus eſt Egnatio, cuius epiſtola extat Tom. Lugd. p. 37.

quaedam depreſſiſſet. Cum his enim illo praecipitato, ita grauiter afflictum caput fuit, vt ſine facultate loquendi poſt paucos dies vitam amitteret, omnium, quibus notus fuerat, incredibili dolore *l*), deplorantium et eius vicem, et factam talis amici, neceſſarii, ſodalis iacturam. Atque ita fere decurrit iſte annus. 1538

§. LV.

Melanchthonis iter ad comitia Francofurtenſia. Liber ab eo ſcriptus. Mortuo Georgio Sax. Duci ſuccedens frater Henricus eccl. rem aliter conſtituit. Seb. Munſteri mors. Camerarius Lipſiam ad docendas litteras vocatus. Melanchthonis vehemens morbus in itinere Hagenoenſi conſolationibus Lutheri et cura Sturciadae depulſus.

Sequens vero MDXXXIX. rurſum deliberationes perquam ſollicitas et valde arduas attulit de Republ. Cumque placuiſſet, vt ordines coniuncti in confeſſione ea, quae ſupra, qualis eſſet, oſtendimus, religionis conuenirent *Francofurti ad Moenum* *m*), eodem proficiſcentem Principem ſuum iuſſus eſt ſequi et *Philippus Melanchthon*, idque iter ingreſſus eſt pridie Calend. Februarii. Quod autem incertum omnino eſſet, quid de pace impetrari obtinerique poſſet, et multi timerent conatus violentiae et iniuſtae oppreſſionis, iuſſus tum fuit *Philippus*, de legitima et conceſſa neque contraria voluntati diuinae defenſione, ſcriptum componere *n*). 1539

M 3 Cuius

l) Melanchth. in Epp. ad Camer. p. 649. huius interitum dolet maxime.

m) conf. de hoc conuentu Mel. Epp. ad Camer. p. 312–317. L. II. p. 15 et 17. Tom. Lugd. p. 389.

n) Epp. ad Camer. p. 315. Hic iuſtus ſcripſi ſyluulam trium orationum: ὅτι ὅσιον ἐστιν ἀμυνεσθαι, ἢν ἐχθροὶ ὑπαρξωσιν ἀδικειν ἡμας, (i. e. quod iuſtum, vim repellere,

1539 Cuius ille in tres partes diuiſi, ſiluulam, vt ipſe appellabat, tunc inſtituit. De compoſitione ſollicitum fuit ſtudium *Philippi*. Animaduertens tamen quorundam non ſolum callida ſed fraudulenta eſſe conſilia, cum illis certare verbis deſtitit. Atque fuit tum quidem res in ſummo diſcrimine. Quo tempore in morbum inopinatum Princeps Haſſiae incidit [o]). Sed poſt longas difficilesque et odioſas contentiones, inducias et pacem fecerunt. Reuerſum domum *Philippum* curae laboresque aliae exceperunt, quod Illuſtriſſimo Principe *Georgio* Saxoniae Duce mortuo, et totius regionis gubernatione ad fratrem ipſius *Henrichum* deuoluto, de conſtituendis Eccleſiis et Academia ad *Martinum Lutherum* et *Philippum* referretur, et priorem ſtatum Dux *Henrichus* mutari quam primum cuperet. Succeſſio iſta inexpectata aliquando et prorſus inſperata [p]), a quo-

lere, ſi hoſtes nobis iniuriam inferant). Tom. Lugd. p. 390. Ego quoniam otioſus ſum, hic ſcripſi oratiunculas germanicas tres: primam, ὅτι ὅσιον ἐστι ἀμυνεσθαι. Secundum, ne contra nos arma gerant boni viri ſubditi hoſtibus noſtris. Tertiam, ὅτι δει παντας ἐυσεβεις και βοηθειν ἡμιν. Has materias volui colligere, vt paratas haberemus, ſi opus eſſet.

o) Macedo propter variolas non prodit in publicum. Sed iudicant a morbo nihil eſſe periculi. L. II. Epp. Mel. p. 18.

p) Lubenter Dux Georgius alium ditionum ſuarum et facultatum haeredem et dominum habuiſſet. Inde Melanchthon in Epp. ad Çamer. p. 318. Dux mortuus rem inauditam in Germania molitus eſt, vt excluſo fratre et ceteris haeredibus traderet ditionem alienis, ſed haec iam agentem et parantem mors anteuertit. Haec quia vera ſunt, nolui dubitanter perſcribere, et exiſtimo cum cognoſcenda tum memoria conſeruanda eſſe. Mortuus eſt intra paucos dies τῃ χολερᾳ, quam

a quodam tamen vaticinante ante multos annos 1539
praedicta fuit. Qui in *Phryſia* bellum gerentibus fratribus *Georgio* et *Henricho*, *Henrichum* vniuerſae regionum Miſnicarum ditionis futurum dominum eſſe affirmarat, non ſine indignatione *Henrichi*, quem iniquo animo illam praedictionem tuliſſe conſtat. Grauiſſimum etiam vulnus inflictum eſt eo tempore *Philippo*, cum ſe abſente et in vicinam Marchiam *) profecto, mortuus eſſet vna cum coniuge, vxoris *Philippi* ſorore **), Optimus et Clariſſimus vir *Sebaldus Munſtererus* q) Iuriſconſ. malo a

M 4 pueris

quam ego ex animi commotionibus ortam eſſe iudico. Vide quoque inter Documenta N. XI. Io. Cochlaei epiſtolam ad Frid. Nauſeam de obitu Ducis Sax. Georgii.

*) Berolinum ad Elect. Ioachimum II.] Cauſſam huius profectionis ipſe Melanchthon exponit L. IV. Epp. p. 84. Fui his diebus in Marchia a Ioachimo Electore accerſitus. Deliberatur de tollendis abuſibus Eccleſiarum, ſed nollem adhiberi in conſilium N. Ego quaedam ipſius deliberata reprehendi, ſed quid futurum ſit, exitus oſtendet. Cal. Nouemb. inchoabitur res. Abolentur priuatae liturgiae, conceditur Sacerdotibus coniugium, tollitur inuocatio Sanctorum, iubetur pura doctrina tradi, et proponitur veſtra κατηχησις. (nempe Norimbergenſis) Conceditur integri Sacramenti vſus. Tantum vna in re haerebat ὁ ἄρχων, cupiebat adhuc retinere quotidianam liturgiam vnam, a qua ſententia deduci poſſet, ſi abeſſet N.

**) Anna.

q) Mel. in Epp. ad Camer. p. 329. Duo Geuderi fratres, dum, vt ſunt puerorum cupiditates, vagantur in ſuburbio noſtro, contagium peſtilentiae inde in aedes Sebaldi referunt et ordine extincti ſunt: primum Geuderus minor, deinde ancilla, quae hunc mortuum veſtiuerat, poſtea frater Geuderus, deinde coniux D. Sebal-

1539 pueris Noricis praecipue familiae ipſi commendatis illato in aedes eius, cum incautius foris illi verſantes contagione peſtilentiae infecti domum rediiſſent. Hunc *Sebaldum*, cuius antea quoque mentio facta eſt, habui in pueritia condiſcipulum ego Lipſiae, et poſtea conſtantiſſ. et fideliſſ. amicum. In quo praeter doctrinam probitas et religioſa pietas fuit admirabilis. Et ipſa mors, quae eripuit affines, orbosque liberos horum illi curandos reliquit, et genus mortis miſerabile, ingentem dolorem attulit *Philippo Melanchth.* Inque hoc veterum etiam aerumnarum ſuſcitata memoria nouorum cruciatuum, quibus laceraretur animus eius, cauſſa fuit. Itaque tum et triſtitia et ſollicitudine et variis magnisque laboribus ſic afflictus eſt, vt de vita quoque nonnihil eſſet periculi. Conſilia de *Academia Lipſica* r) occaſionem obtulerunt *Philippo*, vt cogitationem ſuſciperet, me illuc, vbi puer diſcipulus fuiſſem opt literarum atque artium, ad docendum eas reducendi, cum ex eo tempore, quo alter alteri notus eſſe coepit, expetere conſuetudinis noſtrae vſum nunquam deſtitiſſet. Sed peſtilentia, quae hoc anno *Lipſiae* fuit, rem diſtulit. Itaque anno demum XLI. denuo accerſitus ab Illuſtriſſimo Principe *Mauricio*, qui patri *Henricho* ſucceſſerat, Lipſiam me contuli, et ita deinde propter vicinitatem iucundior velutique vberior

Sebaldi, nec Sebaldus poſt ſepultam coniugem diutius quatuor horis vixit.

r) Epiſtola ad Cummerſtadium Tom. Lugd. p. 28. luculentum perhibet teſtimonium de laudabili cura Melanchthonis, collapſam paene Acad. Lipſienſem quouis modo reſtaurandi. conf. I. G. Boehmii Orationem de Mel. in Acad. Lipſ. meritis inſignibus, Lipſ. 1760. 4. cui vero Melanchthonis Conſilium de conſtituenda Academia Lipſica, quod Pezelius Melanchthonis Conſil. lat. Parti I. p. 429 ſqq. inſeruit, ignotum fuit.

vberior fructus a nobis percipi mutuae neceſſitudi- 1539
nis r). Decretum fuerat, vt *Hagenoae* ad Rhenum conuenirent Theologi, deque controuerſis capitibus Eccleſiaſticae doctrinae placide et amanter colloquerentur. Eo proficiſcens *Philippus* quoque *Melanchthon* in grauiſſimum morbum t) incidit, remanſitque *Vinariae*, vbi clementiſſima Principis benignitate et diligentia amicorum, euocato etiam Erphordia *Georgio Sturciade* medico, quem ille diligebat et magnifaciebat, id in curando ſtudium et ea induſtria adhibita eſt, vt vita illius Dei aeterni propitio fauore conſeruaretur. Accurrit tunc ad illum *Martinus Lutherus*, et decumbenti omne officium praeſtitit, eumque iacentem in grauiſſimis perturbationibus erexit cum conſolando tum admonendo, tum etiam interdum leniter obiurgando. Morſus autem erat ille doloris *), cuius cruciatus ita eum proſtrauerat. Qui in iis ſolis, quibus culpam aliquam ſuam ineſſe credebat, ſuſtinere tenerrimae conſcientiae quamuis paruas labeculas non poſſet, cum eſſet caeteris caſibus animo patientiſſimo atque fortiſſimo. De quibus negotiis et rebus narratio copioſa alienior videri poſſet. In quibus tamen ſi quod peccatum fuit, peccatum illud vel ignorantis vel melius ſperantis *Philippi* fuiſſe certum eſt. Recuperata valetudine in Vangionas ad aliquoties iam dilatum colloquium venit.

r) Ante conuentum Hagenoenſem Philippus quoque illi, qui menſe Martio Francofurti ad Moenum inſtituebatur intererat. Acta huius conuentus vide in Epp. ad Camer. p. 344. et Melanchth. Epp. ſelect. p. 33.

t) De hoc morbo Philippi quaedam annotaui in Melanchthonianis p. 58 ſqq. Teſtamentum, quod Melanchthon hoc anno, cum mortem expectaret, compoſuit, extat P. I. Conſ. lat. p. 389.

*) concepti ex digamia Philippi Landgr.] Quaedam huc pertinentia dixi in Melanchthonianis p. 62 ſq.

§. LVI.

Incendium Tubingenſe. Colloquium Wormatienſe.

1540 Hoc anno poſt natum Chriſtum MDXL. incendium ortum *Tubingae* [u]) foedam ſtragem dedit. Ea enim ſubita vi flammarum inter procellas ventorum plures quam LXXII. domus celeriter conflagrarunt. Ac quamuis vndique accurreretur ad opem ferendam, et in reſtinguendo opera ſtrenua daretur, vix tamen ignis ſaeuitia potuit opprimi. Neque potuiſſet omnino, niſi ventus ex improuiſo ſeſe in contrariam partem ad ea, quae iam deflagrauerant, conuertiſſet. Suſpiciones erant, non fortuita negligentia illud excitatum fuiſſe, quod aliis compluribus in locis damna tunc ſimilia data a conductis pecunia, nunciarentur. Sed certo deprehenſum eſt, in quodam ſtabulo lumine relicto ſtramenta ignem concepiſſe, et inde nocte profunda in vicinas huic aedes ſatis lente quaſi procedentem ita creuiſſe, vt ſerum eſſet auxilium. Hic caſus animum *Philippi* in recordatione vitae iuuenilis Tubingae in ſtudiis actae cum omnium beneuolentia atque amore, et ipſe maximo dolore affecit. Colloquium [w]) autem illud tergiuerſantibus aduerſariis in annum XLI. eſt extractum. Affuit ibidem Legatus Romani Pontificis [x]). Hic cum oratione habita ad tempus et rem praeſentem accommodata, actiones illas eſſet exorſus, *Philippus* reſpondere ei cupiens, a *Granuelano*, qui Imperatoris Caroli loco praeſidebat, prohibitus fuit hoc facere, metuente, ne vehementius aliquid initio ille dice-

u) Conf. Melanchth. Epp. ad Camerarium p. 340.

w) Optime de eo commentatus eſt et cum largo documentorum apparatu refertam nobis dedit Hiſtoriam Colloquii Wormatienſis Io. Paul. Roederus, Norimb. 1744. 4.

x) Cuius nomen Thomas Campegius.

diceret, quod impedimento eſſet progreſſionibus, 1540
de quibus bona ſpes adhuc erat. Cumque Philippus, hoc animaduerſo, ſe moderate reſponſurum eſſe dixiſſet, poſtulauit *Granuelanus* ab eo perquam benigne, vt eo tum labore ſuperſederet. *Et ſcio*, inquit, *te poſſe tibi moderari, quando vis.* Ita breue et minus elaboratum ab altero *y*) quodam reſponſum datum, in eruditorum quorundam dicta incurrit. Etſi autem aderat *Eccius*, qui fulcire quaſi ſedem Pontificiam putabatur, et cauſſae tamen bonitas, et rerum, de quibus agebatur, veritas, et *Philippi* etiam *Melanchthonis* doctrina, facile tutata eſt partem illam, et aduerſarii tum non parum perculſi, colloquium inſtitutum non illi quidem recuſare, id quod honeſte facere non poterant, ſed clanculum impedire, et diſputationes defugere. Et modo moram quaerere congreſſibus, modo nouas conditiones ferre: tandemque eo deuenire, vt conſcripta a ſe capita poſtularent publice recitari, et omnes vt ea approbarent illisque ſubſcriberent autoritate praeſidis adduci. Non poterant his aſſentiri Saxonici. Atque ab aliis quoque compluribus ſimplex et euidens diſertaque praecipuarum controuerſiarum explicatio, praeferebatur tortuoſis et obſcura varietate implicatis iſtorum formulis. Quo offenſis nonnullis nouae artes tentatae fuerunt, et inſtitutum, vt ſinguli accerſerentur et audirentur coram iis, quibus gubernatio colloquii illius commiſſa fuerat. Eſtque actum primum cum *Henricho* Theologo Illuſtriſſ. Princip. *Friderichi* Palatini, ſene illo quidem neque eximiae doctrinae laude celebri, ſed viro opt. et in veritatis exploratae atque certae profeſſione defenſioneque

y) Cui nomen D. Iacob. Reuterus, ſcriba Moguntinus, cuius reſponſio et Legati oratio extant apud Roederum l. c. p. 82 etc.

1540 oneque acerrimo et conſtantiſſimo. Poſt hunc exiſtimabantur audituri *Alexandrum Aleſium* Theologum Illuſtriſſ. Principis *Ioachimi* Marchionis. Qui quidem et paratus erat et cupidus conflictus. Sed huic obſtitit iuſſum praeſidis, qui et *Aleſium* ad pugnam inſtructum ſciret, et talem adminiſtrationem rei vitioſam eſſe animaduerteret. Nam Saxonici cumque his coniuncti, cernentes, quaeri ſuorum diſtractionem, et concipi ab aduerſariis ſpem, fore eos ſeparatos timidiores, epiſtolam *) a *Philippo* compoſitam illis et in conſilium aduocatis miſerant. „*Ea teſtati ſe ex animo piam concordiam expetere, et bono ſtudio profiteri id doctrinae genus, in quo verſarentur, (quem iudicarent eſſe conſenſum catholicae Eccleſiae Chriſti, eumque illuſtrari et pateſieri oportere,) ſignificarunt non aliqua ſe cupiditate, non petulantia, non moroſitate, diſſidia alere, qui tanta pericula, tot aerumnas, tam dira odia ſuſtinerent: et orare ſe cum reuerentia, ſcripſere, vt ſe illi interpellari boni conſulerent, ab iis qui propter communem Eccleſiae Chriſti neceſſitatem aduenisſent. Poſt haec oſtenderunt, audire ideo differri colloquium, vt noua capita excudantur ipſis deinde proponenda, quibus cogantur aſſentiri. Et hac ratione ad concordiam rem adduci poſſe, fortaſſe aliquos arbitrari. Quos et falli certum ſit, et diſcrepare haec a* Decreto Haganoenſi. *Se adueniſſe, vt doctrinam placide conferrent cum aduerſariis, non ut acciperent leges capitum flexiloquorum et inſidioſe ſcriptorum, quibus non tollerentur ſed magis inflammarentur diſſidia. Eo*

*) Cuius exemplum Camerario ſe mittere, ſcribit Philippus p. 351. Epiſtol. ſuarum.] Duae extant epiſtolae Melanchthonis ad Granuellanum ſcriptae Wormatiae in ej. Epp. ſelect. p. 39 et 44 ſqq. Ea vero, quae a Camerario hic notatur, extat L. II. Epp. Mel. p. 11.

Eo accedere et illud, quod iniquum ſit, non audita 1540
vtraque parte ire in ſuffragia. Fortaſſe argumentis auditis atque perſpectis, ex vtraque aliquos parte mutaturos ſententias, quas adhuc retinerent. Itaque graue eſſe praeiudicium ſuffragia praeripere. Recuſaſſe ſe ſynodum Pontificiam, quod iniquum ſit, aduerſarios et hoſtes eſſe iudices. At in ſynodo minus fuiſſe periculi futurum, quam ſi iam aduerſarii velint neceſſitatem imponere aſſentiendi capitibus ſuis. Conuentum enim ſynodi habiturum plures doctos et moderatos, et externarum nationum homines, minusque indulgentes affectibus animorum ſuorum, fortaſſe et hoc tum futurum fuiſſe, vt et attente audirentur ipſi, et res erudite diſputarentur. Atque perhiberi a quibusdam ſapientibus dici, ne eſſe quidem opus diſputatione, quod illae ſint non rerum ſed verborum controuerſiae, quas proſit obruere potius quam agitando excitare, cumque res ſit eadem, horridiora quaedam verba leniri poſſe. Quo iudicio vtramque partem grauiter laedi. Si enim verborum tantum ſint diſſidia, interrogarunt illa in epiſtola Saxonici et ſocii ipſorum, cur ſuae doctrinae aſſentientes interficerentur? cur tot mortales, totasque adeo gentes deletas aliqui vellent? Perinde eſſe hoc, ac ſi Sarmata velit interficere Germanum, propterea quod lingua alia ſit. Nimis ſe graues poenas dare inſcitiae, ſi ideo plectantur, quod non ſatis facundi aduerſariis videantur. Se etiam ſceleratos habendos, ſi Eccleſiae et Reipublicae tranquillitatem turbent, non neceſſariis rixis verborum. Sane ſi quando exarſerunt ciuiles diſſenſiones, in ea quoque parte, quae iuſtam cauſſam tuetur, minus interdum moderate certari. Ideo non eſſe fortaſſe nullas in vtriusque partis diſputationibus rixas verborum. Sed eas facile poſſe tolli. Et vbicunque res conuenit, non reprehendere ſe verba, quibus et ipſi ſaepe iisdem ſine

ne

1540 *ne cauillatione vtantur, quamuis ſentiant proprietatem ſermonis in doctrina Eccleſiaſtica ſeruandam eſſe. Non igitur litem de genere ſermonis, ſed rerum magnas eſſe controuerſias: De vero Dei cultu et veneratione. De vera inuocatione. Eas non eſſe eludendas hac ſpecie, quod ſint verborum certamina. Niſi aliqui fortaſſe omnium religionum diſſidia verborum eſſe certamina putent, a qua Philoſophia Chriſtianos prorſus abhorrere deceat. Se vnam veram Religionem eſſe ſtatuere, quae certo verbo Dei tradita conſenſus ſit Catholicae Eccleſiae Chriſti, in qua regnet Filius Dei, et implorantes ſe audiat et impertiat ſalutem atque vitam aeternam. Quapropter orare ſe, ne capitum nouorum praeiudiciis onerentur, neue rebus nondum diſceptatis ſuffragia praeripiantur, ſed vt inſtituatur ſecundum decretum Haganoënſe collocutio. In ea ſe operam daturos, vt omnes honeſti viri intelligant, quod non abhorreant a moderatis conſiliis. Vere enim poſſe affirmari, ſic eſſe ſe affectos, vt morte etiam ſua piam Eccleſiae concordiam redimere cupiant. Vtrum vero aduerſarii hanc quaerant, an potius prauarum ſuperſtitionum confirmationem, iudicandum ſe relinquere bonis et veritatis amantibus. Neque fucoſas compoſitiones reſtituturas eſſe tranquillitatem. Quodſi de rebus ipſis integre planeque diſputari placeat, cur non ſecum potius agere velint, quam cum aliis? Nam ſe ſperare, ſuas explicationes piis mentibus ſatisfacturas eſſe, et omnino exiſtimare, Inuictiſſimi Imperatoris* Caroli *eam eſſe virtutem, vt veritatem patefieri, et conſuli ſaluti Reipublicae velit rationibus optimis. Ideo orare ſe, vt petitio illa ſua in bonam partem accipiatur, eamque proficiſci non ab impudentia ſed pio ſtudio iudicetur. Quodſi pergant aduerſarii praeripere ſuffragia, quale ſit futurum iudicium bonorum vbique de conuentu illo, non eſſe obſcurum. Quorum*

ſpem

ſpem et expectationem falli non debere, neque ſibi 1540
imponi neceſſitatem iuſtarum querelarum. Seque confidere futurum, vt autoritate praeſidentum interpoſita, ad veritatem patefaciendam ſtudia conuertantur, et aliquando vno pectore et vna voce omnes Eccleſiaſtici coetus Deum celebrent.„ His literis redditis ab incepto illo audiendi adoriendique ſingulos, autores ſuaſoresque eius deſtiterunt, rurſumque polliceri facultatem congreſſuum publicorum, cum prius contendiſſent, vt pauci quidam vtrinque deligerentur, et rationem quaererent, qua inueniretur aliqua controuerſiarum moderatio. A quo conſilio Saxonicorum cumque eis coniunctorum quibusdam non abhorrentibus, vel quia timore quodam afficiebantur, vel quia praeſidi obſequendum eſſe ſtatuebant, *Philippus*, qui publicae quietis gratia nihil non, quod recta conſcientia poſſet, faciendum tolerandumque duceret, quid periculi tamen illa in re eſſet, libere demonſtrauit. Seque exiſtimare oſtendit, ideo proponi anguſtius illud colloquium, vt dubiae aliquae et fucoſae confirmationes ſententiarum inueniantur. Cumque iam eum talium actionum magnopere eſſet pertaeſum, et ludibriis aduerſariorum prouocaretur, vehementius tum etiam locutus eſt. Negauitque ſe talium actionum participem, multo minus adminiſtrum eſſe velle: Non dicere ſententiam, non ſcribere quicquam in hoc genere, non etiam ſi quid conſtitueretur approbare. Non, ſi exercitus hoſtium, qui ad portas eſſet, metu terreretur z). Doctrinam neceſſariam in Eccleſia illuſtrem

z) L. IV. Epp. Mel. p. 96. Videbamus hoc agi, vt fucoſis conciliationibus inuoluerentur res bonae, quas in Eccleſia extare neceſſe eſt. Ideo plerique omnes abhorruerunt ab illo anguſtiore colloquio. Ego, etiamſi Hiſpanici et Gallici exercitus ad portam eſſent, nec ſcribam nec approbabo flexiloquos articulos.

1541 ſtrem et claram eſſe debere, eius luci vt caligo praeſtigiarum offundatur, ſe autorem adiutoremque nunquam futurum. Ita ad congreſſum publicae diſputationis res eſt reducta. Ibique tum rurſum poſtulatum, ne diſſentientes ſuas rationes pronunciando explicarent, ſed vt traderent perſcriptas. Hanc occaſionem aliqui abrumpendi colloquii cenſebant non eſſe amittendam. Quorum a) in *Philippum* abſentem (is enim e conſilio diſceſſerat hortatus, vt quid optimum eſſet diligenter conſiderarent,) minus etiam clementem orationem fuiſſe cognouimus. Sed pluribus viſum eſt, hac etiam in parte praeſidibus eſſe gratificandum. Conuenit igitur, vt ſcripta offerrentur. Idque cum faciendum eſſet, mutare rurſum autores huius conſilii ſententiam ſuam, et moram iniicere, et tandem ad diſputationem verborum relabi. Itaque ea ſtatim has quaſi velitationes ſecuta eſt. Certatum fuit de naturae vitio et prauitate et *Eccio* ſuo more iactata iampridem enarranti, non ſine maledictis contumelioſis in eos, qui iſta aliter diſſererent, cum tamen aliter eum priuatim de quaeſtione illa locutum eſſe conſtaret, *Philippus Melanchthon* poſtero die reſpondit, et ſuae partis ſententiam veram expoſuit plane et diſerte, et a conuitiis quidem abſtinuit, nonnihil tamen ſalis in Eccianis ineptiis deridendis aſperſit. Poſt paucas congreſſiones, rurſus diſſuadente *Philippo*, obtinuerunt, vt duo ad Praeſidem accederent, qui de capite diſputatione agitato, formulam congruentem perſcriberent. Protulit tum *Eccius* quandam ſuam. Sed poſtea auocatus *Granuelanus* ab Imperatore *Carolo*, qui venerat illis diebus *Spiram*, tota res ita relicta et ad conuentum, qui *Ratisbonae* mox ageretur, reiecta eſt.

a) Inprimis Oſiandri, cuius epiſtolam in Melanchthonem admodum iniquam infra inter documenta ex Msto dabimus N. XII.

eſt [b]). Hoc quaſi praeludium magna ſollicitudine 1540
affecit *Philippum*, neque paſſum eſt bene ſperare de vllis talibus congreſſibus. Neque ille aduerſariorum doctrinam, non potentum vim metuebat, minimeque omnium cauſae diffidebat: ſed aſtutiae fraudes et laqueos in concinnandis et colorandis diſcrepantibus ſententiis, et falſitate quaſi illuminanda infuſcandaque veritate pertimeſcebat. In iſtis autem actionibus quantumuis paruae et leues offenſiones mirifice excruciare animum ipſius ſolebant. Neque praeſagia iſta fuerunt inania. Nam proximus annus non modo fucata et tenebricoſa illa negotia retulit, ſed eorundem priores difficultates auxit, nouis inuolucris et integumentis additis. De quibus aliquid ſuo a nobis loco dicetur. Atque *Granuelanus* tum ita diſceſſit, vt et bona exiſtimatio eius de *Philippo Melanchthone* videretur eſſe, et ipſe prae ſe ferret voluntatem atque ſtudium, quibuscunque modis poſſet perficiendi, vt Germania pacem haberet, pollicens ſe ad manſuetudinem flectere Imperatorem velle, et hortari ad conſeruandam tranquillitatem, et iudicii publici nimiam ſeueritatem cohercendam, denique pia et ſalutaria ſua conſilia omnia futura eſſe profeſſus eſt.

§. LVII.

Comitia Ratisb. ad quae Melanchthon proficiſcens curru deiectus manum grauiter afflixit. Liber ibi prolatus, ex quo is poſtea conflatus fuit, qui Interim dictus. Mors Grynaei, Heſſi, Capitonis et Bederoti. In Galliam iterum Melanchthon inuitatus. In Britannia crudeliter et inique geſta.

Anno Chriſti MDXLI. egit conuen- 1541
tum Imperator Carolus *Ratibonae* ad Danubium,

[b]) Acta huius colloquii Wormatienſis extant Tomo IV. Opp. Mel. p. 640 ſqq.

1541 um[c]), quae Regenoburga a fluuio vicino appellatur, atque Ptolemaeo eſſe exiſtimatur Artobriga, colonia Tiberii. Ad quem cum actiones de doctrina Eccleſiaſtica ſuperioris temporis eſſent prorogatae, ita eo etiam iuſſus eſt proficiſci *Philippus Melanchthon* [d]). Qui illo itinere in finibus territorii Palatinorum, cum vectoris culpa eſſedum, quo ipſe et alii vehebantur, euerſum fuiſſet, manum dextram ita afflixit *e*), vt nunquam integer vſus illius reſtitutus ſit. Vel laxata, vel certe quaſſatis oſſiculis detorta fuerat commiſſura cum cubito. Itaque et curationis tum et poſtea debilitatis ea parte incommoda moleſtiasque perferre eſt coactus. Protulerunt ibi librum, neſcio quorum *) opera conflatum, de quo perſuaſum Impe-

c) Qui pleniorem conuentus Ratisponenſis notitiam deſiderant, adeant Melanchthonis Acta in conuentu Ratisb. Viteb. 1541. 4. Eiusdem Alle Handlungen die Religion belangend, ſo ſich zu Worms und Regensburg auff gehaltenem Reichstag des 1541. jars zugetragen, Witt. 1542. 4. Buceri Handlungen und Schrifften zu Vergleichung der Religion — — zu Regenspurg verhandelt und einbracht A. 1541. Strasburg 1541. 4. Varia quoque documenta huc pertinentia continentur in Melanchthonis Conſ. lat. P. I. p. 445—500 et Ej. Conſ. germ. p. 140—261. Operum Mel. Tom. IV. p. 696—788.

d) Duo tunc a Melanchthone compoſita ſcripta de Coena Domini extant inter Documenta N. XIII.

e) De hoc caſu infelici quaedam annotaui in Melanchthonianis p. 64 ſqq.

*) Gerhardi a Feldwitz, Flandri, et Colonienſis Gropperi, vt tunc plerique ſuſpicabantur.] Melanchthon autorem huius libri Gropperum habuit, quod patet ex Tom. Lugd. Epp. p. 393. „Eccius miſit in ſenatum Principum paruam ſyngrapham, in qua teſtatur nec probaſſe ſe vnquam nec probaturum hunc librum, et haec verba adiecit, quia Melan-

Imperatori fuerat, eo ipſo vtriusque partis errores, 1541
quos diſſidentibus altercationes attuliſſent, poſſe corrigi. Poſtulabatur igitur, vt ille probatus reciperetur. Id quod neutra pars facere voluit, cum Saxonici illum quidem non penitus reiicerent, ſed cenſerent emendari oportere, inque eo operam ſuam pollicerentur: Aduerſarii autem horum, totum librum repudiarent et damnarent. Vt infelice admodum ſidere natum hunc librum exiſtimari debeat: qui recens veluti, in pueritia ſua omnibus inuiſus et clanculum educatus, poſtea adultior cauſſa maximarum calamitatum fuerit, quando Interim *) dum Synodus cogeretur, eodem ferme, ſed accuratius veſtito, vt ferebatur, prolato, quid fieri ſeruarique placeret, definitum fuit. Atque erat Ratibonenſis expoſitio talis, quae, niſi diſceptando et concertando diffidentiae alienationesque animorum corroboratae eſſent, ferri admittique recte poſſe plurimis videbatur. Sed acutiores multa notabant, partim occulta falſitate inſerta, partim callide et inſidioſe perſcripta. De quibus pacis et tranquillitatis amantiſſimum *Philippum* curae angebant die noctuque, vt ſomnia etiam quaedam, quorum viſis per quietem territus eſſet, diuulgaret **). Sed tunc quidem magis ad-

 uerſa-

Melanchthonizat, qua in re profecto Groperum magna iniuria adficit." Alii hunc foetum Bucero, alii Melanchthoni, alii denique Wicelio vindicare conati ſunt.

*) Vid. Epp. Philippi ad Camer. p. 590.

**) Vt ſomnium de Hyaena Ratisbonenſi, quod verſibus deſcripſit, quorum initium:

Me iuſſere Duces fallacem pingere Hyaenam,
Et monſtri ſpeciem propoſuere mihi.

Extat in Conſil. lat. P. I. p. 453. in Mel. Epigrammat. plag. G 4. (edit. Viteb. 1563. 8.)

1541 uerſariis quam Saxonicis reclamantibus de libro multiplicibus et variis notis interpolato nihil conſtitutum fuit, et dimiſſus conuentus ſat bonis conditionibus, Imperatore *Carolo* ad calamitoſi exitus bellum Africanum feſtinante. Multorum etiam ſummorum virorum nunciata, interque eos praecipuorum amicorum, funera maximum luctum et grauiſſimos dolores attulerunt *Philippo Melanchthoni*, inprimis *Simonis Grynaei* et *Eobani Heſſi*, quorum ille Baſileae, vt ſupra dictum eſt, hic, de quo noſtra extat peculiaris narratio, Marpurgi mortem obiit *f*), ſaeuitia peſtilentiae continua annis paene tribus vaſtante regiones ad Rhenum et Harciniam. Quibus et Argentina cum alios praeſtantes pietate et doctrina viros tum *Bolgangum Capitonem* et *Iacobum Bederotum* amiſit. Fuiſſe eo tempore cognouimus *Philippi Melanchthonis* animum iterum inuitatione Gallica tentatum, cumque eo actum, vt intermiſſam aliquando profectionem tunc ſuſciperet atque perficeret, ſed negotium iſtud neque tractando accurate geſtum eſt, et inter initia ſtatim euanuit. In Britannia autem Rex diuortiis coniugiisque ludere, et pro arbitrio ſuo edere decreta, et quoscunque ea improbantes crudeliter tollere e medio, ſiue Pontificis Romani, ſeu Saxonicae Eccleſiae doctrinam amplecterentur. Id enim modo obtineri omnium aſſenſione ſtudebat, quod ipſe in animum induxiſſet, et ſibi paſſus fuiſſet arridere. Quae et ipſa cum eorum reſpectu, qui atrocibus ſuppliciis interimebantur, tum priorum actionum memoria, animum *Philippi* vehementer, et dolore et interdum indignatione commouentia affligebant. Sunt autem deinceps ea negotia ſecuta, quae perpaucis animaduertentibus, cum a plerisque parua et futilia ducerentur,

f) Io. Camerarii narratio de Eobano Heſſo cum epp. eiusdem. Norib. 1553. 8. quae ſaepius recuſa eſt.

rentur, a multis nihil prorſus curarentur, cauſſas 1541
vel dederunt vel cumularunt atrocium turbarum et calamitoſorum euentuum. De quibus ſi *Philippi Melanchthonis* ſermones periculum praeuidentis, et ea conſilia, quae capiebantur, quorſum euaſura eſſent, metuentis, iam recenſerem, vereor, ne non deeſſent, qui fingi iſta ſuſpicarentur, id quod impune facere liceret, et eſſet in procliui rebus geſtis et confectis. Ne igitur in his moram faciamus, perſtringentur ea et breuiter indicabuntur, quibus ipſe partim non repugnans implicatus eſt, partim volens interfuit, partim etiam cum magna vtilitate et fructu praefuit. Hoc autem vere commemorare poſſum, nihil poſtea accidiſſe, quod ille non timuerit et praedixerit, cum quaedam ſuſcipi et tali ratione adminiſtrari minime probaret.

§. LVIII.

Iul. Pflugius, Epiſcopus Naumburgenſis deſignatus renitente Electore Sax. et in eius locum Nic. Amsdorfium ſubſtituente: qui poſtea tamen iterum decedere iuſſus fuit, ſurrogato Pflugio. Conſilia moderata praeſtant violentis.

Fuerat rei Naumburgenſis in Duringia et cu- 1542
ra Eccleſiaſticae eo loci gubernationis commiſſa Illuſtriſſ. familiae Palatinorum Principi *Erneſto* Philippi F. Is mortuus eſt hoc anno, in quem narratio noſtra iam excurrit, Ieſu Chriſti MDXLII. Et ſuffragiis collegii illius ſurrogatus ipſi, *Iulius* gente *Pflugius g)*, quae eſt Miſnicae nobilitatis primaria.

N 3 Hoc

g) De hoc viro literato conſuli poſſunt C. H. Braunii oratio de Iulio Pflugio ſcientiſſimo litterarum Patrono, Ien. 1764. 4. I. E. Schuberti diſſ. de rationibus, quibus electio Iul. Pflugii impugnata et propugnata eſt. Helmſt. 1750. 4. I. H. Ackeri narratio breuis de Iul. Pflugio, Epiſcopo Numburgenſi, Altenb. 1724. 8.

1542 Hoc eſſe factum non conſulto neque aſſentiente ſe, *Iohannes Friderichus* Princeps Elector grauiſſime queri neque actionem eam ratam eſſe pati. Cauſas etiam exponere quasdam, cur antiſtitem Naumburgi praeſidere *Iulium*, ſibi tolerabile non videretur. Atque mirabantur nonnulli, *Iulium* ingenio excellente doctrinaque literarum inſtructum et percultum opt. diſciplinarum artiumque ſtudiis, iis etiam ab adoleſcentia rebus gerendis exercitatum, vt non vulgarem prudentiam adeptus eſſe crederetur: Hunc igitur talem virum et tam dubiis rebus difficilibusque et turbulentis negotiis cupiiſſe implicari, ne temporibus quidem conſideratis, quibus parendum eſſe ſapientes praecipere et neceſſitatis vim tribuere non ignoraret, erant quibus mirum videbatur, quique non poſſent, quid rei eſſet, decernere. Sed ipſe et ſcripto quodam edito conſilii ſui rationes reddi ſtuduit, et alii, vt fit, tunc alia cum ſuſpicari, tum affirmare, pro eo atque factum iſtud probabant aut improbabant, et de *Iulio* bene aut male exiſtimabant. Atque tunc *Iulius* ſolii Naumburgenſis poſſeſſionem adipiſci non potuit, cum ius ſuum nihilominus proprietatemque eſſe docere conaretur et dignitatem nominis retineret. Poſtea tamen et illo, rerum ſtatu in his regionibus alio, poſt infelicis belli exitum, eſt potitus. Poſtquam autem Princeps Elector decreuit ſe non eſſe paſſurum illo loco praeſidere *Iulium*, et rei Naumburgenſi iuſſit alterum praefici, voluit *Philippum Melanchthonem* adeſſe eo tempore, quo in ſedem Naumburgenſem ab Electore Principe deſignatus ſolenni collocatione imponeretur. Intercedebat *Philippo* cum *Iulio* ſingularis vſus, et literae vtriusque ſcriptaque edita *Philippi*, quanti vterque alterum faceret, teſtabantur, et conſtabat ſumma benignitate a *Iulio Philippum* comprehendi. Neque contra dignitatem et amplitudinem

Iulii

Iulii quicquam a *Philippo* eſt factum. Qui ideo ſi- 1542
ne recuſatione ſuſcepit iter illud, vt Eccleſiaſticae ac ſcholaſticae adminiſtrationis diligentius conſtituendae vel autor vel adiutor eſſet. Neque enim de caeteris, quae gubernationem terrarum aut bellorum motus, aut ordinandi ſtatum Reipublicae ſpectarent, ad hunc magnopere iam ſolebat referri. Itaque eo erat non quidem ſollicitudo de euentis illius leuior, ſed dolor, ſi quid forte accidiſſet grauius, minus acerbus, quod ſe culpa omni carere, et iſtiusmodi neque conſiliorum neque actionum ſocium eſſe ſciret. Etſi interdum mandabantur ei operae quaedam ſcriptionum, vt eo bello, quod hoc anno inter apparatus armorum, quae contra Turcicam in Pannonia vim expedirentur, aduerſus *Henrichum* Brunoſuicenſem Ducem ſuſceptum geſtumque eſt. Quam ſic dedit, vt et vera inprimis et ad ſpem tranquillitatis ac quietis accommodata perſcriberentur. Sed horum narratio a propoſito noſtro aliena eſt. Vt autem explorata turpitudo et manifeſtum dedecus neque adiumentis vllis quaſi fulciendum, neque ope conſilioque tuendum eſt, ſic quae prudentes eſſe interdum eiusmodi, vt omnium reprehenſionem non poſſint effugere, et aliqua ex parte labaſcere vident, ea non dubitant ſtudio induſtriaque ſua ſuſtentare, ne grauiores ruinae atque labes fiant. Non illi quidem committentes, quod malum ſit et inhoneſtum ſpe euentus laudabilis ac boni, ſed hac ipſa moderatione et effugientes vitium et in praeſentia rebus afflictis conſulentes. Nam qui rebus dubiis et perturbatis nimis fortes ſunt, ii interdum laborantibus ea remedia adhibent, in quibus medicina plus nocet, quam prodeſt, curantes, contra prouerbium, malum malo. Haec negotia exceperunt alia, quibus *Philippus Melanchthon* et

1542 exercitus et defatigatus fuit *). Nam quae ſollicitudo et anxietas de Republica animum ipſius tunc excruciarit Imperatore *Carolo* ad bellum in Germaniae regione Cliuenſi excitatum aduentante, de eo nunc nihil dicam, et ad communes curas in talibus propter amorem erga patriam ſane mollis et teneri, et in conſideratione diligente futurorumque prouidentia fluctuantis animi ipſius referendo apponam. Proprie autem oblata ei et ab ipſo ſuſcepta vt antea, deinceps perſequar.

§. LVIIII.

Hermanni Archiep. et Elect. Colonienſis ſtudium et cupido reformationis eccl. Melanchthonis ad ipſum profectio.

Gubernabat ea tempeſtate rem Colonienſem et commiſſam habebat Eccleſiae illius cuſtodiam Archiepiſcopus *Hermannus* [b]) Septemuir creandis Imperatoribus Romanis, annis grauis, amans veritatis, et cupidus rem Eccleſiaſticam in meliorem formam redigendi, quam non modo ipſe intelligeret ita

*) Magnam quoque triſtitiam Melanchthon percepit ex crudeli facinore in Metenſes quosdam Euangelicos perpetrato, de quo in Epiſt. ad Camer. p. 425. ita: Lotharingicus quidam ſeu Burgundus cum equitatu oppreſſit multos Metenſes, viros et mulieres egreſſos ad audiendum euangelicum concionatorea: multi interfecti, multi ſuſpenſi de arboribus, multi in flumen merſi ſunt. Videas quoque inter Docum. N. XIV. Melanchthonis epiſtolam nomine Proteſtantium ſcriptam pro Ciuibus Metenſibus.

b) Conf. Io. Henr. a Seelen Stromata Lutherana, quibus a p. 539—554. inſertus eſt ſermo de Hermanno Wida, Lutheraniſmi fautore.

ita eſſe deprauatam atque corruptam, vt ſine emen- 1542
datione diutius ſtare non poſſet, ſed vt videret eos quoque, qui neque Dei metu neque hominum reſpectu magnopere tangerentur, non audere tamen negare, plurimis et maximis vitiis laborare cum deformitate foeda et minime occulta. Atque erat ille hoc iampridem facere conatus, et aliquid in eo genere inchoarat, ſed praeclarum et ſalutare opus abſolutum non fuit. Habebat initio et ſuaſorem et adiutorem praecipuum ex collegio ſacerdotum vnum *Gropperum* nomine, a quo poſtea non modo perfide deſertus, ſed hoſtiliter etiam oppugnatus eſt. Hic optimus et Religioſiſſimus Princeps ab Illuſtriſſimo Principe *Iohanne Friderícho* Saxonum Duce impetrauerat, vt *Philippum Melanchthonem* ad ſe proficiſci pateretur. Nam praeclariſſ. et maxime vtili illius opera ſe vſurum in iis, quae parabat, arbitrabatur. Quae eum opinio vt non fefellit, ſic concepta ſpes aliquantulum fruſtrata eſt. Quod non accidit vel negligentia ipſius vel *Philippi Melanchthonis* culpa, ſed importunitate et odio quorundam oppugnantum noui operis veluti ſtructuram. A quibus diuina et humana commota fuerunt, et effectum, vt non modo Pontifex Romanus ſua ſponte procliuis ad irruendum in Colonienſem ſanctiſſimum Epiſcopum, incitatus vibraret quaſi fulmen execrationis vſitatae, ſed Imperator quoque *Carolus* vt diu multumque vrgendo impulſus, contra Principem, in quem more maiorum et Iure publico, ſine ſolennis iudicii legitima cognitione vindicari nullo pacto liceret, iracundiae et ſaeuitiae ſententiam tandem pronunciaret. Verum haec aliquanto poſt acta, neque mea narratione exponenda ſunt. Sed *Philippus Me-
lanchthon* anno Chriſti MDXLIII. deducente pietate 1543
et virtute atque eruditione doctrinae praeſtante viro

1543 *Petro Medmanno* i) mandato Archiepiſcopi menſe Aprili iter ingreſſus, ad Principem venit *Bonnam*, vbi ille tum commorans iſtam rem agebat, et rediit ad ſuos menſe Auguſto, maximaeque laetitiae aduentus ipſius fuit vniuerſis, ſed ſcholaſticis potiſſimum, qui obuiam illi proceſſere ſecuti praeceptores pleroſque et Magiſtros ſuos. Quid autem et conſuluerit et egerit k) apud Principem *Philippus Melanchthon*, de eo et ipſius l) et aliorum ſcripta extant, quae eius teſtantur diligentiam et ſolertiam et fidem, in cunctis, quibus tractandis adhibitus fuit. Vt minus clementiusque tunc repugnatum fuiſſe, iam nonnullos optare, exiſtimari poſſe videatur. Ab Archiepiſcopo accerſitus fuerat Argentorato *Bucerus* m), cuius nomen erat inuiſum inprimis, cum neque

i) De hoc viro Melanchthoni propter eruditionem, pietatem, facundiam et optimos mores percaro, qui primum Archiepiſcopo Colonienſi, poſtea Comiti Oldenburgico a conſiliis fuit et Conſul Embdenſis denique obiit, varia annotaui in Melanchthonianis p. 134 etc.

k) Ea, quae Philippus Bonnae egerat, breuiter extant in epiſtola quadam ad Lutherum p. 270. Select. aliquot Epp. Conf. quoque Hiſtorica de initiis reformationis Colonienſis in Conſil. lat. P. I. p. 535 etc.

l) Scripſit tunc Reſponſionem ad ſcriptum quorundam delectorum a Clero ſecundario Colonienſi, quae ſaepius prodiit lat. et germ. extat quoque Tom. I. Declamatt. p. 133 etc. Hoc ſcriptum eſt vnum ex optimis Philippi ſcriptis, quodque ipſi autori valde placuiſſe, ex multis locis intelligitur.

m) Cuius opera potiſſimum confecta eſt Reformatio Colonienſis. Ad cuius libri exemplum facta ſit, et quid quisque in ea compoſuerit, Melanchthon in epiſtola quadam ad Caſp. Crucigerum ita recitat: „Scripſi vobis antea, Epiſcopum ſecutum eſſe formam Noribergenſem, eratque ante meum aduentum inſtitutus liber ad exemplum Noribergenſe ſcribendus. Retinuit ple-

neque in illius vita vllae turpitudinis maculae haere- 1543
rent, neque in doctrina errorum vitia deprehenderentur, et ipſe neque pericula neque moleſtiam laboremque ferre, qui pro tranquillitate Deo aeterno grata, et hominum ſocietati profutura ſuſciperetur, recuſaret.

§. LX.

Mors Ludouici Elect. Palatini. Baumgartneri a latronibus capti calamitas et liberatio.

Annus proximus foecundus fuit cauſſis malo- 1544
rum et magnum moerorem attulit *Philippo Melan-*

chthoni

pleraque Oſiandri Bucerus: quosdam articulos auxit, vt eſt copioſus. Mihi cum omnia relegiſſem, attribuit articulos περι τριων ὑποστασεων, de creatione, de peccato originis, de iuſtitia fidei et operum, de Eccleſia, de poenitentia. In his conſumſi tempus hactenus, et legi de ceremoniis baptiſmi et Coenae Domini, quae ipſe compoſuit.„ Ambsdorfius, Theologus rixarum amans, hanc formam Colon. reformationis valde carpebat, et bono Philippo multum aegritudinis pariebat. Inde Tom. Lugd. Epp. p. 479. ita ad Vit. Theodorum: Miſit huc Amsdorfius cenſuram Colon. Reformationis acerbam, quae tamen Luthero mitis videtur, et claſſicum noui certaminis iam audiui. Si coeperit noſter Pericles (Lutherus) de ea re contumelioſe dicere, diſcedam. Fatetur initio cenſurae Amsdorfius, doctrinam libri congruere cum noſtris Eccleſiis, ſed quaedam verba obſcurius poſita eſſe, deinde calumnioſe quaedam exagitat de lib. arbitrio, reprehendit et hoc, quod dixi, amitti gratiam propter lapſus contra conſcientiam. Tandem dicit, de Coena domini non ſatis explicate dici. Haec ſunt capita, quantum reſciui. Scio in libro nihil eſſe errorum, verborum calumniae, logomachiae caueri a nemine quamlibet cauto poſſunt. Me nihil hae ineptiae mouent: ſed ſi me expulerint, riſus praebebunt aduerſariis.„ Scripta ad hiſtoriam Reformationis Colonienſis pertinentia recenſet Saligius P. I. Hiſtor. Aug. Conf. p. 541 ſqq.

1544 *chthoni* nunciata mors patriae ipſius Illuſtriſſimi et fortiſſimi Principis *Ludouici* Palatini. Quo viuente, nemo admodum timuit, ne erumperent in publicam cladem et perniciem bellorum, multorum animis odia ſimultatesque incluſae, quae veluti antecedentia tempeſtates ſaeuas et horribiles murmura iamdudum exaudiebantur. Non diu admodum ante huius Principis mortem mihi ſcribens *Philipp. Melanchthon* ſe per quietem viſum eſſe ſignificabat videre, ab illo ſe accerſi *), idque in eam partem interpretabatur, quod tum et curis conficeretur, neque firma valetudine vteretur, ſe ab illo Principe mortuo ex hac vita euocari. Verum praeſagium hoc obitus *Ludouici* fuit, qui eſt altero anno ſubſecutus. *Philippus* autem vixit non ſibi ſed aliis benignitate Dei diutius. Alterum grauiſſimum vulnus animo *Philippi* inflixit acerbiſſimus caſus *Hieronymi Pamgertneri* [n]) Norimbergenſis, viri ſapientia, virtute, doctrina literarum, eruditione, humanitate excellentis, et maximi religionis purae et pietatis amatoris. Quem et adoleſcens ipſe adoleſcentem cognouerat, cumque eo familiariſſime in communibus ſtudiis Vuittenbergae vixerat, et progreſſum ad ampliſſimos honores in patria ipſius colere perſeuerarat, cum quidem ab ipſo cum reuerentia Praeceptori debita diligeretur. Optimum hunc et integerrimum atque ſummum virum in itinere reuertentem domum a conuentu Spirenſi, quo miſſus a ſua ciuitate fuerat, quidam tunc, qui ſe hoſtes reliquiis foederis Sueuici profitebantur, comprehenſum, inque diuerſis latebris, vt neceſſe fuit, abditum et diu vexatum tandem pecunia accepta dimiſerunt. Atque exiſtimabatur alteri iſtas fuiſſe inſidi-

as

*) in patriam.

n) Peculiarem de hoc triſti caſu commentationem conſcripſi in Melanchthonianis p. 98 etc.

as poſitas, ſed rebus inſtructis ac paratis, cum *Pamgertnerus* in illas incidiſſet, praeda oblata arripienda fuit. Declarauit *Philippus Melanchthon* dolorem, quem ex amici fortuna aduerſa capiebat, non modo ſermonibus et literis ſuis, ſed ſtudio quoque et opera, cum perficiendo, vt familia *Pamgertneri* conſolationibus eorum ſubleuaretur, quorum autoritate eam moueri, et vnde bonam ſpem oſtendi ſciebat, tum quaerendo occaſiones etiam quasdam liberandi captiuum et iis, a quibus detinebatur, placandis, Principum *) quorundam fauore clementiaque et cura adhibita, et notorum ex equeſtri ordine hominum adiuncto ſtudio. Sed liberatio illa mirabiliter impedita et res dilata fuit, nonnullaque capto laudabilia atque glorioſa ipſi nocuerunt, de quibus narratio verboſa neque huic argumento congruit, neque a me eſt perſequenda. Cum diuturno tamen dolore et ingente triſtitia ſuorum grauiſſ. afflictus non ſine vitae propter morbos periculo, patriae reſtitutus eſt et rediit domum **) *Pamgertnerus*, laetitia omnibus bonis exultantibus, et ad conſpectum reuertentis effuſa ciuitate vniuerſa. Furor quidem iſte Martius et vis graſſatorum, quin crimen ſubeat ſceleris et impietatis, vereor, vt defendi nequeat, ſed et vſurpatur tamen ille more, et in hoc mundo ſuum ſcilicet malum cuique aequo animo eſt ferendum. 1544

§. LXI.

Ge. Sabini demigratio in Boruſſiam Melanchthoni perquam ingrata. Sabini erga coniugem et ſocerum animus alienior. Mors coniugis in Boruſſia.

Philippus autem aliis etiam tunc aduerſis, et malis familiaribus atrociter vexatus eſt. Quorum com-

*) Vt Philippi Landgr. vid. Epp. ad Cam. p. 491 et 498.

**) A. 1545. Vide Epp. ad Camer. p. 524 etc.

1544 commemorationi etſi multa obſtabant animo meo; prorſus tamen de his reticendum eſſe non duxi. Filiam maximam natu, *Annam* o) amantiſſimam ſui incredibili caritate diligebat. Erant autem vehementes admodum incitationes huius in illo viro affectionis, adeo vt aliquibus hae immoderatae et cum indulgentia nimia coniunctae viderentur. Sed in filia omnino natura optima et praeclarum ingenium, pietatisque et omnis honeſtatis decus, non immerito illam patri magnopere commendabant, matris praeſertim partu difficili in lucem editam, et in quam amoris paterni vis ſe primum quaſi effuderat, accedente etiam fortaſſe aliqua occultiore naturae conciliatione. Erat puer gentis Marchicae, qui tum certis de cauſis clanculum Vuittenbergae in ſtudiis literarum educabatur, inque aedibus *Philippi Melanchthonis* degebat, patria Brandeburgenſis, *Georgius* p) nomine. Hic diſcendi ardore flagrabat, et in eo impetus quidam diuinus manifeſto apparebat, efferens ſe ad ſapientiae virtutisque praeſtantiam, qualis in omnibus, qui vlla in parte et quocunque genere virtutis ſingularem laudem et egregiam famam conſecuti ſunt, fuiſſe animaduertitur et eſſe conſueuit. Hinc enim exiſtit immenſa cupiditas impellens atque inſtigans animum ad ea ſuſcipienda et agenda, quibus, quae aliquis appetiuit, ea ſe eſſe adepturum ſperat. Inter quos conatus neque labor fugitur, neque cura alia admittitur, neque cogitationi actioniue alteri locus relinquitur. Inque hoc modo opera datur, vt in quod incumbendum ſibi aliquis duxit, in eo laude excellentes ipſe non modo aſſe-

o) Varia de illa annotaui in Melanchthonianis, p. 21 - 28.

p) Conf. Petri Albini Vitam Georgii Sabini cum commentario Theod. Cruſii, Lignicii, 1724. 8.

aſſequatur, verum etiam antecedat. Itaque dies no- 1544
ctesque ſumma contentione enititur, vt ad partam ſtudio diligentiae ſuae facultatem, maiorem aliquam copiam addere et acquiſita bona augere poſſit. Vidi ego hunc *Georgium*, qui poſtea *Sabini* nomine celebris fuit, valde tenera adhuc aetate, lacrimas profundentem ad lectionem boni et elegantis carminis. Audiui triſtes querelas eius, deplorantis ſuam infelicitatem in ſcribendo, cum non ſolum per aetatem nihil, quod perfectum eſſet, ipſe elaborare, ſed ne intelligere quidem rationem perficiendi elaborandique adhuc valeret. Huic ſane iuueni puellam filiam ſuam q) deſponderat Philippus, duxitque eam ille anno Chriſti MDXXXVI. Cumque non modo ſcientia literarum bonarumque artium excellere, ſed dignitate quoque praeſtare cuperet, et difficultatis et moleſtiae in iſto curſu nonnihil ei fuit exhibitum. Atque de caeteris praetermitti recte poteſt narratio. Hoc autem anno, in quo expoſitio noſtra occupatur, oſtenſa ſpe melioris et ſplendidioris conditionis in Pruſſia r), haud ſcio quo pacto inter ſocerum ac generum, non quidem odium aut ſimultas, ſed alienatio tamen quaedam et prope diſſidium ortum fuit. Narrationem autem talium ideo nequaquam omittendam duco, non modo, ne quid praetereatur, quod expoſitionis fides requirere videatur, ſed vt huius-

q) Nonniſi quatuordecim annos habentem: inde Sabinus cecinit:

Annos bis ſeptem florente peregerat aeuo,
Legitimi conſors eſt vbi facta thori.

r) Profeſſor et Rector perpetuus Academiae Regiomontanae conſtitutus. Epp. ad Camer. p. 464 „A Duce non ſolum comitate ſingulari, ſed etiam liberaliter exceptus eſt. Stipendium dat Ioachimicos trecentos quinquaginta, et habitationem, addidit viaticum et poculum.„

1544 huiusmodi quaſi vulneribus inſpectis, quam miſera interdum vita ſit magnorum virorum, intelligatur, cum ad onera Reipublicae pondus etiam domeſtici doloris adiicitur. Fons autem erat omnium, quod *Sabinus* ſocero nimia cupiditate illuſtris fortunae videbatur ardere. Ille autem non tantum adiuuari et quaſi promoueri ſe ab ipſo, quantum optabat et poſſe arbitrabatur, aegre ferebat. Scholaſticae vitae genus amabat *Philippus*, et illa humilitate delectabatur. At *Sabinus* eminere et conſpici volebat amplitudine etiam honorum, et opulentia. Itaque magna ille ſpectare, neque nominis celebritate, quam rectis ſtudiis ſibi comparauerat, eſſe contentus, hoc agere, vt vulgi oculi in ſe conuerterentur, et ipſe in Reipubl. quoque luce verſaretur. Ex eo fiebat, vt voluntates horum aliquantulum disiungerentur [s]). Quod vbi accidit, quamuis non inimicitiae etiam ſuſcipiantur, amicitiam tamen debilitari variis ſuſpicionum offenſionumque cauſſis neceſſe eſt. Etſi autem *Philippo Melanchthoni* nemo inueniebatur ad eleuanda ferendaque ea, quibus interdum grauiſſime laedebatur, fortior atque patientior, tantum aberat, vt ab ipſo vllius veluti ſeceſſionis occaſio daretur, tamen in hac quaſi velitatione multa vehementer pupugerunt animum ipſius, praeſertim cum nonnihil triſtitiae vel etiam acerbitatis ad filiam pertineret, quam, vt diximus, maximo amore complectebatur, quamque tam procul deinceps abfuturam, et cum marito iritato diſceſſuram eſſe, valde dolenter ferebat. Aliqui etiam huic aut illi aſſentando paene effecerant, vt diſtractio ad iurgia ac contumelias euaderet. Sed iſta tamen veluti tempeſtas ſic abiit, vt moderatione tolerantiaque et obſequio *Philippi* facile leni-

s) De variis cauſſis diſſenſionis inter Philippum et Sabinum ortae quaedam annotaui in Melanchthonianis p. 23 ſqq.

leniretur *Sabinus*, et coniunctio beneuolentiae mutuae inter ipſos conſeruaretur, et in coniugii vſu nihil inſuaue ſequeretur, praeſertim cum et rei atque dignitatis acceſſione augeretur *Sabinus*. Apud quem *Philippi* filia poſtea, nulla re dirumpente iucundae conſuetudinis amorisque mutui vincula, annis quatuor in Pruſſia vixit. Deceſſit enim anno Chriſti MDXLVII. apud montem Regium Pruſſiae IIII. Cal. Martii, qua nocte per quietem patri ſpecies mortuae filiae oblata eſt, eoque ſomnio ſignificatum eſſe caſum iſtum et ipſe exiſtimauit, et euentus facit, vt credibile ſit. Eiusque mortem nunciatam magis molliter tulit pater amantiſſ. illius, quam plerique eſſe laturum crediderant, vel ratione quaſi in gyrum exultantes animi motus reducente, vel diuturnitate temporis ad toleranda omnia factus robuſtior. 1544

§. LXII.

Lutheri animus erga Melanchthonem concitatus, ob nimiam huius moderationem et lenitatem. Val. Cordi et Corn. Sittardi mors.

Priuata haec incommoda ſollicitudine Reipubl. cumulabantur. Nam et bellum periculoſum inter Imperatorem *Carolum* Regemque Galliae *Franciſcum* vtriusque ſumma contentione impendebat ac mouebatur, et actiones de Brunſuicenſibus negotiis inſtituebantur eiusmodi, vt his ſemina certaminum tumultuumque nouorum iaci viderentur. Verum et res tandem, *Carolo* in Gallicum agrum progreſſo longius, compoſita eſt, et pax inter Reges facta, et contentio illa Principum intra verborum maledicta et criminationes tunc quidem conſtitit. Sed *Philippus Melanchthon* aliis quaſi in portu, id eſt apud ſuos, procellis iactatus ita fuit, vt paene euerteretur, vel oppreſſus vel pulſus iniquitate et odio non-

Melanchth. O nullo-

1544 nullorum *), qui contra ipſum *Martini Lutheri* animum incitauerant atrocitate accuſationum, quarum caput erat moderatio et lenitas, quibus ab illo aduerſarios ſubleuari dicebatur. Atque aliis temporibus concedendo et molliendo quaedam, cauſſae eum nocuiſſe praedicabatur. Tunc autem renouabantur, cum quadam non modo vehementia, ſed plane ſaeuitia, diſputationes de ſacratiſſima in Eccleſia Chriſti actione coenae myſticae **), quae eſt communicatio corporis et ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. De ea quorundam, qui *Martino Luthero* ita ſe dabant, vt doctrinam illius vniuerſam non modo cupide amplecterentur, ſed eam etiam exaggerare non neceſſaria interdum amplificatione ſtuderent, horum igitur nonnulla inſulſa et propemodum profana tam dicta quam ſcripta, illi nonnullisque aliis piis et attente rem conſiderantibus non probabantur. Sed haec quaſi nubecula celeriter eo quidem tempore depulſa, turbaeque iſtae facile ſedatae fuerunt, et temere incitatam iracundiam quibusdam reprimentibus, et *Philippo Melanchthone* ſolitam moderationem patientiamque conſtantiſſime vſurpante. Grauiter etiam perculſus tunc ille eſt nunciata morte

*) *Amsdorfii, D. Steph. Wildt, Medici. vid. Epp. ad Cam.* p. 480 etc.] Originem et hiſtoriam ortae Lutherum inter et Melanchthonem diſſenſionis deſcriptam nobis dedit Caſp. Peucerus in perraro tractatu hiſtorico de Phil. Melanchth. ſententia de controuerſia Coenae Domini, Amberg. 1596. 4. p. 24 &c. et Saligius in Hiſt. Aug. Conf. P. I. pag. 526 ſqq.

**) Luthero accenſo mirificis narrationibus de Schwenckfeldii et Tigurinorum audacia et iactantia ad repetenda tonitrua tempeſtatis Sacramentariae, edito libello confeſſionis vltimae.

morte *Valerii Cordi* [t]), qui patrem habuerat *Euricium*, virum ingenio doctrinaque excellentem. Qui me, cum Erphordiam ſtudiorum cauſa veniſſem, humaniſſime complexus notumque habuit admodum familiariter, ſuorumque Epigrammatum luculentis verſibus ſtudioſe ornauit. Eumque ego viciſſim obſeruans colui, et quibus potui officiis illa aetate conditioneque mea adiuui. Neque erat minus in filio praeclara natura, et tempora magis opportuna ad illam percolendam optimarum literarum artiumque copia, et occaſiones habuerat patre meliores. Hic iam omnibus ad ſpem expectationemque de eo admirabilem erectis, cum ſpectatae eruditionis atque ſcientiae opera edidiſſet, in Italiam augendae liberalis et vtilis cognitionis gratia profectus, Romae febre laborans moritur. Morbus autem contractus putabatur nimia defatigatione in locis calidioribus, quod ipſe, qui in artis medicinae ſtudium incubuiſſet, non prata modo ac campos, ſed montes valleſque vbique perreptare herbas, radices ſtirpeſque explorans non ceſſaret. Aegrotauit eodem tempore ibidem *Cornelius Sittardus* Colonienſis, qui tum quidem periculum euaſit, ſed poſtea Norimbergae cum maxima laude et plurimorum ſalute artem Medicinae factitans tabifico morbo conſumtus interiit anno Chriſti M D L. *Valerium* autem vt notum carumque luxit *Philippus*, ſed magis deplorauit mortem ipſius propter erepta Reipublicae commoda et inter- 1544

t) Conf. *Wigandi Kahleri Vitam Euricii Cordi cum filio Valerio*, Rintel. 1744. 4. p. 33 ſqq. *Tom. Lugd. Epp. Mel.* p. 109 &c. epiſtola *Melanchthonis* ad *Hier. Baumgartnerum* occurrit, quae docet, *Cordo* a Senatu Norimbergenſi mandatum fuiſſe, vt compoſitiones medicamentorum ad vſum myropoliorum conſcribat. Sed hic liber poſt mortem *Cordi* demum prodiit ſub hoc titulo: *Diſpenſatorium* ſ. *Pharmacorum conficiendorum ratio*, Antuerp. 1580. 12.

1544 interceptos fructus, qui potuiſſe ab illo, ſi contigiſſet vita diuturnior, percipi viderentur.

§. LXIII.

Atrocia de Euangelicis in Gallia ſupplicia ſumta. Conuentus Wormat. et Ratisbonenſis. Mors Ge. Helti et Hier. Camerarii.

1545 Sequens annus Chriſti MDXLV. vidit crudeliſſima ſupplicia et ſaeuitiam immanem in Galliae regno, non tantum ſingulos aliquos corripientem, ſed in oppida populosque totos graſſantem, iugulando omnis aetatis, ſexus, conditionis mortales, et inflammando oppida atque vicos regionesque vaſtando, quod aliqui in ſtudio veritatis et errorum manifeſtorum declinatione, tanquam hoſtes nominis Chriſtiani et deſertores catholicae Eccleſiae accuſarentur et condemnarentur *u*). Vidit et conuentum indictum in Vangionibus, qui fuit vltimus (nam euaſit hic in annum proximum deductus *Ratibonam*) in quo verbis et colloquiis de controuerſis doctrinae capitibus diſceptari placuit. Nam ſiue inſidioſe et callide, ſeu fatali quadam progreſſione, ita res actae, eaque tum cogitata, deliberata ſuſceptaque fuerunt, vnde tandem varii multiplicesque conatus belli Germanici eo euaſerunt, quo iamdudum cupiditates plurimorum impulerant. Affuit ibi Cardinalis *Farneſius*. Principes Germaniae non affuerunt. Itaque cum colloquii de religionis rebus mentione, conuentus alter rurſum indictus, qui ageretur ad Danubium *Ratibonae*. Interea ad recuperandum principatum ſuum exul *Brunſuicenſis* tentare molirique, quic-

u) Intelligit atrociſſimam et crudeliſſimam Merindolenſium perſecutionem, quam nemo ſine lacrymis legere poteſt, inſertam *Actionibus et Monimentis Martyrum ab Io. Criſpino* 1560. nitidiſſime editis p. 88 ſqq.

quicquid poterat, et collecto tandem exercitu in ſuo 1545
quondam territorio tunc victus captusque fuit, ductante copias foederis aduerſarii *Philippo* Landgrafio Heſſorum. Hoc anno mortuus eſt optimus et integerrimus ſapientiaque et virtute inprimis pietate eximia praeditus *Georgius Heltus* patria Vorhemenſis, quod eſt oppidum ditionis Pabepergicae, meus praeceptor ſic de me meritus, vt non minus gratiae ei quam parentibus debeatur. Qui neque me aliter quam filii loco toto quinquennio, quo diſcipulus ipſius fui, habuit, et retinens illam caritatis affectionem dilexit omni tempore vitae ſuae. Vtebatur hoc Reuerendiſſimus et genere, ſanctitate omnique ad Deum et homines laude Illuſtriſſimus Princeps *Georgius Anhaldinus*, quae antiquiſſima et praeclariſſima Germanicae nobilitatis familia Aſcania eſt: eiusque autoritate atque fide non facile quicquam aut prius aut potius ducebat. Fuerat autem cum Fratre Illuſtriſſimo Principe *Ioachimo* in diſciplinam ei adoleſcens traditus. Quo nomine et erga me illorum Principum clementiſſimum fauorem expertus ſum, qui me etiam condiſcipuli appellatione dignarent. Sed tantum tribuebat *Heltus Philippo Melanchthoni*, a quo et ipſe ſingularem in modum diligebatur et magnifiebat, vt ſaepe impetraret copiam aliquantiſper Vuittenbergae degendi. Vbi illum cerneres cum libellis et chartis ad loca doctrinae publicae itare, non minus aſſidue et relictis omnibus quam infimae ſortis alterum quenquam. Tantus durabat in ſene etiam ardor diſcendi. Nonnunquam de grauibus et difficilibus rebus quaerendi conſiliique petendi ille cauſa a Principe eo mittebatur, in quo valde liberaliter poteſtate facta vti ſolebat. Atque is tum Deſſauiae mortuus et Illuſtriſſ. Principibus et *Philippo Melanchthoni* ingens deſiderium ſui reliquit. Luxeruntque eum illi vt paren-

1545 tem, hic non ſecus atque fratrem, et monumentorum operibus ac ſcriptis ſtuduerunt celebrari w): Cunctas ille facultates ſuas libris coëmendis impenderat, habuitque Bibliothecam omnis generis librorum refertam. Cuius aeſtimatae precium munifice Principes perſoluerunt ſecundum voluntatem et ſententiam teſtamenti ipſius. Non poſſum ſilentio hoc loco praeterire quod memorabile videtur. Cum *Heltus* a primae pueritiae annis caſtiſſime celebs vixiſſet, conſiderans tamen, in quam aetatem incidiſſet, et cuiusmodi vita moresque eſſent ſeculi huius, certae pecuniae ſummae fructum annuum x) honeſtae et pauperi alicui virgini dotis nomine, quo facilius in matrimonium collocari poſſet, de ſuis bonis deſtinauit. Quod matrimonia conciliari ad conſcientiae purae conſeruationem, et turpitudinis multorumque malorum fugam plurimum prodeſſe iudicaret. Mei quoque ego moeroris et luctus domeſtici ſocium eo anno *Philippum Melanchth.* habui, cum in patria amiſiſſem cariſſ. fratrem de tribus vna mecum

w) Litterae conſolationis ob mortem Helti ad Georgium Anhaltinum exaratae leguntur in Epp. ad Camer. p. 510 &c. et Libro III. Epp. Mel. p. 128 &c. Camerarius quoque Helti mentionem facit in Narratione de Principe Georgio Anhalt. (Lipſ. 1696. 8.) p. 12 ſq.

x) Antiqua manus meo exemplari adſcripſit: Princeps Anhaltinus executor teſtamenti perſoluit Senatui Vorchemenſi 300. aureos, vt ibidem ex annuis fructibus honeſta filia elocaretur. Sed hanc pecuniam aiunt Senatui ereptam in illo tumultu bellico, quo Marchio Albertus praeter incendia plurima et vaſtationes miſerrimas ciuitatem etiam Vorchemenſem militibus dedit diripiendam 1552. Aliqui tamen, quibus haec res nota fuit, dixerunt, ex ea pecunia Senatum aes quoddam alienum ſoluiſſe Elpmanenſibus ad Moenum, et haec antea prius facta quam Marchio ciuitatem diripuiſſet.

cum adhuc reliquum *Hieronymum* y). Quem *Phi-* 1545
lippus quod cognouiſſet eſſe ingenio bono et acri, et morum grauitate, et probitate vitae, multisque praecipuis laudibus eminere, non mea tantum cauſſa, ſed ipſius etiam admiratione adductus, carum habuerat, et mortuum verae beneuolentiae lacrimis deplorabat, cum meos quidem gemitus conſolatione amantiſſima literarum ſuarum ſedare conaretur. Id quod et ante aſperis temporibus noſtris ille ſtudioſiſſ. fecerat, quae curae ei fuere maiori, quam ſi propria eſſent atque ſua. Miſerat ad eum non diu ante quam moreretur epiſtolam accurate ſcriptam, de filia, cui ille, quod minus conſiderate et ignorante ſe conſilium de coniugio cepiſſet, valde iraſcebatur. Quae leuitas quantopere parentes honeſtos et ſequentes laudem integritatis offendere ſoleret, intelligebat quidem Philippus, ſed malum iſtud ſanari ignoſcendo ducebat eſſe melius. Quae et ipſa epiſtola, vna cum aliis ipſius, ſi videbitur et res tempusque feret, aliquando edetur z). Et iſta, noſtrarum enim rerum eſſet expoſitio, inculcanda non ſunt, cum quidem varietatem habuerit tantam vita fratris mei, et ea in vtramque partem illi vſu venerint, vt narrare indignum non eſſe videatur. Qui et diuinitus ex periculis maximis ereptus, neque ſecundis rebus inſolens, neque aduerſis mollis fuit. Veritatis amans, integritatis et fidei ſpectatae. De quo

 proſtra-

y) De eo in b. Schelhornii commentario de vita Philippi Camerarii ex ſtemmate Camerariorum ad p. 9. ſequentia leguntur: Hieronymus Cammermeiſter natus 1490. Epiſcoporum Bamberg. Georgii et Wigandi primum, deinde Philippi Comitis Palatini Conſiliar. et Cancell. obiit 1545. reliquit duos filios, qui improles deceſſerunt.

z) Fecit vtrumque. Epiſtola, cuius hic mentio fit, legi poteſt in Epp. Mel. ad Camer. p. 525.

1545 proſtrato etiam melior exiſtimatio bonorum fuit, quam de iis, quorum odio et inuidia conciderat. Verum de his ſatis. Rediens igitur ad propoſitum oratio ea, quae reſtant, perſequatur. Et iſti quaſi Emblemati ignoſcatur a legentibus, mentionique tali impetret veniam fraterni amoris affectio, et deſiderium amiſſi huius, et conſanguineae neceſſitudinis recordatio.

§. LXIIII.

Epiſcopatus Merſeburgenſis adminiſtratio Auguſto Duci Sax. commiſſa, adiutore dato Georgio Principe Anhaltino. Michael Heldingus ſuffectus et ad Epiſcopatum gerendum poſtulatus. Teſtimonium ordinationis Principis Georgii a Melanchthone nomine omnium in vicinis Eccleſiis praeſidentium ſcriptum.

Hoc anno commiſſa adminiſtratione rei *Merſepurgenſis* Illuſtriſſimo Principi *Auguſto* Henrichi F. Duci Saxonum, adiungi ad gubernationem ipſius placuit Illuſtriſſimum Principem *Georgium Anhaldinum*, cui reſpectus et cura Eccleſiae regendae imponeretur. Eoque ille munere eſt functus diligentia et fide maxima, ad id vsque tempus, quo adminiſtrationis iſtius onus Princeps *Auguſtus* depoſuit. Cum enim inde functionem muneris ſui pendere vniuerſam non ignoraret, hanc prouinciam non magis habente Principe *Auguſto*, ſuam quoque curationem ſibi adimi et ſimul extingui intelligebat. Paulo poſt, quorumcunque ſane opera atque ſtudio, nam mihi iſta ſcrutari non eſt viſum, effectum fuit, vt collegium Merſepurgenſe omiſſa antiſtitis more maiorum ex ſuo corpore electione, poſtulandum ab externo ſtatuerent, vt antiſtes Eccleſiae illius eſſe vellet, cum qua iam gubernandi regionem illam principatus rurſum cohaerebat. Is fuit ex eorum genere, qui antiſtitum aliorum ſuffraganei vocantur, vicarii quidam

dam certis operationibus ſacrorum exequendis. 1545
Quos et ipſos, quod antiſtitum nomine cenſeri oportere exiſtimaretur, certarum vrbium titulis ornari, earumque ritu ſolenni antiſtites renunciari, tum eſt coeptum, cum Chriſtianae religionis veritas ſuperſtitionum varia ſpecie commutata fuit, ſiue errore ſeu dolo. Atque ille, qui tum Merſpurgum accitus ad hoc faſtigium dignitatis et opum peruenit, *Sidonius* [a]) appellabatur, natus in terra Feringenſi humili loco, et educatus in ſtudiis Tubingae, ibique et Magiſtri liberalium artium honorem conſecutus, cum vixiſſet aliquantiſper in contubernio fundato ad alendos pauperes ſcholaſticos, quibus certo numero et de domicilio et victu et doctrina proſpectum eſt. Inde ad ludos literarum aperiendos diſceſſit venitque Moguntiacum ad Rhenum. Ex magiſtro ludi deinde, quod doctior quam alii et facundus eſſet inprimis, factus ſacerdos eſt concionumque in templis habendarum munus ei datum. Et his gradibus aſcendens ex illo, quo diximus, Vicariorum genere, ad Principatum Merſpurgenſem proceſſit. Poſtulationi iſti Illuſtriſſimus Princeps *Georgius*, cuius in eo collegio ſpacii temporis longi praerogatiua eſſet, in quod ipſe ante caeteros omnes cooptatus fuerat, aſſentiri magnis et grauibus de cauſis noluit. Non quod ipſe ſibi aliquid commodi quaereret, ſed ne temere committeretur ſumma rerum ignoto, et de cuius actionibus atque ſcriptis editis ſuſpicio eſſet, doctrinam Eccleſiaſticam perpurgatam et probatam ſibi, illum non amplecti. Nam quod ad terrae illius dominatum attineret, teſtabatur Imperat. Maieſtati ſe ſubiectiſſima voluntate parere, neque recuſare, ne, quem huic praeeſſe Impera-

a) De cuius vita peculiaris extat commentatio in Obſeruatt. Halenſ. T. I. p. 60.

1545 perator voluiſſet, poteſtas iſta contingeret. In qua ſententia optimus Princeps conſtantiſſime perſeuerauit. Sed neque de his rebus quae opinio quique ſermones hominum fuerint, neque omnino temporum illorum quaſi curſum enarrare, et eo, vnde digreſſa eſt expoſitio, reuocare illam, libet. Princeps *Georgius* et ſapientia et animi magnitudine excellebat, ſed religioſae pietatis et veritatis coeleſtis amor atque ſtudium erat in eo eximium et admirabile. Cum igitur ab ipſo peteretur hoc adiumentum, et vt in Eccleſia Merſpurgenſi antiſtitis loco praeſideret, non prius potuit obtineri aſſenſio, quam conſultis iis, qui in Saxonicis regionibus praeſtare cognitione et ſcientia veritatis coeleſtis, et viri optimi integerrimique videbantur. In quibus primas facile tenebant *Martinus Lutherus* et *Philippus Melanchthon.* Quorum non modo cohortatione motus, ſed ſententia atque iudicio impulſus, ferri ſibi illam curationem et honorem mandari paſſus eſt, vt rem Eccleſiaſticam Merſpurgi gerendam ſuſciperet, minime tunc quidem conſtitutam atque ordinatam, ac potius admodum confuſam et diſtortam. Quam illius vigilans pietas et religioſa induſtria in eam formam redegit et tali ratione compoſuit, quae firmiſſimo fundamento nitens, non modo, dum ipſe praefuit, ſtetit, ſed neque poſtea labefactata eſt, vel non audentibus vllis conuellere pulcerrimi quaſi aedificii ſtructuram, vel non reperientibus quid melius rectiusue elaboraretur. Norat Princeps *Georgius* non ſolum ſacrarum literarum exquiſitam doctrinam, ſed conſuetudinem etiam et ritus Eccleſiae, tam definitos et expreſſos in illis, quam ſecundum has conſenſione fideli introductos. Nam a prima adoleſcentia in his ſtudiis verſatus fuerat. Eratque ei exploratum, quatenus a ſincera et pura ſacrarum literarum intelligentia, doctrina Eccleſiaſtica alicubi receſſiſ-

ceſſiſſet, et quibus in partibus antiquitatis religioſa 1545
obſeruatio deprauata, mosque maiorum corruptus
eſſet. At ille in omnibus bonam eſſe conſcientiam
et ſe culpa vacare cupiebat, inque eo maxime ſollicita
erat circumſpectio ipſius et diligens conſideratio.
Itaque non, niſi ſuffragiis in vicinia Eccleſiis
praepoſitorum deſignatio illa approbaretur, et ſolenni
conuentu iudicium hoc fieret, et ſententia ipſorum
cum religioſis ad aeternum Deum precibus publice
cognoſceretur, vel nominis honorem admittere,
vel vſurpare dignitatem, vel omnino quicquam
rei gerendae capeſſere voluit. Fuerunt ea tum acta,
quae illa quidem, tunc ab iis, qui Romanae horum
temporum Eccleſiae praeſcriptionem vt mendoſam
neque amplius ad veritatis normam quadrantem, ſequi
ſe, ſcientes et intelligentes vitia, ſine impietatis
ſcelere poſſe non arbitrantur, mutata in vera et
recta (vt ipſi affirmant atque demonſtrant) non eſſe
legitima perhibentur ab omnia mordicus tenentibus,
quibus Romani Pontificis nomen et autoritas praetenditur.
Sed omnes profecto, qui adeſſent aut
ſpectarent non aut profani aut dementes, cum reipſa
actiones illas religioſiſſimas tum ſpecie eſſe praeclariſſimas,
ſi quod ſentirent, vellent dicere, fateri cogerentur.
Atque putaui inſerendum hoc loco ſcriptum [b]) a *Philippo Melanchthone* de his compoſitum
omnium in Eccleſiis vicinis praeſidentium, qui
accerſiti fuerant, nomine, cui et illi, vt fieri ſolet
atque debet, ſubſcripſere. „*Gratias agimus Deo
aeterno patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod immenſa
bonitate et inſtituit inde vsque a conditione et reſtitutione
generis humani, et ſeruat omnibus ſeculis
vsque ad reſurrectionem mortuorum miniſterium
Euangelii, et excitat ſubinde idoneos Doctores, ac
man-*

b) Extat quoque in Melanchth. Conſil. lat. P. I. p. 651 etc.

1545 *mandata dedit Eccleſiae ſuae, vt vocet idoneos miniſtros, et promittit ſe per eorum vocem daturum Remiſſionem peccatorum, Spiritum ſanctum, vitam et iuſtitiam aeternam, et oramus eum, vt lucem Euangelii ſui non ſinat extingui, ſed nunc quoque excitet purae et ſalutaris doctrinae Euangelii propugnatores et fideles cuſtodes, et colligat ſibi etiam nunc in his regionibus Eccleſiam, a qua in omni aeternitate celebretur. Cum autem ad hoc miniſterium Euangelii Reuerendiſſ. et Illuſtriſſ. Princeps Dominus Georgius Princeps in Anhalt, Comes Aſcaniae et Dominus in Bernburg, Praepoſitus Eccleſiae Magdeburgenſis, rite et pie vocatus fuiſſet ad functionem muneris Eccleſiaſtici adiuuandam in Epiſcopatu Merſpurgenſi, accerſiti ſunt vetere primarum Eccleſiarum more, viri docti et graues, qui vicinas Eccleſias gubernant, quorum nomina infra aſcripta ſunt, vt in ipſa Eccleſia Merſpurgenſi ad hanc vocationem adderetur publicum teſtimonium ordinationis. Nos igitur conuocati, quia certo ſciebamus hunc Illuſtriſſimum Principem Georgium recte intelligere et conſtanter amplecti puram Euangelii doctrinam, quam Eccleſiae harum regionum vna voce et vno ſpiritu cum catholica Eccleſia Dei profitentur, et eximiam eius eſſe virtutem et ſanctitatem, teſtimonium noſtrum de eo, ritu apoſtolico, impoſitione manuum declarauimus, et ei miniſterium docendi Euangelii et adminiſtrandi ſacramenta commendauimus. Cumque Paulus Tito praeceperit, vt Preſbyteros ad docendas et gubernandas Eccleſias paſſim conſtitueret, ſciat hic ordinatus voce Apoſtolica ſibi praecipi in hac functione, vt ſacerdotes ad docendas et regendas Eccleſias ordinet, et eorum doctrinam et mores inſpiciat, et meminerit ſibi quoque praecipi a Filio Dei: Et tu conuerſus confirma fratres tuos. Et cum filius Dei ſedeat ad dextram aeterni Patris, vt ſit efficax per hoc miniſterium,*

rium,

rium, precamur vt in tota gubernatione regat et adiuuet hunc ordinatum, ſicut promiſit, inquiens: Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum et manſionem apud eum faciemus. Et vt hac ſe conſolatione ſuſtentet ordinatus ipſe, hortamur. Etſi enim multa et magna ſunt in gubernatione pericula, nec vlla eſt ſapientia humana par tanto oneri, tamen ſciat, Deum vere adeſſe, et in Eccleſia habitare, vbi vox Euangelii ſonat, eamque defendi et ſeruari a Deo. Hac fiducia ſuſcipiendi et perferendi ſunt tanti miniſterii labores. Datae die tertia Auguſti anno MDXLV. in oppido Merſpurg.„ His ſua quique nomina, qui tum acciti praeſentes erant, ſubſcripſere, et eſt res peracta religioſa cum pietate et ſpecie praeclara. Qua indicata, ea pergamus narrando perſequi, quibus poſtea quoque *Philippi Melanchthonis* implicatas conſiderationes, curas, operas, ſtudium, induſtriam fuiſſe comperimus. 1545

§. LXV.

Melanchthonis iter Ratisbonenſe intermiſſum. De Synodo Tridenti congreganda rumores. Reginaldi Poli de cogenda ea conſilium. Friderici Elect. Palatini de vera religione conſtituenda ſollicitudo.

Conuenerat, vt *Ratibonae* aliqui de iis negotiis atque rebus colloquerentur, quae ad religionis ſanctitatem inſtaurandam pertinerent. Huic actioni intereſſe, qui huiusmodi alias prius moderatus fuiſſet, *Philippum Melanchthonem* initio placuerat, literaeque ad ipſum ea de re miſſae, paratum eſſe inſtructumque iuſſerant, vt iter ſtatim, vbi nuncium illius accepiſſet, ingrederetur. Scripſerant amici quoque alii aliud admonendo ſubiicientes. In quibus

1545 quibus leuia pleraque erant, de veſtibus, de commeatu, et ſimilia. Quae cum illi curae cordique non admodum eſſent, aliquantulum indignabatur, in tanto diſcrimine, ſollicitari animos reſpectu ad tam parua, cum praeſertim maiora minus attente conſiderari viderentur. Itaque conſtat tunc reſponſiones ipſius ad quosdam fuiſſe ſtomachoſiores. Sed conſilium iſtud *) de *Philippo Melanchthone* legando praeter opinionem omnium ſubito mutatum fuit. Ipſo quidem haud aegre ferente, multi tamen neque tunc probare, cum maximum periculum impenderet, remoueri *Philippum Melanchthonem*, et poſtea euentui infeliciori cauſſae aliquid hoc dediſſe arbitrari. Itaque qui delecti fuerant cum Lipſiam tranſirent, officii gratia *Philippus Melanchth.* eo vsque proficiſcentes eſt ſecutus. Iam de Synodo indicta, cuius locus *Tridentum* deſignatus

*) Illuſtriſſima aula et Luthero iudicante, parcendum eſſe Philippo, et D. Georgium Maiorem huius loco mittendum, quod quidem non optime cogitatum peſſime cecidit.] Huc adiicere placet, quae Peucer in tract. de ſententia Mel. de S. Coena p. 26. affert: Hoc conſilium Lutheri et Amsdorfii ſuaſu mutatum fuiſſe, rumor erat non obſcurus, quod Melanthoni in controuerſia coenae dominicae diffiderent. Retinebatur igitur praetextu Academiae, quod plus nauare illi ac prodeſſe cenſeretur, quam colloquio. Sed ſapientum iudicia diuerſa erant, qui belli non minimam cauſam conferebant in hoc ipſum, coniecturis non dubiis, quod Melanchthonem Elector Sax. non adhibuiſſet. Nam et in contemtum id ſui ſuorumque et inſtitutae collationis traxit Imperator, et ipſi cauſſae non parum deceſſiſſe exiſtimatum eſt autoritatis et ponderis, quod qui caput Proteſtantium erat, πρωταγωνιστην idoneum non miſiſſet — —

tus eſſet, varii rumores ſpargebantur, et nonnihil 1545
conſultabatur. *Friderichus* etiam *Palatinus*, qui *Ludouico* fratri ſucceſſerat, quod indies magis intelligeret, quo res Eccleſiaſticae prolapſae eſſent, neque poſt longam expectationem opem tam miſere afflictis non modo errore ſed ſcelere et improbitate dominationis iniuſtae, ferri cerneret, ceſſantibus iis, quorum officium erat morbis illis mederi, ipſe ſubuenire rebus laborantibus in ſuae ditioni ſubiectis terris ſtatuit. De quo cum ad *Philippum Melanchthonem* inprimis referretur, cumque non modo abſentis conſilium peteretur, ſed literae etiam mitterentur, quibus ille accerſebatur, ſcriptae clementiſſima et benignitate et humanitate, fiebat, vt ad cogitationes graues de Synodo, non leues iſtae accederent. Atque Synodum illam magis ſpecie quam reuera indictam et inceptam, aliudque ſimulatum aliud cogitatum fuiſſe, cum aliis ſignis deprehenſum, tum adminiſtratione negotii declaratum eſt. *Reginaldus* quidem *Polus* ſtirpis Regiae Britannicus exul, in eorum numerum relatus, quos Cardinales vocant, magna cura conſilioque graui et ex animo, vt videtur, perſcripſit, quid fieri ſeruarique in talibus coetibus oporteret, isque liber nuper adeo eſt editus [c]), ea quae iamdudum non modo nutant, ſed plane ruunt, ſubſternens atque ſtatuens perinde ac certa et firma. Conſultabatur tamen, vt dixi, ab iis, qui inſimulabantur ſeditionis in Eccleſia tanquam Pontificia Maieſtate laeſa et turbata Republ. quid a ſe, vt tali

c) Intelligitur ſine dubio eius liber de Concilio, qui cum alio de Reformatione Angliae prodiit Dilingae 1562. 8. Qui plura de Polo noſſe cupit, adeat b. Schelhornii Amoenit. Hiſt. eccl. et liter. Tom. I. qui a pag. 1. usque ad p. 276. varia vitam et ſcripta huius Cardinalis illuſtrantia ſummo ſtudio collegit.

1545 tali in re agerent, officium videretur poſtulare. Verum tunc quidem non admodum laborioſae deliberationes iſtae fuere, et aliis ad Danubium miſſis *Philippus Melanchthon* in ſua quaſi ſtatione remanere cogebatur, neque concedi illi peregrinatio, nedum migratio. Quibuscunque tamen modis potuit, inſtitutum laudatiſſimum Illuſtriſſ. Principis patriae ſuae adiuuit, cum quaedam conſcribendo d) de forma doctrinae, tum mittendo, qui illi exercendo adminiſtrandoque conſentaneas actiones praeeſſent.

§. LXVI.

Hoc loco interpoſita de ſequentibus praefatione quadam, diuidere et quaſi interpolare continuatae narrationis ſeriem viſum eſt. Vt, ſiquis forte haec cognoſcenda putaſſet, et attentius legendo ſuperiora ſe ſenſiſſet defatigari, tanquam in longiore itinere ſiſteret hic gradum, et pauliſper acquieſceret. Cum praeſertim ea, quae reſtarent, magis quam priora, veluti in ſalebris alicubi haerendi neceſſitatem expoſitioni impoſitura eſſent. Vt mihi ipſi quoque occaſio quaerenda fuerit, qua, ſicut comici ſeruuli quaſi reſpirarem et reciperem anhelitum, quo expeditius reliqua enarrarentur. Peruenit enim iam expoſitionis contextus ad demonſtrationem rerum magnarum et mirabilium, itemque grauium et habentium multiplicem moeſticiam: quae ſtatim, poſtquam Martinus Lutherus *ex hac vita exceſſit, motae ſuſceptaeque et geſtae ſunt, turbasque eas dederunt et facino-*

d) Qui Princeps Fridericus, Ludouico ſuccedens, Palatinatus Eccleſias doctrina puriore reformauit. Compoſuit tunc Melanchthon Conſilium reformandae Eccleſiae Papiſticae pro informatione ad Palat. Elect. Fridericum, quod extat in Mel. Conſil. lat. P. I. p. 586 ſqq. Conf. quoque Henr. Altingii Hiſt. Eccl. Palat. in Monumentis pietatis et liter. P. I. p. 157.

cinora ediderunt, quibus diuina et humana, cum 1546
pernicie maxima, labefactata et conquaſſata eſſe conſtat. Atque audiui ego ante mortem Martini Lutheri *annis aliquot, cum ſermones haberentur de diſſidiis ob doctrinam et ritus eccleſiaſticos factis, viros prudentes et autoritate ſingulari praeditos ſic loquentes, vt oſtenderent, ſe, viuente* Martino Luthero, *nullam ſpem conſenſionis atque pacis concipere poſſe. Et comperi, nunciata morte ipſius, quendam Britannicae gentis dignitate et honoribus praeſtantem dixiſſe:* Arbitrari ſeſe, illo tempore maxime opportuno ad reconcinnandum diuulſa et diſſipata componendum, propitii Dei benignitate, e medio abiiſſe eum, qui impedimento reconciliandae inter alienatos gratiae futurus fuiſſet. *Quanta autem ſit humanarum mentium coecitas, cum contemplandis perſpiciendisque praeſentibus, tum impendentibus et futuris praeuidendis atque conſiderandis, hoc etiam caſu cognitum fuit. Quem enim non pauci primarii viri obſtare tranquillitati ac quieti ſolum opinati fuerant, eo ipſo remoto, maximae demum tempeſtates, et eluuies tanquam aggeribus ruptis foedae extiterunt. Quanquam autem iſta tempeſtas Germaniae potiſſimum oblata eſt, et hanc inprimis illa calamitas peruaſit, non diu tamen poſt incitata ingentium malorum vi alia quoque loca correpta fuiſſe ſcimus, et an non ad aliquos miſeriae etiam deinde maiores pertinere poſſint, haud ſcio an exploratum ſit nemini. Vt non debeat pro nihilo duci eorum notatio atque coniectura, qui ſuſpicati fuere: Quod illo die, quo* Martinus Lutherus *mortem obiit, in faſtis aſcriberetur* concordiae *) *nomen, eo omen tendere, vt concor-*

*) Inde ortum eſt hoc diſtichon:
Cum ſancto cecidit Concordia ſancta Luthero.
Nunc igitur diſcors orbe vagator eris.

1546 *concordiam interiiſſe ſignificari videretur. De quo ſane ſtatuat quisque, quod volet. Quae quidem iis temporibus, in quae incidit* Martini Lutheri *ex hac vita migratio, tractata et mox deſignata ſint, qui animo cogitationeque percurret ac comprehendet, is deprehendet atque comperiet, maiores difficultates et inhumaniores inimicitias, et iras vehementiores, et acerbiora odia deinde cum prodiiſſe, tum pergendo in ſacris profanisque rebus ſtrages edidiſſe eiusmodi, quarum et nunc detrimenta deplorentur, et quas ſecuturae etiam infelicitates animis perturbatiſſimis metuantur. Cum ſint autem liberae de dubiis exiſtimationes, vt alii aliud arbitrari conceſſum eſt, ſic liceat, niſi fallor, putare: Quod ſuperſtite adhuc* Martino Luthero *neque ſuſcepta fuiſſent neque geſta ea, quorum cum ſenſu doloris nequaquam leuis meminimus, et indicia magis quam enarrationes a nobis deinceps referentur. Haecque ipſa, habeo perſuaſum, recordanti,* Inclite Princeps Philippe, *vel de meae deſcriptionis ſubiectione, vel alia quacunque occaſione, illuſtriſſimae virtuti ſapientiaeque tuae excitatura eſſe ſenſus cogitationesque et animi motus varios atque diuerſos: Cui negotia actionesque omnes notae, et cuius in iisdem opera occupata, et exercitatus labor, et pericula verſata ſunt. Etſi autem interea et iracundiae indignatio, et doloris quoque morſus, repetendo et veluti refricando nonnulla, haud abeſſe poterit: vt tamen praeſentibus duris atque aſperis rebus, ſecundum Euripidem,*

Iucunda triſtium ac malorum obliuio,

Sic profecto eodem autore,

Suauis eſt laborum praeteritorum memoria.

Atque abiere ſic pleraque, vt cum magnae quidem iacturae tum naufragia miſera facta, ſed recollectae tamen res atque receptae, et rurſum Reipubl. quaſi naui-

nauigium inſtauratum ſit. Cum quidem neque vexatio interim prorſus intermiſſa ceſſauerit, neque procellae ventorum vehementiorum penitus ſiluerint. Nunc vero id ſcilicet agendum eſt, et illuſtriſſimae tuae excelſitati et caeteris non modo in cauſa coniunctis, ſed quibus patriae omnino et Reipubl. vniuerſae ſalus et incolumitas curae eſt: vt recuperatae tanquam ex deſperato paene morbo ſanitati et retentae vitae tuendae detur opera, et caueatur, ne denuo incidatur in eundem. Sunt autem aegrotationes magis et periculoſae et moleſtae, in quas leuatus ſemel aliquis iterum delabitur. Me ſane de ea ratione diſputare, qua quaſi bona valetudo Reipublicae ſuſtentetur, non decet. Facere tamen, quin moneam, nequeo, quamuis audacter vel temere etiam factum forte videatur: Poſt cultum quidem religioſae pietatis et venerationem Dei aeterni et doctrinae veritatisque coeleſtis ſtudium, nihil magis neque certius non ſolum tentationem prohibiturum, ſed metum quoque malorum ademturum eſſe omnium, quam conſentientium animorum illuſtriſſ. ordinis veſtri ſinceraeque amicitiae neceſſitudinem, et mutuae voluntatis officia, in procuranda communi vtilitate, et caritate patriae praeponenda coniunctioni, propinquitati ſocietatique humanae vniuerſae. Haec affectio et iſtud propoſitum atque ſtudium non poterit non ſimul vera propriaque commoda ſingulorum complecti. Vnde etiam optima ſpes excitabitur, futurum vt ſceleratae audaciae violentae aggreſſiones, et diſſolutae vitae turpitudo coherceatur, et ad grauitatem diſciplinae veteris mores reuocentur. Per quam diligentiam in genus humanum clementia, ſicut per contrariam prauitatem ira Dei aeterni ſolet proferri atque incitari. Atque haec iterum quaſi prolocuti hactenus, ita deinceps reliquum in terris curriculum 1546

1546 Philippi Melanchthonis *veluti per vitae ipſius ſpacium deducendo perſequamur.*

§. LXVII.

Lutheri beata mors. Eius autoritas quouſque trahenda.

His igitur temporibus, quae inchoarent annum Ieſu Chriſti MDXLVI. *Philippus Melanchthon* comes [a]) fuit *Martini Lutheri* in ſuam patriam ad Dominos illius iter facientis. Vnde reuerſis ipſis et proſpera fortuna vſis, cum iterum ſine *Philippo Melanchthone* profectus eodem eſſet *Lutherus*, mortem illic XII. Cal. Martii obiit [b]), ſibi quidem felicem, nam religioſa cum pietate et animo magno ac firmo placide deceſſit, plurimis tamen et potiſſimum *Philippo Melanchthoni* perquam luctuoſam [c]). Non potuit

a) Licet minus commoda vteretur Philippus valetudine. In Epp. ad Camer. p. 541. ita de hoc itinere loquitur: comitatus eram Lutherum ſubito euntem in hoc horrido frigore (menſe Decembri 1545.) ad controuerſias non tam dirimendas, quam audiendas *ἀνδρὸς ἐριστικοῦ καὶ ἡδομένου γοητείαις.* Eſt autem eo iter moleſtius, quia hoc triduo aſſiduos ſenſi cruciatus et quidem interdum atroces, non a calculo ortos, vt initio exiſtimabam, ſed a ſplene multis veteribus doloribus putreſcente.

b) Quo morbi genere vita defunctus ſit Lutherus, Melanchthon docet Append. L. IV. Epp. p. 7. ſic ad Vit. Theodorum ſcribens: Non apoplexia, non aſthmate extinctus eſt, quae mala ſaepe metuimus. Sed humore in orificio ventriculi verſus pectus impulſo ante annum, et nuper in hoc itinere ſenſit initia *λειποθυμίας* — — Nunc ſuperata eſt natura, fortaſſis etiam, quia pectus alioqui magis repletum fuit lentis humoribus.

c) Ad calumniam Ratzenbergeri dicentis, Philippum gauiſum eſſe obitu Lutheri, refellendam loca quaedam ex epiſtolis Melanchthonis addere iuuat. L. IV. Epp.

tuit enim non moerere eo amiſſo, cum quo annis 1546
XXVIII. coniunctiſſime vixerat, et quem ob virtutes eximias colens dilexerat, cuique in perpurganda et illuſtranda doctrina Eccleſiae fidelis ſocius et adiutor fuerat. Facta autem eſt ſupra mentio ſingularis et eximiae amicitiae [d]) inter hos duos. In qua vterque ſcilicet vitia alterius cum noſſet, ita tolerauit, vt quamuis et tempora ad diſtractiones procliuia, et hominum leuitas diſſidiorum cupida eſſet, caueretur tamen, ne ſimultas exiſteret, ex qua alienatio animorum naſceretur, et diuelleretur vſus conſuetudinis ac familiaritatis. Qui autem viros magnos et magna laude praeſtantes, ſi quid in eis vitioſum notetur, culpari putat, is nimis ſplendide de humana conditione ſentit. Solius enim Dei eſt proprium, vt careat culpa, hominum vero natura hoc non fert. Erat *Martini Lutheri* ingenium acre et ſagax. Erat animus ingens et excelſus. Nunquam enim in timiditate et ſocordia, vel etiam fortitudine et ſolertia mediocri, ea egit, quae ſuſciperentur. Excellentes autem homines ſicubi incurrunt, non fieri id ſine quaſi fragore quodam poteſt. Sane lubricum eſſe

 hoc

Epp. Append. p. 7. Non dubito multos honeſtos homines apud vos quoque Lutheri interitu valde conſternatos eſſe. Nam cum fuerit excitatus diuinitus ad inſtaurationem purae doctrinae, optandum fuit, nondum eum ex hac ſua ſtatione et ab hac ſpecula in gubernatione Eccleſiae abduci. L. V. Epp. p. 580. Multae ſunt publicae cauſae, propter quas lugendus eſt interitus Lutheri. Nam cum valeret autoritate, hortator Principibus ad pacem fuit, et multa petulantia ingenia compeſcuit, ne plus turbaretur Eccleſia. cf. quoque Tom. Lugd. p. 117, 118. Lib. III. p. 175.

d) De qua conferendum quoque Io. Alb. Fabricii Centifolium Lutheranum, in quo agit Cap. 156. pag. 436 et 823. de Lutheri et Melanchthonis conſtanti amicitia.

1546 hoc loco veluti iter expoſitionis video. Nam apud quosdam *Martini Lutheri* nomen adeo odioſum eſt, vt auditum execrentur, contra nonnulli in illius dictis aut factis aliquid argui omnino pati nequeunt, et ſi quis hoc facere audeat, eum ſtatim impietatis reum declamitando peragunt. Ego, quae comperi et vera eſſe ſcio, ea commemoranda duxi, neque inuidiam veritus, neque gratiam aucupatus. Qui quidem *Martini Lutheri* autoritatem et nomen ita celebrant, vt ſupra conditionem et modum generis humani non dubitent extollere, iis videndum, ne praeſtantiſſimi atque ſummi viri bonam exiſtimationem tribuendo nimium diminuere, et ſuae audaciae ab illa excellentia praeſidium quaerere videantur. At iſti inſectatores, qui non modo omnia ſcripta illius damnant vt impia et turbulenta, ſed nomen etiam auditum tanquam ominis mali deteſtantur, nunc etiam ſi quid cordis haberent, poterant reminiſcendo conſiderare, quid acerbitate odii et contumacia peruicaciaque aduerſandi et clamoribus veſanis effectum ſit. Quorum enim vulnera ſanandi cauſa attrectantur, eos clamando et obnitendo ſibi ipſis nocere conſtat. Poſſitque his narrari Aeſopica apud Ariſtophanem fabula:

Aeſopus a coena redibat veſperi,
Hunc allatrabat improba et petulans canis,
At ille ad hanc conuerſus, o canis canis,
Hac ſi repreſſa, ait, lingua tua mala,
Panes coëmeres, cor tibi eſſe crederem.

Et iſti, ſi quanta inopia laborarent eorum, quibus religioſam pietatem abundare neceſſe eſt, reuocarent ad animum ſuum, ſique eis curae eſſet, vt ſibi ac aliis ea copia pararetur, quam requirit vitae ſalutisque conſeruatio, ſaperent profecto et rebus communibus ac priuatis conſulerent rectius. Sed (in-

cidit

uidit enim aetas noſtra in fatalis cuiusdam conuerſio- 1546
nis quaſi articulum, cum neque admonitiones quicquam proficiant, et querelis inanibus dolor tantum augeatur) orationem noſtram ab inſtituta narratione recedentem non ſinemus excurrere longius. Et de his rebus ſilentes, vna cum caeteris euentus et ipſos fatales, vt mulierculae apud Aeſchylum ſe facturas aiunt, perferemus. *Martinus Lutherus*, quo tempore diximus, mortem obiit, praeſente infractoque animo et conſtante in ſanctitate religioſae pietatis, reliquitque et ſuis et alienis deſiderium ſui ingens, quamuis aetate graui deceſſiſſet (nam annum omnino LXIII. viuendo eum confeciſſe compertum putatur) qui lugentes et ita tunc exequias funeris cohoneſtandas curauerunt, vt his memoria nominis ipſius quam ſtudioſiſſime et officioſiſſime celebraretur, et magnitudinem doloris ſui gemitibus et lacrimis teſtati ſunt. In quibus *Philippi Melanchthonis* ſtudia atque officia eximiae caritatis facile eminuerunt e).

§. LXVIII.

Conuentus Ratisb. diſſolutus indignante Imperatore. Huius de bello Germaniae inferendo conſilia. Melanchthonis ſuper perturbato rerum ſtatu dolor. Io. Diazii nefanda caedes. Archiep. et Electoris Colon. excommunicatio. Ducum Sax. concordia minus firma.

Sunt autem eae res ſtatim conſecutae, quibus aliquid quaſi remedii ab illo inueniri potuiſſe credebatur, vt tam difficili tempore eum deceſſiſſe magis deplo-

e) Oratio in funere rev. viri D. M. Lutheri recitata a P. Mel. Vit. 1546. 8. ſaepius repetita aliisque huc pertinentibus rebus aucta. e. g. Hiſtoria de vita et actis M. Lutheri bona fide conſcripta a P. Mel. adiecta eſt praeterea de obitu eius breuis enarratio cum oratione D. Io. Pomerani in funere habita, quae nunc primum in

1546 deplorandum eſſe exiſtimaretur. Cum enim conuentus (Ratisbonae) ad Danubium iam ageretur, et inchoatae eſſent diſputationes de controuerſiis Eccleſiaſticae doctrinae, inter eos, qui de illis ſedate et moderate colloqui iuſſi fuerant, praepoſitis etiam viris dignitate et ſapientia praeſtantibus negotio illi, a quibus omnia audiendo cognoſcerentur, et adminiſtrando ordinarentur, neſcio quibus certaminibus exortis, etiam perculſis vana, vt ferebatur, formidine quibusdam, cum eſſent reuocati Saxonici, caeteri quoque his adiuncti diſceſſerunt, et ita collocutiones illae abruptae ſunt, non ſine aduerſariorum criminatione et indignatione praeſidum. *Imperator* autem inprimis factum *) hoc grauiter et iniquo animo tulit, et ad caetera putatur cogitando retuliſſe, quae ad contemtum ſui et maieſtatem Imperatoris minuendam laedendamque pertinere arbitraretur f). Inſtabant huic, qui *Ducem Brunſuicenſem* con-

in latinum ſermonem conuerſa ſunt per Matthi. Ritterum. Franc. ad M. 1562 8. Nouiſſime autem prodiit Vita Lutheri breuiter expoſita ab ipſius collega P. Melanchth. c. annotatt. C. A. Heumanni, Goett. 1741. 4.

*) Diſſolutionis colloquii et conuentus Ratisbonenſis, antequam ipſe Ratisbonam accederet.

f) Non plane a veritate abhorrere credo, quae narrat Caſp. Peucerus in tractatu hiſtorico de Phil. Melanchth. ſententia de controuerſia Coenae Domini p 26. Conſtitutum erat, vt Melanchth. mitteretur ad colloquium Ratisb. Hoc conſilium Lutheri et Ambsdorfii ſuaſu mutatum fuiſſe, rumor erat non obſcurus, quod Melanchthoni in controuerſia coenae dom. diffideret. Retinebatur igitur praetextu Academiae, quod plus nauare illi ac prodeſſe cenſeretur, quam colloquio. Sed ſapientum iudicia diuerſa erant, qui belli non minimam cauſam conferebant in hoc ipſum, coniecturis non dubiis, quod Melanchthonem Elector Sax. non adhibuiſſet. Nam et in contemtum id ſui ſuorumque et inſti-

conquerebantur bello iniuſto petitum, et paternis auitisque terrarum poſſeſſionibus deiectum, interque conatus recuperandi ſua oppreſſum captumque in cuſtodia vel carcere potius detineri, nihil neque lenitate poſtulationis, neque iuſſorum ſeueritate proficiente. Huc accedebat demolitio caſtelli munitiſſimi, quod vicinum vrbi Brunonisſuici tum demum inter actiones liberandi ducem placuerat dirui: Et non paruus cumulus, *Iulii* (*Pflugii*) de Eccleſiaſtico ſolio *Naumburgenſis* Eccleſiae depulſio. Ad indictum quoque conuentum *) non venire ii Principes, quorum ſuſpicioſa erat voluntas in refragando ſententiae Imperatoris. Quibus omnibus irritatus ille induxiſſe putatur tandem in animum et conſtituiſſe ſecum, bello decernere et autoritatem Imperii ſui armis defendere, ad quae ſumenda nullius inſtigatio haſtenus eum adducere potuiſſet. Qui **) autem, iſta occaſione arrepta, Imperatoris iracundiam auxiſſe credantur, et auxiliis ad bellum pollicendis incitaſſe voluntatem, et dubitantem confirmaſſe, et cunctantem impuliſſe (cum et occultius omnia facta 1546

inſtitutae collationis traxit Imperator, et ipſi cauſae non parum deceſſiſſe exiſtimatum eſt autoritatis et ponderis, quod qui caput Proteſtantium erat, πρωταγωνιστην idoneum non miſiſſet, et iudicatum eſt, praematuram reuocationem legatorum, in quam Melanchthon ante Caroli aduentum opinione omnium conſenſurus non fuiſſet, conſilia ab omni pace aliena prae ſe ferre. Quod haec autem animum Imperatoris grauiter admodum commouerint, certorum hominum iudicio cognoui.

*) Proteſtantium Principum praecipui non dignati ſunt conferre ſe Ratiſbonam, ſed Francofordiae ad Moenum conuentum habuerunt, deliberantes de amplificando et confirmando ſuo foedere.

**) Pontificii et cum his alii nonnulli colludentes in vicinia.

1546 ſint, neque diuulgari iſta conueniat, vel etiam multis de cauſſis oporteat) non proferetur expoſitione noſtra parcente hominum perſonis, et refugiente conſiliorum actionumque illarum indignam et inamoenam mentionem, res quoque illa tota quomodo commota, ſuſcepta, geſta ſit, a me non diſſeretur g), hoc praeſertim loco ad enarrandum minus idoneo, atque adeo alieniore. Ad *Philippum* quidem *Melanchthonem*, quae durante adhuc colloquio *) agebantur, relata fuiſſe certum eſt, de caeteris alii in conſilium adhibiti fuere. Affixit tamen iſta clades hunc grauiſſime, cum dolore Reipublicae, tum plurimorum miſericordia, quorum ſalutem et fortunas in periculum vocari iſta horribili rerum perturbatione cernebat. Iudicii quoque ille et ſententiae contentione quadam mirifice angi. Neglectam enim eſſe veram et debitam communium malorum curationem, non erat obſcurum. Quam multa fraudulente et violente tentata deſignataque eſſent, recordabatur. Neque eos, quibus *Imperator* tantopere iraſcebatur, non habere cauſſas non tam aduerſandi ipſi, quam recuſandi quaedam prae ſe ferentia maieſtatis eius imperium, arbitrabatur **). Tum animo voluere crudelitatem ſaeuitiae in excruciandis necandisque

g) Fecit tamen poſtea in libro de belli Smalcaldici origine, progreſſu et exitu, qui inſertus eſt Tomo III. Marq. Freheri Rerum Germanicarum.

*) Diſputationes Theologicae, vt apparet ex Ep. ad Camer. p. 549. 550.

**) In epiſtola quadam ad Nicolaum Buſcoducenſem ita ſcribit: Cumularunt ſibi pericula noſtri Principes longi temporis πολυπραγμοσυνῃ, et auxerunt odia multa non neceſſariis θορυβοις. Noſter (Elector) multos alienat, nec illud Cyri vnquam cogitauit: θηρατεον συμμαχους ἀγαθοις και λογοις και ἐργοις. Mel. Epp. ad Camer. p. 568.

diſque plurimis innocentiſſimis et optimis ex omni 1546
aetate ſexuque et conditione hominibus, qui partim condemnati ſuppliciis atrociſſimis affecti, partim odio immani aduerſariorum paſſim interfecti eſſent, nullius delicti rei, niſi quod non omnia, quae huius ſeculi approbatione gererentur, vſurpare, quaeque affirmarentur vulgo, iis aſſentiri ipſi vellent, ac quaedam etiam reprehendere et culpare auderent. Recens etiam tunc facinus patratum, animos plerorumque exulcerauerat, quod ſuperans immanitatem communium ſcelerum animaduerſionem meritam effugiſſe intolerabile videbatur. Omnium enim vna voce ferebatur, *Hiſpanum* quendam familia *Diaſſium* [b]) et nefario dolo ob diſſenſionem de Religione fratrem germanum obtruncandum curaſſe, ſe aſtante oculosque ſcelerato ſpectaculo ſatiante, et diligentia eorum, qui fugientem inſecuti fuerant, deprehenſum captumque, nihilo minus euaſiſſe, neque tam impiae caedis poenas dediſſe. Iam ſententia Romani Pontificis excludens *Archiepiſcopum Colonienſem* communione Eccleſiaſtica, et functione muneris priuans, quo tenderet, non erant coniecturae dubiae. Haec et alia animo conſideratioreque *Philippi* quaſi luctantia et triſtitia euentus, quemcunque exitum res habuiſſet, nullam viro optimo et Reipubl. amantiſſimo deque Eccleſia maxime ſollicito

b) Melanchthon de hoc perpetrato fratricidio ſcripſit: Ware Hiſtoria, wie neulich zu Neuburg ein Spanier Alphonſus Diaſius oder Decius ſeinen leiblichen Bruder ermordet, 1546. 4. Prolixior vero eſt libellus ob raritatem ſummam inter deperditos fere referendus: Claudii Senarclaei Hiſtoria vera de morte ſancti viri Ioh. Diazii, Hiſpani — — c. praef. M. Buceri, 1546. 8. Quem libellum ob eximiam eius raritatem Dan. Gerdeſius Scrinii antiquarii Tomo VIII. P. I. N. I. inſeruit, atque ne ſitu periret elegantiſſimus liber, efficere voluit.

1546 licito quietem concedebant. Bellum autem procedere videbat, neque apparere auertendi illius rationem vllam, praeſertim, qui pacificando et ſeduli et fortunati ſaepe fuerant, e medio ſublatis duobus Illuſtriſſimis Principibus *Alberto Moguntino* et *Ludouico Palatino*. Nam quicquid hic aut ille vociferetur, hi profecto tanquam aggeres, ne bellorum veluti amnes Germaniam inundarent, obſtiterunt. Ita vndique conſilio opeque Rempubl. ad tranquillitatem retinendam deſtitui, perſpicue cernebatur. Etſi autem talibus temporibus et rebus magis, quomodo ferantur, quae acciderint, cogitandum eſt, quam indulgendum moerori, fieri tamen nequit, quin boni et prudentes cum cauſſis tum triſtitia euentorum magnopere perturbentur. Neque enim ferrei ſunt, vt non moueantur priuatis et publicis miſeriis, et quo attentius omnia intuentur et animaduertunt certius, eo perturbari illos vehementius neceſſe eſt. Non modo autem, quanta pericula ab externa potentia *) imminerent, prudentium conſideratione perpendebatur, ſed in ipſo apparatu belli maximi, quae vel agebantur, vel negligebantur, ea compluresvereri cogebant, quid tandem futurum eſſet. In quibus non erat leuiſſimum inter Saxonicos Principes gentiles i) gratia paulo ante ſic reconciliata, vt verbis quidem illi mutuam beneuolentiam declararent, conſenſio autem animorum firma non eſſet, et offenſionum memoria cauſſaeque ſuſpicionum relinque-

*) Pontificia et Imperatoria.] ſcilicet Hiſpanica et Hungarica.

i) inter Ioh. Fridericum Electorem et Mauritium Ducem Saxoniae. Potuiſſent, ſunt verba Melanchthonis in epiſtola quadam ad Hier. Baumgartnerum Tom. Lugd. p. 124. noſtri mediocribus officiis tueri vicinorum beneuolentiam, ſi cogitaſſent illud Sirachi: ὥσπερ κορην ὀφθαλμȣ τηρησον ἐυνοιαν φιλȣ.

linquerentur. Eos tum initio ſtatim non quidem manifeſte diſtrahi tanquam hoſtes, ſed neutiquam vt ſocios coniungi apparebat. Nunciata autem ſunt hoc anno et alia, quorum tanta eſſet foeditas tantusque horror, vt eis rerum omnium turpis atque terribilis confuſio ac peruerſio portendi videretur. Vt *Andreani* in Scotia Cardinalis *) iugulati interitus. Vt *Mechlinii* miſerabilis, pulueribus tormentorum ictu fulminis incenſis vaſtatio. Nam quae rumoribus vulgabantur oſtenta atque monſtra, ea hac narratione recenſenda non putaui. 1546

§. LXVIII.

Melanchthonis de eccleſiae autoritate liber varia iudicia expertus. Autoris in narratione hac de vita Melanchthonis publici iuris facienda ambiguitas.

Edidit libellum paulo ante haec tempora *Philippus Melanchthon*, quo ſane haud ſcio an nullus extet alius ipſius tam ſimplice libertate orationis compoſitus. In eo de *Eccleſiae* diſputatur *autoritate*, et libris *k*), quos ſcripſiſſent doctores in Eccleſia, quaſi cenſoriae notae apponi videntur. Id quod ab aliis

*) Cui nomen Betonius. conf. Dan. Gerdeſii Hiſtoriae Euangelii renouati Tomum IV. p. 329, 330.

k) De Eccleſiae Autoritate et de veterum ſcriptis libellus. Autore P. Mel. Viteb. 1539. 8. Reimann. in Catal. Bibl. theol. p. 159. hoc de eo fert iudicium: Breuis ſed planus ac plenus ac expectationi lectoris ſatisfaciens, ac vel eam ob cauſam in eximiis habendus, quia primus eſt Autor e Proteſtantium numero, qui de Scriptoribus eccl. catalogum adornauit hiſtorico-criticum. Hunc Melanchthonis libellum confutare aggreſſus eſt Io. Cochlaeus in Philippica quinta, 1540. 4. in qua Eccleſiam Luthericam ſic deſcribit: eſt grex hircorum, caprarum et haedorum, qui in nouiſſimo iudicio ſtabunt a ſiniſtris aduerſus paſtores ouium —

Sunt

1546 aliis aliter acceptum eſſe ſcio. Neque ego nunc de iis dicam, qui, quoties minus clementer attinguntur eorum vlcera, vociferantur atque clamant immoderate: cum quidem medicinae leniori ipſi locum iam non eſſe intelligant, et ſecandi vrendique tamen cruciatus reformident. Hos igitur talibus diſputationibus et iſto libello offenſos fuiſſe mirandum non eſt. Verum ego ex aliis quoque, in quibus eſſent neque a cauſſa alieni, et erga *Philippum Melanchthonem* affecti haud male, audiui, cum de eo libello ſic loquerentur, vt illum aperte reprehenderent, tanquam audacius facientem iudicium et nimis fidenter pronunciantem de iis rebus, quarum hominis priuati et vnius, quamuis ſapientis atque docti, cognitio non eſſet. Ac memini ab vno prae caeteris notatum, tanquam propemodum temere ibi poſitum: *Veterum quosdam aliqua minus diſerte expoſuiſſe, cum ſentirent commodius:* quaſi illi accuſarentur vt infantes atque indocti. Verum enimuero, neque *Philippus Melanchthon* magis ſententiam ferre pronunciareque illa tanquam iudex videtur, quam indicare potius quaſi monitor et hortator, vt in omnium libris legendis, quorum humana autoritas eſt, meminerit aliquis ſibi verſandum circumſpecte et attente. Quod ad elocutionem vero attinet, id tale ſcilicet eſt, vt, ſi ſtudium bene et proprie loquendi perpetuo tanquam caſtae virginis pudicitia cuſtodiretur, nihil opus eſſet iſtiusmodi admonitione. Nunc formam ſermonis toties mutatam, et diuerſis locis temporibusque tam diuerſum vſum illius videmus, vt ſit omnino, quid a legentibus quique ſcriptores intel-

Sunt itaque inordinata colluuies, confuſum chaos, fraternitas ſine Epiſcopo, plebs ſine praepoſito, grex ſine paſtore, rebellium conſpiratio. In qua nec Chriſtus antiſtitem, nec eccleſia gubernatorem, nec Deus habet ſacerdotem.

intelligi voluerint, conſideratio neceſſaria. Vt autem vita moresque alii aliam orationem exprimunt, ſic etiam orationis mutatio vitae morumque affert conuerſionem. De quibus, eſſet enim cum longum tum alienum, res in praeſentia explicanda non eſt. Eſt autem hoc expectandum plane vniuerſis, qui proponi ſui cuiuscunque modi operis quippiam in publicum voluerint, vt non eadem omnium de illo ſententia feratur, cum ex conuiuis ad vnas epulas inuitatis, *tres ſaltem diſſentire* Poëta affirmet: 1546

Poſcentes vario multum diuerſa palato:

Vt qui fortunam hac in parte ſubire nolint, et nimis illius quaſi rotam pertimeſcant, eos optimum atque conſultiſſimum ſit, nihil proferre neque edere, ac, ſi quieſcere omnino nequeant, quin aliquod artis ſuae, quam didicere, opus elaborent, continere domi iſtud, et ſecundum praeceptum veteris tibicinis: ſibi canere et Muſis. Id quod mihi quoque ſcribenti iſta ante oculos inque animo fuit, qui cernerem, quanto cum periculo, vt communis omnium fieret lectio, hanc narrationem emiſſurus eſſem. Itaque ſaepius in hoc deſcriptionis labore manus ſublata eſt, et de opere tandem abſoluto conſilium edendi adhaeſit. Venit autem mihi in mentem eius inprimis, quod grauiſſimus autor Plato ſcripſit; qui arcana naturae, et ea quae ſola animi intelligentia comprehendi poſſunt, (ipſe νοητὰ vocat) nequaquam mandanda literis ſcriptisque peruulganda cenſet, ſed memoria cogitationeque retinenda, et contemplando apud ſe ſemper et diſputando cum iis, qui ſtudio eodem teneantur, agitanda eſſe. Atque ego non ſemel et de his ſimiliter cogitaui, vel toto hoc ſcriptionis labore ſuperſedere rectiſſimum, vel certe nonnulla, quae in noſtro ſcripto enarrantur, reticuiſſe me et preſſiſſe ſilentio, melius eſſe, vt et nullum

in

1546 in diſcrimen veniremus, et cum iis tantum, quos conſtaret veritatem, religionem, pietatem, virtutem, doctrinam ſapientiae, ingenuas artes, eruditionem literarum diligere et magnifacere, haec diſſererentur, et recordando quaſi ventilarentur. Sed vicit cupiditas mea proferendi in medium atque lucem omnia, cum praeſertim indies eorum familiarium numerus, quibuscum iſtiusmodi ſermones haberi commode poſſent, minueretur, et bona vel non mala ſaltem ſpes eſſet, compluribus non modo iucundam ſed vtilem quoque fore lectionem ſcripti iſtius. Et ideo propter aliorum vel leuitatem vel etiam improbitatem, hos aut voluptate aut fructu cognitionis huius fraudandos eſſe non putauimus. Atque vt verum fatear, confirmato animo contra reprehenſores et maleuolos, opinionem mihi valde arridentem libenter amplexus ſum, vt arbitrarer mihique perſuaderem: bonis omnibus communicatione horum me rem gratam facturum eſſe, vtque ab illis bonae exiſtimationis de me et ſtudiis meis quaſi praemium, videretur neutiquam eſſe deſperandum *). Cum quidem tam hebes non eſſet acies mentis meae, quin praeuiderem, pro ſua quemque affectione et ſententia, haec aut illa probaturum improbaturumue eſſe, neque defore, qui de aliis aliquid criminis inferrent, de aliis ſuſpiciones concipiendo me accuſationibus occultis verberarent. Quae cuncta permittens Deo aeterno, diligenter et fideli-

*) Hinc Camerarius L. VI. Epp. famil. p. 24. Vera proſecutus ſum, et ita haec expoſui, vt attendentibus fructus aliquid allatura eſſe ſperarim, diſputationibus quibusdam inſertis, neque alienis ab inſtitutis narrationibus, et congruentibus noſtrae aetatis negotiis atque rebus. Quae tamen non placebunt omnibus. Et ὀυδὲν θαυμαστὸν, ſecundum Theognidem, ὀυδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς ὀυθ' ὕων παντας ἀνδάνει, ὀυτ' ἀνεχων.

fideliter expoſitionem iſtam perſcriptam confidenter 1546
neque periculum pertimeſcens vllum edidi, profuturam, vt exiſtimabam, vel poſteris, ſi ad hos, ita Deo aeterno volente, perueniſſet.

§. LXX.

Michaelis Comitis Wertheimenſis et Chriſtophori Baronis a Limberg bona indoles; aduentus et ſtudia in Lipſienſi Academia. Io. Crato eiusque ſtudia.

His annis ex Franconicis ordinibus nobilitatis antiquae et valde celebris generoſus *Comes Berthamenſis Michaëlus* *), Georgii filius, Michaëli nepos, vna cum auunculo ſuo, familiae Limpergicae et ipſius perantiquae et nobilis generoſo Barone *Chriſtophoro*, Vuittenbergam venit, et inde huc ad nos ſeſe contulit. Quorum nomina vt huic narrationi infererem (cum et Illuſtriſſ. Principum et eorum qui Generoſi Comites, et, neſcio vnde, Barones appellantur, maximus numerus tum Vuittenbergae longiore aut breuiore tempore degendum putarit) ea me mouerunt, quae mox dicentur. Sane Comitum Imperatoriorum eſſe eam dignitatem dubium non eſt. Nomenque iſtud Graeci quoque retinuerunt. *Barones* autem ſuſpicari fortaſſe liceat, appellatos olim fuiſſe eos, qui apud Imperatores et Reges prae caeteris liberaliter et bene inſtituti pari quadam exiſtimatione et honore cenſerentur; ob virtutis ſtudia atque actiones. Cuiusmodi in regno olim Perſico fuiſſe eos accepimus, qui ὁμότιμοι et ὅμοιοι appellarentur. Niſi alterius forte linguae iſtud nomen eſt. Germanicus quidem hos ſermo ingenuos ſeu liberos Dominos vocat. Sed de hoc vnusquis-

*) In Io. Stigelii Poematum Vol. II. Lib. II. extat Elegia XXI, ad Michaelem hunc, qua monet, vt doctrinam coniungat cum generis ſplendore.

1546 quisque licet comminiſcatur atque teneat, quod libuerit. Comitis ſane *Michaëli* et Baronis *Chriſtophori* in pueritia adhuc valde tenera et primis annis, ea indoles animaduertebatur, qua nulla eſſe poſſet melior. Modeſtia erat ſumma. Ad Deum et homines pietatis ſtudium, non ita vt ab inſtitutione in caeteris pueris interdum eminet, ſed ſuapte incitatione admirabile. Veneratio et caritas praeſtantum ſapientia virtuteque et doctrina virorum ſingularis, inprimis eius, quo Magiſtro *) vtebantur, cuius nutus etiam obſeruabant, et quem immitiorem quoque ac duriorem non modo non auerſari illi, id quod fieri plerumque ſcimus, neque ab eius vſu conſuetudineque refugere, ſed cum requirere abſentem, tum praeſentem habere in oculis, atque colere non ſecus ac patrem. Quod certiſſimum ſignum notabatur naturae in ipſis optimae, et animi humani atque manſueti. Itaque omnes praeclaram de eis ſpem concipere: fore vt vna cum aetate virtutis in illis eximia pulchritudo, et ſplendor ingens conſpiceretur et eluceret. Nemo non illos admirari atque laudare, ac de eis omnes vno ore omnia bona dicere, gaudere aſpectu ipſorum, conuictu laetari. Ingenium autem in Berthamenſi Comite erat ſuauius et ad ſtudia literarum atque ingenuas artes videbatur eſſe aptius. Vtebatur apud nos hic doctore Dialectices et exercitationum dicendi, inſtituto Magiſtri ſui, *Iohanne Cratone* Vratislauienſi, iuuene et ingenioſo et docto atque erudito. Qui poſtea in Italiam profectus, cum Medicinae arti perdiſcendae operam daret, hoc conſecutus eſt, vt a praeſtantibus ea facultate viris et Profeſſoribus artis praecipuis non modo fauorem et caritatem, ſed admirationem quoque et laudem adipiſceretur. Inprimis

*) M. Schaubio, ni fallor, et M. Eſromo Rüdingero.]

mis *Montani* diligentem aſſiduumque auditorem at- 1546
que diſcipulum ſe praebuit. Cuius celeberrimum nomen edendis dictatis praeclaris illius, reddidit ipſe illuſtrius. Sed doctrina virtuteque eius indies magis eminente, cum ab aliis multis expeteretur coniunctio et vſus huius, primum ſuae patriae inſeruiendum eſſe honeſtiſſima ſententia cenſuit. Vnde poſtea abſtractus alio, dignitate et honoribus auctus amplificatusque eſt *). Habuit autem gloria, vt fit, comitem inuidiam, quae ſecundum Poëtam ſumma petit, perhibeturque coeca, quod obtrectando virtuti, et corrumpendo honores atque praemia ipſius, ſibi illa quidem aliquid commoditatis quaerat, ſed plerumque peius noceat quam aliis. Eſt enim ea haec beſtia, quae ſeipſam arrodendo conſumit, ſuppliciumque, vt ait Poëta, ſuum eſt. Verum de *Cratone* et multas alias ob cauſſas, et quod de noſtratibus hominibus, qui adhuc viuerent, ſtatuerim meas praedicationes minus effuſas atque verboſas eſ-

Q 2 ſe

*) Caeſarum Ferdinandi, Maximiliani II. et Rudolphi Archiater.] confer de eo Adami vitas Germanorum Medicorum p. m. 261—277. Non poſſum, quin hoc loco pauciſſimis mentionem faciam epiſtolae cuiusdam Melanchthonis d. 21. Martii 1559. ad Cratonem exaratae, quae extat in Peuceri tractatu hiſtorico de P. Mel. ſententia de controu. Coenae Domini p. 47. et Mel. Conſ. lat. P. II. p. 384. quae a quibusdam conficta habetur. Ideo Oſiander in Epitome Hiſt. Eccl. Cent. XVI. p. m. 704. ita de illa ſcribit: Caluiniſtae hoc anno (1560.) typis publicis euulgant epiſtolam a P. Melanchth. ad I. Cratonem Caeſareum Medicum ſcriptam, qua conati ſunt, ſimplicioribus perſuadere, ipſum Lutherum etiam ad Caluiniſmum inclinaſſe. Sed impoſtura illa ex concionibus, quas Lutherus paucis ante mortem ſuam diebus in patria Islebia habuit, ita luculenter fuit confutata, atque in lucem producta, vt illos ipſos impoſtores haud dubie impoſturae ſuae puduerit.

1546 ſe debere, plura modo dicenda non putaui, cum plurima commemorari potuiſſent, quibus merita laude celebrarentur cum aliae virtutes ipſius, tum experientia, ſtudium, induſtria, et eruditae doctrinae copia. Vt igitur paulisper ad Berthamenſis Comitis mentionem redeam, huius quoque gratia *Philippus Melanchthon* interdum huc ad nos veniebat. Erat enim eius erga illum affectio amoris praecipua, et expectatio ſumma futurae gubernationis, quae in ipſum vnicum heredem illuſtris generis et nominis vna cum poſſeſſione terrae Berthamenſis, incumbebat. Quapropter immatura mors ipſius (quam obiit coniunx quidem ille, ſed neque relicta ſobole, quae ipſi ſuccederet, et aetate adhuc admodum iuuenili) a nobis omnibus deplorata eſt, et ſunt ei iuſta facta doloris acerbi, Reipublicae potiſſimum reſpectu, cui illud praeſidium vel certe ſubſidium tam difficilibus rebus et dubio ſtatu, de improuiſo eſſet ereptum. Verum iam poſt hanc quoque digreſſionem, reducatur tandem ad inſtitutum argumentum oratio, et prioribus reliqua adiungantur.

§. LXXI.

Bellum Germanicum editis libellis magis excitatum. Melanchthonis conſilia de modis, quibus iſtud poſſet reſtingui.

Bellum igitur illud, de quo verba facere coeperamus calamitoſum et infelix, inſtar tempeſtatis maximo impetu coortum incitari, et ſcriptis *) quibusdam

*) Fulmine proſcriptionis a Caeſare vibrato et noſtrorum Principum atque Theologorum valde contumelioſis reſponſionibus.] Innumeri fere tunc temporis libelli in Caeſarem quoque ipſum ſumme contumelioſi prodiere, ex quibus modo ſequentem recenſere placet: Ewiger, Goettlicher, Allmechtiger Maieſtat Declaration wider Kaiſer Carl, cuius auctor erat Georgius Maior.

buſdam editis odia alienationesque fieri maiores. 1546
Qui mos nequaquam bonus iam vſu erat confirmatus. Nam vbi aliqui ſe iniuria laceſſitos arbitrabantur, mox prodibant libelli et inceptum cauſſamque defenſitantes, et aliorum audaciam atque vim accuſantes, quibus non modo probra contumelioſe, ſed inſectationes quoque minaciter ingerebantur. Idque quod exemplo fieret, iure iam fieri putabatur, et hoc modo caueri ſuae quisque exiſtimationi bonae et honeſtati nominis cenſebat. Ego vero ex viro noſtrae aetatis prudente et verſato in grauiſſimarum rerum tractatibus, id audiui commemorante patris ſui ſermones, quod ſcriptum eſt eadem prorſus ſententia in Plutarchi Timoleonte, hoc ferme modo: *Plerique eo ſunt ingenio vt maledictis grauius quam malefactis offendantur.* Iniquiore enim animo contumeliam ferunt quam damna. Seque manu defendere in bello conceditur, vt neceſſarium, conuiciorum autem petulantia de ſuperuacanea et nimia improbitate et odio exiſtere putatur. Sed, quod pace dicatur patriae, haud ſcio an non cum hac in parte, tum aliis plurimis, externi mores inuecti conſtantiam et grauitatem veterem gentis diſſoluta vita et corruptis moribus quaſi eneruarint. Nam cum ſuas virtutes minus iam admirarentur, propriaque bona tuerentur noſtri homines negligentius, placeretque eis fucata magis quam naturalis ſpecies, non dubitarunt ſeſe alieno nitore quaſi oblinere, vitiaque ſua tanquam morbum, indulgendo cupiditatibus, fouere, donec ſanitatem paene perdiderunt, et ab integritate praeſtantiaque maiorum ſuorum prorſus receſſerunt. Non modo cladibus ſane ingentibus, ſed impetus ſaeuitia quadam, et triſtitia adminiſtrationis, denique rebus modisque omnibus bellum hoc horribile fuit. De quo poſtea cogitantibus nonnullis ſcio in mentem veniſſe et fuiſſe in ore

1546 verſum oraculi, cuius ſententia eſt: *Plorare victos, perire victores.* Diſſipatis copiis, quae contra *Carolum* imperatorem Romanum fuerant contractae et eductae in expeditionem, quaedam illarum pars *) in has regiones retracta nouum bellum inchoauit, quam veluti incendii flammam inopinatam, qui reſtinguere noluerunt, cum poſſent, aut furorem illius aluerunt etiam, iis quae gratia debeatur a nobis dici non eſt opus. Non defuere ſane Principes aliquot, inque iis Princeps Elector *Ioachimus* Marchio Brandepurgicus, qui pacificationi ſtudioſe operam darent [l]). Hanc etſi primum odio et iracundia flagrantibus animis ſimpliciter reſpuerunt **), poſtea tamen eo peruentum aſſiduitate eſt, vt non multum abeſſet, quin reconciliata gratia inter diſſidentes, efficeretur, ne tam lacrimabiles caſus et euentus indigni ſequerentur, neue eo res euaderet, vt nullus iam locus eſſet vel conſilio vel auxilio. *Heſſiaci* quo-

*) Duce Mauritio occupante paulatim Electoris Sax. oppida.

l) L. II. Epp. Melanchth. p. 132. Marchio Elector hinc heri profectus eſt, vt de pace agat, ſed ne ipſe quidem ſperabat Aiacem (Mauritium Duc. Sax.) ad pacem flecti poſſe, qui confidat Caroli et Ferdinandi auxiliis. Macedonem exiſtimant ſibi conſulturum eſſe. Et in Electoris caſtris proditiones metuuntur. Camerarius vero L. VI. Epp. famil. p. 128. Studet Princeps Elector in Marchia agere pacificatoriam perſonam in hoc tam exitiali bello, qui et ipſe hic (Deſſauiis) haeret diem tertium. Sed adhuc parum proficit, et mihi fata repugnare his actionibus uidentur. Sane perſpexi in hoc ſummam cupiditatem ſuccurrendi patriae tam grauiter laboranti. Quid autem in tanta irritatione, ira, odio, peruicacia partium perficere vel ille vel alius quiuis poſſit, non video.

**) Elector et Mauritius.

quoque legati *) ſtatim initio tentarunt, poſſentne 1546
intercedendo belli impetus auerti, et cum laborantibus rebus ſuccurri tum malis, quae impendere non eſſet dubium, miſeriisque futuris occurri. Memini communicatis his cum *Philippo Melanchthone* et quibusdam ſcriptis, quibus conditiones quaedam pacificationis quaſi informarentur, ei oſtenſis, petitum eſſe, vt ſuam ſententiam et ipſe indicaret: eumque reſpondiſſe: *Caput ſibi videri omnium, vt Imperator placetur. Ad quam ſpem ante cuncta neceſſarium eſſe ſe arbitrari, vt Principes aduerſarii Caeſari fiant ſupplices. Tunc,* inquit, *petetur ſcilicet, vt foedus inter ipſos et ciuitates ictum diſſoluatur. Hoc aliqui donec poterunt, fortaſſe impedient. Sperare quidem ſe* aiebat, *deprecatione aliquorum Principum a Caeſare pacem impetrari poſſe, ſi debita reuerentia omnium res agatur.* Erat in conditionibus, quarum paulo ante mentionem fecimus: *Ne doctrina contraria et exploſa deinceps damnaretur aut exagitaretur, ante cognitionem legitimam. Ad hoc obligari neque debere neque omnino poſſe cenſebat vllos. At ſi expreſſe poneretur: Nullos Principes aut ordines turbare velle ditiones Epiſcoporum, aut aliquid eis adimere, aut nouo onere onerare, credo* inquit, *ita Caeſarem placatum iri.* Erat et hoc in illis conditionibus: *Diſcerni cauſas profanas et doctrinae veritatem oportere: Id ſapienter et recte cogitatum poſitumque eſſe* dicebat. *Nam inconcinne quaedam permiſta eſſe multos perhibere, et, ſi profana explicarentur atque componerentur, vt verbi cauſa cum Duce Brunſuicenſi controuerſia, ſperare ſe hoc plurimum momenti ad mitigandum Caeſaris animum habiturum.* Sed haec tunc fruſtra ſuſcepta et tentata ſunt.

*) Vide Melanchth. Epp. ad Cam. p. 560.

1546

§. LXXII.

Lipſia oppugnata a copiis Electoris Sax. Is ad Mulbergam captus in Caeſaris poteſtatem peruenit exercitu eius profligato. Prodigia tum viſa. Dan. Stibari cum Melanchthone amicitia.

Oppugnata eſt *Lipſia* et defenſa aduerſus vim tormentorum, cuius neminem audiui qui ſimilem ad vrbem vnam adhibitam cognouiſſe ſe diceret *). Praeſidio autem *Vittenbergae* impoſito, iam plerique ordinis ſcholaſtici m), tanquam parum opportuni incolae illo tempore, abſceſſerant, errabantque paſſim in Saxonicis fere regionibus, aliquibus perbenigne eos recipientibus, cum nonnullis parum gratus eſſet aduentus illorum. Paulo poſt, nam proximo anno Chriſti MDXLVII haec ſunt geſta, et *Rochlicii* **) deiecto praeſidio, cui *Albertus*, Caſimiri filius, *Marchio Brandepurgicus* praeerat, ipſoque capto, Imperator inuitus, vt perhibebatur, acceſſit cum exercitu altero, et *Iohannes Fridericus* vel minus cautus nimisque ſecurus in tam arduis negotiis atque rebus, vel aliorum conſiliis rationibusque inductus, vel quocunque tandem pacto, celeritate et vigilantia et feruore quodam aduerſariorum, *Mulbergi*, quod eſt oppidum ad Albim fluuium, vltra quem traductis ſuis illic caſtra locauerat, oppreſſus victusque, et ipſe fuſo, profligato, caeſo exercitu, fortiſſi-

*) Camerarius L. VI. Epp. famil. p. 227. Lipſia dicitur acerrime oppugnari, ac fuerunt, qui affirmarent heſterno die hic exauditos ſonitus tormentorum interuallo paſſ. XXX. M.

m) Intimatio, qua Studioſi dimittebantur, extat Tom I. Scriptorum publ. Witt. p. 183. Quidam ex Profeſſoribus Magdeburgam ſe conferebant.

**) Epiſtolas quaſdam de hac pugna ſubieci commentationi meae: Ehrenrettung Melanchthons wider Herrn Profeſſor Hauſen.

tiſſime dimicans, neque a ſuis recedens, vulnere- 1547
que aduerſo grauiter ſaucius, ita captus in poteſtatem *Caroli* Imperatoris venit. Auditum eſt poſtea Imperatoris *Ferdinandi*, qui tunc in exercitu, et deinde fratris *Caroli V.* ſucceſſor fuit, honeſtiſſimum teſtimonium virtutis et conſtantiae Principis huius, interque alia et hoc: *Si omnes, quos ſecum ille tunc habuit, tam fortiter atque ipſe dimicare, et ſuſtinere animo praeſente hoſtilem impreſſionem, et vim repellere voluiſſent, vix futurum fuiſſe, vt eo ille die ſuperaretur atque caperetur.* Fuit eo die, quo praelium iſtud commiſſum eſt, et ante illum paene tribus, ſolis tetra facies, impediente lumen et eminentiam radiorum denſo rubore, qui et in tectis aedificiorum et parietibus cum omnium intuentum ſtupore quodam relucebat. Ego qui tum et ipſe vt mei gregis plerique cum familia vagabar, illo tempore *Vuurcepurgi* eram, quo me poſt peregrinationem longam et iniucundam contuleram ad praeſtantiſſ. dignitate, virtute et ſapientia *Danielum Stibarum* [n]), mei amantiſſimum, cuius et tunc et aliis temporibus meis nobili viro dignam fidem, et erga me benignitatem ſum expertus, et rebus caeteris, et in hoſpitio domeſticoque vſu ipſius, cuius tum fructum cepi, quamdiu mihi, non illi libuit. Nam mirifice me retinere diſcedentem nitebatur. In hac mentione fui longior, (cum D. *Stibari* meritas laudes alibi extollere et coniunctionem amicitiae noſtrae non ignorari ſtuduerim) quod noſtrum ordinem et genus ſcholaſticum a quibusdam, qui ſtantes coluiſſent, iacens et proiectum non admodum fuiſſe ſubleuatum compererim. Sed ita fieri ſolere ſcimus, vt diligantur

n) Canonicus erat Herbipolenſis liberalium artium valde peritus, quem Eraſmus, Melanchthon et Camerarius ob ſtudium litterarum carum habebant, quod ex litteris ad eum datis, quae adhuc extant, patet.

1547 felices, miſeri deſerantur. Ego igitur tum non optima valetudine vtente D. *Stibaro* in cubiculo ipſius prima nocte eandem ſpeciem quaſi tinctam ſanguine conſpexi lunae, iisque qui aderant, demonſtraui, vna mecum admirantibus colorem illum in luna, quae quadrati in circulo lateris ſpatio paene a ſole abeſſet, globo propemodum dimidiato, quando illa inſigniter colorari non conſueuit. Haec minus apta huic argumento videri, vt opinor, non debent. Cum enim inſtituta ſit de *Philippo Melanchthone* narratio, quid temporibus ipſius acciderit, quod et ab illo conſideraretur notareturque inprimis, et eum afficeret atque exerceret, indicandum eſſe ſum arbitratus. Quibus narrationibus ſi inſeruiſſem interdum aliquid de me, neque hoc alienum aut abſurdum viſum iri ſperaui. Cum haud ſcio an nihil aliud ei curae cordique vnquam, ex quo inter nos amicitiae vſus coepit, diſcedenti illi quidem a domeſtica neceſſitudine, aeque fuerit, atque ego et res meae. In quo tamen eum ſeruaſſe nos modum intelligi confido, vt attingendo omnia haec perſtringerentur, non differerentur explanando.

§. LXXIII.

Philippus Haſſiae Landgr. Halenſi carceri a Carolo V. includitur. Melanchthon Serveſtae commoratur et in his turbis tanquam nauis procellis ventorum et fluctibus maris iactatur.

Philippus Melanchthon in hac quaſi tempeſtate tectum ſubiit oppidi *Zerbeſtani*, quod eſt ditionis Aſcaniae. Cuius Illuſtriſſ. domus clementiſſimam benignitatem, quae et ipſa tum in diſcrimen non mediocre veniebat, perpetuo ille ſenſit. Atque ſcimus non minori curae fuiſſe Principibus illis ſalutem incolumitatemque *Philippi*, quam ſuae dignitatis fortunarumque conſeruationem. Cum in Saxonia

nia debellatum, et res illae ex Imperatoris *Caroli* 1547
ſententia atque voluntate, itemque Bohemica negotia pro Regis *Ferdinandi* arbitrio compoſita perfectaque eſſent, *Philippus Landgrafius* in Haſſia, ſumma cupiditate vbique ſtabilis et certae pacis, autoribus potiſſimum Princ. Elect. *Brandepurgenſi* et Duce *Mauricio* genero ſuo, ſeſe et ipſum deditione facta Imperatoris fidei permiſit et ad Imperatorem accerſitus, in vrbem Saxonicarum Salinarum (Halam), ibidem, (quod neque ipſe tum metuebat, neque quisquam fuerat ſuſpicatus ex iis, qui pro illo deprecati perſuaſerant ipſi, vt clementiam potius Imperatoris ſemel, quam iterum vim et arma experiri vellet, quique ſane cunctantem eum in tales anguſtias deduxerant) in cuſtodiam datus o) et duriter habitus parumque liberaliter humaniterque tractatus eſt. Quae ſic inſtituta, conformata, acta eſſe, credibile eſt, poſtea aliquos poenituiſſe, qui vel ſuaſere, vel adminiſtrarunt, vel etiam geſſerunt. Verum de his et aliis, quae tunc bello confecto conſulta factaque fuerunt, ne vel indicii cauſa, ſicut de aliis, verba faciendo eſſem longior, per mihi multa obſtiterunt, ſed omnium maxime dolor et moeſtitia animi in recordatione eorum, quae cum non poſſem in veritatis commemoratione, ordine et recte eſſe facta perhibere, ne criminando tamen exagitarem, aut quamuis leniter reprehenderem, pudoris mei eſſe cenſui, et, quid adeo vel iucundi vel fructuoſi habiturae eſſent narrationes iſtae, non ſane videbam. In hoc motu ferebatur tanquam nauis procellis ventorum optimus vir *Philippus Melanchthon* et ea audiebat, cognoſcebat, cernebat, habebatque

o) Optime de hac captiuitate commentati ſunt Mogenius, Bachmannus, et Riederer: priores in ſcriptis peculiaribus, poſterior vero in den nützlichen Abhandlungen aus der Kirchengeſch. P. I. p. 33 ſqq.

1547 batque etiam in manibus, quibus grauiſſimae curae maximaeque anxietates et dolores ſummi cum ingentibus laboribus ipſi imponebantur, adeunti interea et vitae pericula, et facultates conſumenti, quod ſine vlla parſimonia et paene ratione tribueret et largiretur, quicquid habebat ac corradere potuiſſet, egentibus aliis. Ita ille et in naufragiis rei familiaris et difficultatibus comitatus, et vario multipliceque metu non tam de ſe et ſuis quam alienis, qui ſe ad eum applicuerant, tanquam fluctibus maris iactabatur.

§. LXXIIII.

Imperator Noribergam petit, erga omnes clemens et aequus. Vitus Theodoricus arthriticis doloribus fractus moritur.

Confecto bello in Miſnia Imperator *Carolus* per Salinas Saxonicas et Pabepergam iter faciens cum omnibus copiis *Norimbergam* peruenit. Atque illac cum traduceretur victor exercitus, tota vrbs araeque et foci, vtque dicitur, diuina ac humana in poteſtate *Caroli* fuere. Quosdam ſane ex ordine Eccleſiaſtico *p*) metu tum valde debilitatos fuiſſe conſtat, qui belli tempore liberius ſe locutos, et ſcribendo literasque mittendo fuiſſe incautiores non ignorarent. Ii etiam ſermonibus quorundam magis exterrebantur, a quibus et pericula augeri verbis, et admonitionis ſollicitudine animis perculſis trepidatio formidoque maior incuti. Erat tum illa in vrbe habendis ad populum concionibus celebris *Vitus Theodoricus* *q*) ciuis ibidem. Hic a primis adoleſcen-

p) Inprimis Oſiander et Vit. Theodorus omnia timebat. Inde Mel. ad Ge. Maiorem L. V. Epp. p. 349. Carolus Imp. nunc conatur Oſiandrum et Vitum expellere ex Eccleſia Noribergenſi.

q) Confer, ſi placet, meine Nachricht von dem Leben und Schriften Veit Dietrichs, Altd. 1772. 8.

leſcentiae annis magnam partem aetatis Vuittenber- 1547
gae in ſtudiis piis ac liberalibus abſumſerat, perfeceratque diligentia, obſeruantia atque induſtria ſua, vt praecipui in illa Academia, et Eccleſiaſticae ſcholaſticaeque rei capita, cum expeterent vſum familiaritatis ipſius tum valde eum diligerent. In patriam autem reuerſus et vxorem duxit, et concionum mandato munere ſic functus eſt, vt ad ipſum audiendum concurſus fierent multitudinis tantae, quantam omnino templum, vbi verba facere ſolebat, caperet. Affligere eum morbus celeriter coepit, in quo acerrimos cruciatus artuum perpeſſus eſt. Cumque recuperandae ſanitatis cupiditate variam opem a medicina peteret, et tandem aquas natura ſua calidas placuiſſet experiri, ita paulo poſt mortem obiit. Sed illo tempore aeger, pedibus adeo eneruatis vt ingredi non poſſet, ſibi quoque ne quid accideret grauius, magnopere timebat. Confirmatus tamen et ipſe a ſe, et amicorum oratione, quamdiu in illa vrbe Imperator manſit, neque conſpectum deinde vitauit vllius, neque aditu quenquam prohibuit, et fuit animo praeſente atque magno. Sed ab Imperatore *Carolo* erga neminem vllius ordinis, loci, generis mortalem, conſultum factumue eſt quicquam, quod non modo manifeſtae acerbitatis dolorem, ſed querelae etiam occultae deplorationem haberet. Quamuis, vt ferebatur, non deeſſent, qui Imperatorem, vehementer inſtigando, conarentur eo impellere, vt illa occaſione vtens exemplum ederet in ciuitate praecipua iuſtae irae et congruentis tempori ſeueritatis. In quo quidem compertum eſt, non tam exiſtimationi et rationibus Imperatoris proſpectum conſultumque aliquos voluiſſe, quam ſuum emolumentum commoditatesque priuatas quaeſiuiſſe. Verum Imperator, quemadmodum diximus, neque ipſe quicquam egit aut ſtatuit triſtius in quenquam, neque

1547 neque a ſuorum aliquo laedi, aut damno, iniuria, moleſtia affici vllum paſſus eſt, et ita tranſiit, vt nemo ne ſuſpicari quidem poſſet, voluntatem eſſe ipſius ab illa ciuitate alieniorem.

§. LXXV.

In Ienenſem Acad. multi confluunt Wittenberga probi et mali. Io. Stigelii obitus. Philippus ad ſuos Wittenbergam redit. Archiep. et Elector Colon. ditionibus ſuis exuitur. Plures veram doctrinam profitentes patria pulſi.

Ego tunc, cum a *Stibaro* diſceſſiſſem, conſederam *Norimbergae.* Quae ciuitas et erga me perquam benignam liberalemque ſe praebuit, et obtulit hoſpitii copiam *Philippo Melanchthoni* munifice r). Sed hic tandem et ipſe redeundum ſibi *Vuittenbergam* ſtatuit, et vt eodem ſe reciperent, aliis quoque non leuibus cauſis motus ſuaſor hortatorque fuit. Etſi enim Illuſtriſſimi Principes Duces Saxoniae mandato patris, qui Imperatorem ſequi cogebatur, in Duringia congregabant diſſipatas et vagas Muſas, et ſedem his *Ienam* ad Salam amnem oppidum deſignauerant, et *Philippus Melanchthon* lamentabilem caſum Principis pietate eximia erga Deum et patriam praediti, vtque generis ſplendore, ſic omnis virtutis claritate Illuſtriſſimi, largis lacrimis deplorabat *), neque venerari ceſſabat animo ſuo profligatum, cui florenti ſeruiendo ſumma diligentia ac fide

r) Nunc non ſolum nobis hoſpitium offert Noriberga, ſed ut audio, ſcholaſticos etiam pauperes multos, qui ex vtraque Academia illuc venerunt, alit. Epp. ad Camer. p. 569. L. II. Epp. p. 130. 153.

*) Ego pietate et reverentia colo Principem captiuum, et quotidianis lacrimis et precibus eum Deo commendo, ac Deum oro, vt liberetur et regatur. Mel. in Epp. aliquot ſelect. p. 451.

fide praeſto fuiſſet: quid tamen non ſibi ſed aliis 1547
compluribus eſſet profuturum, et res atque tempora, ipſorumque adeo Principum rationes ferrent; omnibus momentis ſuis ponderans quaſique examinans, ſuo ſibi loco tanquam in turbine tempeſtatis, ſecundum vetus noſtrae gentis verbum, permanendum conſiſtendumque eſſe duxit *). Verum illuc et tunc et poſtea eruditione doctrinae et ingenio optimarumque diſciplinarum et artium ſcientia praeſtantes viri ſe contulerunt. In quibus celebritate nominis excellens fuit *Iohannes Stigelius* liberali cognitione et virtute atque ſapientia et facultate carminum [s]) non facile alteri vlli ſuae aetatis cedens. Vir animo excelſo praeditus, et patriae ſuorumque in ea Principum ita amans atque ſtudioſus, vt illuſtre exemplum ipſius in hac parte pietatis eximiae proponi poſſe videatur. Confluxerunt tamen eodem et alii, (Flacius, Iudex, Wigandus.) qui, vt temporibus illis admiſſi, ſic aliquanto poſt multo libentius dimiſſi fuerunt. Quorum inſolentia atque peruerſitas bonis et probis et vtilem operam dantibus multum

*) Mel. Epp. ad Camer. p. 577. Vel propter Academiae noſtrae nomen, vel quia deſerere collegas nolui, vel dolore fractus huc redii, qua in re ſi erraſſe dicor, nihil contra diſputo, ac veniam errori dari peto, deumque oro, vt et huic errato et aliis noſtris magnis peccatis medeatur. In hac ſenecta et nondum reſtincto belli incendio condere alibi ſcholam, non videbatur tempeſtiuum.

s) Mel. in ſelect. aliquot Epp. p. 278. Etſi Italia vna videtur ſuauia et venuſta ingenia gignere, tamen fere (vere) adfirmari poteſt, nondum poſt Ouidii aetatem cuiusquam in Italia venam fuiſſe dulciorem et elegantiorem Stigeliana. Et in Germania arbitror Micyllum et alios, qui carmen feliciſſime ſcribunt, libenter Stigelio proximum ab Eobano locum tribuere.

1547 tum negotii fecit, et malitia nonnihil creauit periculi; et cum animos quorundam moeſtitia et angoribus, tum fortunas ac corpora damnis et cruciatibus affixit. Neque abhorret a vero, indignationis dolorisque perturbationem, quam aliquot annis ceperat *Iohannes Stigelius* ex neceſſaria magis quam expetita coniunctione nonnullorum, perculſo ei debilitatoque celerioris mortis cauſſam dediſſe, quem cum adhuc in his conſcribendis occuparemur lugebamus, virum et amicum ſummum, et plurimorum ſcriptis epitaphiis aliisque mentionibus lugubribus dolenter deploratum. Eodem tempore excluſus dudum Eccleſiae communione decreto Pontificis Romani Reuerendiſſima canitie innumerabilibusque laudum nominibus Illuſtriſſimus Princeps *Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis*, etiam gubernatione terrarum priuabatur mandato Imperatoris *Caroli*. Qui ne belli aut cladis alicuius repugnando nouam tempeſtatem excitaret, ceſſit volens, et eorum, quibus aeternae ſalutis et vitae copiam ſtuduiſſet conciliari, corpora fortunasque cruentis gladiis et ſaeuitiae immani hoſtium obiici noluit. Quam moderationem atque pietatem etſi laude digniſſimam ipſique adeo ad reliquae vitae optandam quietem opportuniſſimam eſſe *Philippus Melanchthon* videbat, non poterat tamen diſſolutione eorum, quorum inſtituendorum ipſe ſocius atque particeps fuiſſet, non vehementer perturbari. Augebatur aegritudo triſtitia nunciorum de amicis, quorum aliqui eiecti ſedibus ſuis et dignitate fortunisque ſpoliati exulabant, aliqui capti in cuſtodia tormentisque detinebantur. Quorum praecipui iudicabantur *Iohannes Brentius*, qui concionibus ſacris praefuerat in Salinis Sueuicis, quique Tubingae, *Erhardus Schneppius*, et Vlmae, *Frechtus*, et Chembergi, oppidum hoc eſt vicinum

Vuit-

Vuittenbergae, praepoſitus *) Eccleſiae, venerabilis 1547
ſenex, *Philippo*que ſingulari neceſſitudinis et familiaritatis vſu deuinctus.

§. LXXVI.

Mauritius Electoratum adeptus conuentum ordinum prouincialium Lipſiae agit. Melanchthon ſe Wittenberga non patitur abſtrahi. Auguſtae Vind. Imperatori nonnulla a Mauritio in priuatis colloquiis promiſſa fuiſſe, religioni veriori quae aduerſarentur, falſo curioſiores diſtulerunt. Tridentina ſynodus Bononiam translata indignante Caeſare.

Iam *Mauritius* Dux Saxon. periculo liberatus, atque modo dignitate ſeptemuiratus auctus, de reſtituendis Academiis ambabus, (Lipſia et Viteberga) et recolligendis iis, qui diſceſſerant, et reparando otio ſtudiis, ſedulo diligenterque cogitarat et egerat, fueratque *Lipſiam* accerſitus *Philippus Melanchthon*, vbi ad neceſſarias deliberationes ordines terrae ſubiectae Ducis *Mauritii* poteſtati conuenerant. Neque ille *Vuittenbergam* ſibi deceſſione ſua relinquendam, ac multorum potius rationibus atque vtilitatibus conſulendum, quam ſibi peculiari reſpectu videndum eſſe duxit. Cuius conſilii atque ſententiae a plurimis improbatae atque reprehenſae t) nun-

*) Barth. Bernhardus, frater doctiſſimi viri, M. Velcurionis, olim Profeſſoris Phyſici in Acad. Viteb.] Conf. Io. Henr. Feuſtkingii Diſſ. de primo Sacerdote marito Lutherano Bartholomaeo Bernardi, Witt. 1703. 4. Mel. in Epiſtolis ad Hardenbergium plag. E, 5. Hiſpani milites Eccleſiarum paſtores interfecerunt in vicinia Wittebergae, et in his ſanctum ſenem paſtorem Eccleſiae Kembergenſem, primum maritum.

t) Conatus ſum famam Philippi ab iniquis criminationibus defendere in libello, cui titulus: Ehre Melanchthons

1547 nunquam eum poenituit. Neque illa prudenter cogitata caſus vllus, quod interdum fieri ſolet, deinde quaſi infuſcando contaminauit. Fieri autem aliter

chthons gerettet wider die Beſchuldigungen H. Prof. Hauſens, Altd. 1773. 8. Vnicum locum tunc praetermiſſum hic apponere placet ex epiſtola quadam Melanchthonis ad Io. Stigelium: Inſtaurationem huius Academiae, cum ſpes oſtenderetur, impedire me non decuit: quae qualiscunque fuit, tamen literarum ſtudiis in magna parte Germaniae mediocriter profuit, et lucem aliquam Eccleſiis reddidit, etiamſi magni motus Imperiorum conſecuti ſunt, vt fieri ſolet in omni repurgatione doctrinae. Extinctis autem ſtudiis hoc ipſo in loco non ſolum barbaries in vicinarum gentium Eccleſiis ſecutura erat, ſed hoſtes noſtri hunc triumphum addidiſſent caeteris triumphis de Maſſylia noſtra deleta. Deinde vidi aulae Thuringiacae difficultates. Cogitabam etiam famam nouae ſcholae condendae captiuo Principi periculum aucturam eſſe, et ſi quid ibi aduerſus Synodi Trid. decreta dicerem, aut ſcriberem, ne ipſis etiam Principibus iunioribus noua pericula crearentur. De promiſſis quod dicunt, neſcio quae citent, cum meum ſcriptum habeant, in quo haec pericula commemoro. Scripſi ante mentionem ſcholae, me malle ipſis quam alibi ſeruire. Id etiam nunc malim, ſi quis mei apud eos vſus eſſet, et ſi ſine ipſorum periculo id fieri poſſit. Huc igitur acceſſi, non ad hoſtes, ſed ad moeſtiſſimam Eccleſiam. Etſi ne nunc quidem ſcio, quam diu hic manere poſſim. Nec vox doctrinae in hac vrbe mutata eſt — – Dicam vero ſine vlla Rhetorica: miratus ſum in tanta moeſtitia temporum cogitare eos de noua Academia condenda, praeſertim nondum ſedatis bellis. Meum etiam animum hebetiorem cogitatio futurorum tumultuum facit. Sidera paene exitum vniuerſo generi humano proximo anno denunciant. Inter tot infauſtos ſitus nouam ciuitatem condere difficile viſum eſt. Hac excuſatione ſi non impetro veniam, miſericordia tamen mei ob hanc cauſam afficiantur, qui dolore, non cupiditate aliqua, non odio erraui, ac valeat apud eos recordatio priorum laborum et aerumnarum, quas ſuſtinui mul-

ter non potuit, quam vt ſciſſa ſtudia hominum re- 1547
bus ita, quemadmodum ſtrictim indicauimus, geſtis diuiderentur, et voluntates eſſent diuerſae. Atque inuidioſae omnino actiones quaedam erant, eaeque ab aemulis *), vt fit, acerbis criminationibus infamabantur, iis potiſſimum, quibus neque exploratae illae eſſent, et qui in eam partem vnum vituperando, laudando alterum cupide prolaberentur, in quam propendens affectio impellebat. Iamque Imperatore *Carolo* diſceptationes de Religione eo deducere contendente, quo multis annis et magno labore conatus eſſet, et *Auguſtae Vindelicorum* iuſſis adeſſe Principibus et ordinibus Imperii, cum ante conuentum ſe *Vlmae* acturum edixiſſet: Auguſtae igitur Imperatore Carolo poſtulante, vt vniuerſi Synodi decretis ſe obtemperaturos eſſe promitterent, maleuolorum ſermonibus ſpargebatur, a Duce *Mauricio* hanc promiſſionem commoditate orationis obtinuiſſe Imperatorem, cuius fauorem, vel maxime liberandi ſoceri ille cauſſa, retinere vellet. Idque actum eſſe in priuatis collocutionibus. Eſt autem genus quoddam hominum ſane leue, qui de maxime occultis atque abſtruſis audaciſſime pronunciare et affirmare non dubitant.

Hi ſimulant ſe ſcire omnia, nec quicquam ſciunt.
Quod quisque in animo habet aut habiturus eſt,
ſciunt.
Id quod in aurem rex reginae dixerit
Sciunt, vt ait ſenex Plautinus:

 Quae

multas, propter Theologorum et aularum immoderatas opiniones — Vid. Io. Stigelii Poematum Vol. III. f. 164.

*) Potiſſimum his, qui remanſerunt in aula et comitatu iuniorum Principum Vinarienſium, vt Amsdorfio, M. Ioh. Stolz, D. Ratzenbergio, Medico, et ſimilibus.

1547 *Quae neque futura neque facta ſunt, tamen ii ſciunt.*
Falſon' an vero laudent, culpent, quem velint,
Non floccifaciunt, dum illud, quod libeat, ſciant.

Atque iisdem, ibidem dicitur, nihil eſſe ſtultius neque ſtolidius, neque mendaciloquius neque argutum magis. Atqui neque tunc neque vllis in tractationibus aliis compertum eſt, neque planum fieri poteſt: Ducem *Mauricium* vel pollicendo vel approbando vel aſſentiendo integritatem ſincerae Religionis labefactaſſe. Hinc tamen cum ad *Philippum*, tum alios, qui ab illo non diſcedebant, aut ei non maledicebant u), inuidia manare, iique quaſi cauſſam proderent ſeque retexerent, et a veritatis aſſertione deficerent, plane impietatis accuſari. Id quod illo quidem tempore et recentibus belli ſtragibus timidius occultiusque, aliquanto autem poſt audacius magisque impudenter eſſe factum *) ſcimus. Atque primum quidem haec diſceptationum de Religione, cuius paulo ante meminimus, difficultas expedita fuit ab iis, qui in Synodo congregati decreta facere coeperant. Nam tanto bello occupato Imperatore *Carolo*, quod ad defendendam et tuendam Synodum geri praedicabatur, *Tridento Bononiam* ſubi-

u) E. g. Bugenhagen ſ. Pomeranus, de quo Melanchthon in Epp ad Camer p. 577. Domi maledicas epiſtolas reperi, et vt ſit vulnus atrocius, ſcriptas ab amicis. De libro D. Pomerani (ſine dubio intelligitur ej. warh. Hiſtoria wie es vns zu Wittenb. gegangen iſt &c.) Paſtoris noſtri mecum expoſtulant, quem ſcelerate facere ſcribunt, quod non, vt Ambroſius in re leuiore vſus eſt ſeueritate aduerſus Theodoſium principem alioqui bene meritum, feriat anathemate hunc iuuenem (Mauritium Ducem Sax.) qui bellum cum cognato geſſit.

*) a Flacio et huius complicibus.

ſubito eſt diſceſſum. Quam migrationem Imperator iniquiſſimo animo tulit, et interpretans Synodi diſſolutionem, autoribus adiutoribusque huius vehementiſſime ſuccenſuit. Miſitque ea de re Legatos ad Pontificem *Paulum*, et ad eos qui *Bononiam* ſe contulerant. Nam *Tridenti* reſtiterant aliqui, inprimis *Germani*. Sed ea reſponſa data ſunt, quae et Imperatoris expectationem fruſtrarentur, et vnde liquido perſpiceretur, pontificiis qualescunque Synodi actiones procedere, atque confirmari, in animo fuiſſe nunquam. 1547

§. LXXVII.

Caſp. Borneri mors.

Cum *Philippus Melanchthon* ſe Vuittenbergenſem Academiam non deſerturum eſſe ſtatuiſſet, rurſum coepta eſt ibi doctrina publica inſtaurari et frequentari. *Lipſiae* autem etſi reſtitutio omnium magis in procliui erat, deſiderabatur tamen opera diligentiae abſentium adhuc quorundam *), mortuo praeſertim, cuius antea quoque a me mentio facta eſt, *Caſpare Bornero* Theologo **). Qui cum praeſentiſſimo fortiſſimoque animo toto oppugnationis tempore in vrbe remanens ſcholaſticas aedes pro virili ſua tueri, et publicam priuatamque aliquorum ſuppellectilem conſeruare anniteretur, defatigatus nocturnis diurnisque laboribus, et contagione laeſus (nam lues inuaſerat promiſcuum vulgus quod ſub vrbe tuguriis exuſtis aduentante exercitu oppugnaturo vrbem, in ſpatioſis locis et fere vacuis aedium

*) Vt Camerarii, Aleſii.

**) Conf. S. R. Erneſtii Programma continens Elogium Caſp. Borneri, Grammatici, Philoſophi, Mathematici, et Theologi Lipſienſis clariſſimi, 1740. 4.

1547 aedium illarum raptim conſederat) et vigiliis, et victus cultusque negligentia, atque potiſſimum moerore et indignatione debilitatus in morbum acquieſcente iam aliquantulum animo, et metu periculi depulſo, incidit, quo confectus obiit mortem cum bonorum omnium deploratione et ingente moerore, Anno Chriſti MDXLVII. III. *) Non. Maii annis nondum grauis neque effoetus aetate. Neque ego hoc viro cognoui neque extitiſſe vſpiam alterum exiſtimo, dignitatis vtilitatumque ſuarum minus ſtudioſum, dum rem ſcholaſticam publice ſtabiliret, augeret, amplificaret, ornaret. Itaque illius memoriam nulla dies delebit, quamdiu literae eruditae loquentur, quibus non modo huius viri doctrina, quae fuit eximia in omni genere diſciplinarum, ſed integritas, amor veritatis, fides, virtus, ſapientia celebrabitur. Vetus et ſingularis cum hoc neceſſitudo fuerat *Philippi Melanchthonis*, qui tunc non modo lugebat amici praecipui mortem, ſed requirens rebus dubiis et negotiis impeditis vel ducem peritiſſ. vel comitem gratiſſ. conſiliorum actionumque omnium ſocietatem coniunctionemque ſibi talis illo tempore viri ereptam eſſe in maximae triſtitiae ſenſu querebatur.

§. LXXVIII.

Liber Interim euulgatur. Hunc quod cum aliis nollet recipere et probare Melanchthon, in odium Caeſaris et vitae diſcrimen incurrit.

Interea *Carolo* Imperatore omnibus viribus annitente, vt Synodus inchoata *Tridentina* ibidem perficeretur, et Pontifice atque iis, qui *Bononiam* tranſierant, refragantibus, proque ſua autoritate et iure, reſpondendo poſtulatis Imperatoriis acriter pro-

*) In Eberi Calendario eſt V. Non. ſed hinc petatur emendatio τȣ γραφικȣ σφαλματος Eberiani.

propugnantibus: Imperator reputans neque ſe di- 1547
gnum, intermitti illarum rerum tractationem, quarum maxime cauſſa tam periculoſum et graue bellum ſuſcepiſſe ipſum geſſiſſeque aſſerebatur, neque ſuis multiplicibus promiſſis de controuerſiarum Eccleſiaſticarum cognitione conſentaneum eſſe, relinqui tunc quoque, cum nemo voluntati ipſius aduerſari poſſet, incerta, dubia, litigioſa omnia, pontificiis tam manifeſte tergiuerſantibus, cum quibusdam *) deliberata re, conſilium cepit, excerpendi quaedam ex iis ſcriptis **), quae ſuperioribus annis ad concordiam diſſentientium de religione fuerant non tam abſoluta atque comprobata, quam inſtituta et propoſita. Atque ita rurſum liber paucorum †) quorundam clandeſtina et tenebricoſa opera congeſtus, et, vt vetere verbo vtar, conſutus fuit, quo praeſcribebatur, quid *interim*, dum decreta Synodi prodirent, fieri ſeruarique oporteret, ab iis quidem, qui in doctrina Eccleſiae et ritibus vſitatis aliquid innouaſſent. Vnde liber ille quaſi tituli nomine eſt vocatus *Interim*. Et dedit facetis multa ſalſe dicendi occaſionem w). Cum quidem neutri

R 4 parti

*) inprimis Elect. Brandenb. Ioach. II.

**) Libro Ratisbonenſi et Reformatione a Groppero Colonienſi ſcripta.

†) Michaelis Sidonii, Gerhardi a Feldwitz, Io. Gropperi, et vt quidam ſuſpicati ſunt, etiam Io. Agricolae Islebii, ſed ille acceſſit tantum vt paraſitaſter paruulus et pedarius ſenator.] Digna ſunt, quae adducam, verba Melanchthonis in Epp. ad Camer. p. 579. Erit et conuentus Auguſtanus noui belli claſſicum, praeſertim ſi myſteria illa Grudiorum, ſeu ut alii narrant, Groperi, proferentur, munita edictis haſta Caroli ſcriptis.

w) Extant permulta in I. E. Biecks dreifachem Interim, Leipz. 1721. 8.

1547 parti placeret, et vtrique, etſi non eodem modo atque propoſito, eum repudiarent. Suntque poſtea multo maiores et deformiores diſſipationes atque etiam ruinae conſecutae. Conuenerat autem et eo conſilio prolatus fuerat iſte liber, vti ne a Pontificias quidem partes ſequentibus improbaretur, vtque adeo Pontifex ipſe vel concedendo indulgendoque, vel diſſimulando et conniuendo illum admitteret. Atque mirabantur plerique, a quibus vera conſideratione res perpendebatur, *Carolo* Imperatori perſuaderi potuiſſe, vt in eam ſententiam rationemque incumbendum putaret, quam pro ſagaciſſimi animi prudentia, et diuturna experientia, quod ſimilia negotia quo euaſiſſent non ignorare poſſet, videre intelligereque deberet, neque re ipſa conſiſtere ac valere, neque temporibus congruere, magisque ac citius nouas contentiones atque pugnas commoturam, quam certamina atque rixas priores ſedaturam eſſe. Sed occaecantur nimirum animi maximorum quoque et ſapientiſſ. virorum, quando infringi ſuam vim fata non volunt. Sane conſtat vrgendo minime clementer, ac admodum potius imperioſe, iuſſa de recipiendo libro illo et praeſcripta in eo exequendo ad omnes ordines delata, et tanquam de his conſenſiſſent vniuerſi, neque recuſationem neque preces, denique nihil quod contradiceretur, admiſſum eſſe. Neque defuere, qui inſidioſe etiam quaedam tentata factaque fuiſſe perhibere non dubitarent. Tum quidam et ii *) potiſſimum, quos ſupra nominaui et caeteri, qui iis nollent aſſentiri, quae eſſe contraria veritati haberent perſuaſum, afflicti atque vexati fuere, cum et aduerſus *Philippum Melanchtho-*

*) Brentius, Schnepfius, Frechtus, Wolfg. Muſculus et alii.

chthonem Caroli Imperatoris ira *) iam eſſet ſuſci- 1547
tata, cui tunc ſuccenſendi vehementius, ille etiam ſtimulus fuiſſe credebatur, quod tales compoſitiones ipſi diſplicere, ad Imperatorem odioſe deferri, cum inimica tam de praeteritis quam praeſentibus oratione, animaduerteretur x). Atque tunc eorum, qui *Philippum Melanchthonem* oderant, machinationibus vita eius eſt petita, eademque protecta ab aman-

R 5

*) Melanchthon in epiſtola quadam ad Io. Stigelium: Reſpondi de articulo grauiſſimo περὶ δικαιοσύνης, in quo corruptela proponitur non diſſimulanda, et de aliis quibusdam articulis. Ideo incitatus eſt rurſus ὁ αὐτοκράτωρ, vt tolli me iuberet. Vid. I. Stigelii Poematum Volumen III. f. 155, b. Idem ſcribit Iuſto Ionae L. V. Epp. p. 20. De me tollendo iam ter deliberatum eſt, et ſecedere me multi hortantur.

x) Contradixit Praeceptor Philippus et ante publicationem libri (Interim) priuatim, et poſt editam Sphyngem publice primus, atque ita aduerſatus eſt architectis illius, vt vnum illum et ſolum tanquam hoſtem publicae pacis ac tranquillitatis Germaniae et omnium illorum conſiliorum, quae ad pacem ſpectarent, turbatorem atque eliſorem, edictis conſcriptis, et ſatellitibus huc illuc miſſis cum mandatis, Imperator quaeri et ſiſti ad dicendam cauſam, et ad ſupplicium: ſi occultaretur, explorari; ſi repugnaret, inuitum vi abripi; ſi defenderetur, cum comminatione atrociſſimarum poenarum flagitari ac depoſci iuberet. Quorum edictorum atrocitate commoti aliqui ex ſecretioribus Imperatoris amicis, quod eum ſcirent aliunde incitatum eſſe, et miſerti optimi viri, cuius tot et tam praeclara extarent in patriam merita, quanquam propter cauſam religionis eſſent ab eo alieniores, tamen ne aliqua calamitate afficeretur, cum perpetuo probro et dedecore nominis et ſanguinis Germanici, monuerunt priuatos aliquot Philippi amicos, vt iuberent Philippum cauere, et minas atque edicta Imperatoris et inſidias. Vid. Epiſtolae Scholaſticorum Viteb. 1571. plag. T.

1547 amantibus illum, et quibus viri innocentia atque probitas nota erat. Neque defuere qui ſuſpicarentur, talia diuulgari perterrendi *Philippum Melanchthonem* cauſſa, ne conſiliis actionibusque recentis conciliationis reclamando officeret. Sed et ille in praeſente diſcrimine, et incolumitas ipſius rebus communibus tunc conſeruata fuit.

§. LXXVIIII.

Annae, Sabini coniugis, Mel. filiae, obitus. Imperatoris animi obſtinatio in cauſſa religionis. Inde Melanchthoni periculum et anxietas animi. Eum Mauritius tuetur. Franc. Spiera deſperans.

Hoc anno ad grauiſſ. *Philippi Melanchthonis* curas de rebus communibus et rei domeſticae labes, et ingentem triſtitiam propter Eccleſiae vulnera, nouus dolor acceſſit nunciata morte filiae *Annae*, quam et cariſſimam patri et a marito *Georgio Sabino* in Pruſſiam abductam fuiſſe accerſito a Principe *Alberto*, ſupra diximus. Eum tamen caſum tulit ille moderate y), vt antea quoque indicauimus, et magis toleranter quam amici laturum eſſe ſperare potuerant, qui ſcirent quanta amoris paterni erga illam fuiſſet affectio. Sed meditatione euentus et quodam prioribus aegritudinibus veluti concoquendis vſu, hebetiorem tunc ſenſum habuiſſe eum credibile eſt, cum quaſi occalluiſſet animus dolendo, metuendo, perpetiendo. Veri quoque ſimile eſt, publica mala immenſa et multiplicia et varia, quibusque tunc laborabatur, et quorum timebatur acceſſio, morſus priuatorum retudiſſe. Quemadmodum in morbis, qui intenſi magis ſunt, ii non patiuntur plane ſentiri remiſſiores, et hos quaſi obſcurant. Non facile autem

y) Hoc patebit ex lecta epiſtola ad generum ſuum nuntiata filiae morte exarata, quae extat in Epp. aliquot ſelectis Mel. p. 319.

autem poſſunt ſcribendo explicari illa, quae bonorum 1547
tunc neque leuium et patriae inprimis amantum animos et dolore praeſente et metu in poſterum excruciarint ac ſollicitauerint, non ſolum illa numero infinita et magnitudine immenſa et pondere intolerabilia, ſed varietate quoque et diſſimilitudine et mutabilitate formidanda atque terribilia. Edebantur externorum *) hominum ſcripta, et picturae diuulgabantur, quibus Germanicae nationi in calamitate inſultabatur, et, tanquam ex dolore victae triumphus ageretur, captiuae illius vincula catenaeque oſtentabantur. Quae ſane multorum animos acriter pungebant. Alii de dignitate fortunisque ſuis minus anxii, hoc orabant obſecrabantque tantum, ne imperio humano obedire et terrenam laudem quaerere cogerentur ſaucia conſcientia ſua, et aeterni Dei iuſſis edictisque aduerſando, et coeleſtis gloriae ſpem labefactando. Sed qui induxerant *Carolum* in eam rationem, quam ſecuturum ſe eſſe iam demonſtrauerat, iidem annitebantur, ne inde recedendo, aut aliquibus indulgendo, non tam inconſtans quam timidus haberetur, id quod iſto tempore rerumque ſtatu minime conduceret, vel maxime potius nocere poſſet. Quae neque temporibus opportune, neque rebus ipſis apte, neque omnino vera ratione geri, et intelligebant ii, quorum iudicia amore odioue erga aliquos non deprauabantur, et iuſtiſſimis querelis *Philippus Melanchthon* deplorabat, cuius ſermones in triſtitia atque indignatione vehementiores delati ad Caeſarianos, et ab inimicis inuidioſe et obtrectatorie expoſiti, nonnihil crearunt, quemadmodum paulo ante ſignificatum eſt, periculi ipſi, non modo alienato, ſed etiam irritato Imperatore, et plane infeſto, vt cui inculcaretur conſiliis actionibusque ipſius impedimento eſſe *Philippum*

*) In primis Italicae nationis et Hiſpanicae.

1547 *lippum Melanchthonem* prae caeteris, quod plurimi illius autoritate moti et exemplo confirmati, reſiſtere iam atque repugnare auderent. Etſi autem hic, cum, quid inſtitueretur, cerneret, non diſſimulabat metum ſuum, quod exitum talium inceptorum nullum videret, ac ne progreſſiones quidem faciles, vel non potius admodum difficiles et vbique incurſuras proſpiceret, atque eos, a quibus talia naſci proferrique credebat, non dubitabat aperte reprehendere et accuſare: In eo tamen conſtantiſſime perſeuerauit, vt puram ſinceramque doctrinam retinens, in parum neceſſariis et externis quibusdam ritibus non impiarum obſeruationum, moderationem nequaquam, id quod quidam faciebant, damnaret. Sed de his paulo poſt plura dicenda erunt. Iſtud modo breuiter indicandum putaui, contra Imperatoris *Caroli* inhumanis quorundam et iniquis ſermonibus inſtigati mandata non modo ſeuera ſed plane ſaeua, vt *Philipp. Melanchth.* ſibi traderetur, defenſum, protectum, conſeruatum tum fuiſſe eum ſtudii diligentiaeque patrocinio atque praeſidio illuſtriſſimi cum aliis laudibus tum pietate et virtute Principis *Mauritii* *), rebus omnibus dubiis et admodum

*) Qui curauit, vt Philippus aliquandiu ſecederet et lateret in monaſterio Cella ad Muldam.] Conſuli poſſunt Acta Synodica de Interim plag. P.ſqq. Ex quibus pauca haec adiicere placet: Rex Ferdinandus Conſiliarios Mauritii Elect. admonebat, de P. Melanchthone vt caueretur. Nam hunc contra Caeſ. Maj. ſcripſiſſe, ideoque in mala eum gratia eſſe, neque adhuc Caeſaris reconciliationem nactum: itaque periculum eſſe, ne Imperator Principi ipſorum de hoc mandaret et diceret, trade mihi hoſtem meum. Quare conſultiſſimum fore, vt Elector eum tempore ſubmoueret. Haec poſtea, quam bene fieri potuit, excuſata ſunt, et Regi per Electorem Mauritium ſignificatum. P. Melan-

modum difficilibus. Quod quale ſit nequaquam intelligi perſpicique poteſt ab iis, qui quaſi fluctuantes alienos in mari de terra ſpectant otioſi, ſine ſenſu periculi et proprii exitii metu. Quin tamen iſta in *Philippo Melanchthone* tuendo D. *Mauritii* conſtantia gloriam cumulet illuſtriſſimi nominis ipſius, nemo profecto niſi furioſe in odio et inuidia improbus inficiari poterit. De his igitur hactenus. Non autem omittendum putaui id, quod in Italia tunc accidit. Nam in oppido quodam ditionis Venetae, quidam *), quod contra conſcientiam ad negandum quaedam prius aſſerta, et retractandum confitendo diſputata de dogmatibus Eccleſiaſticis, cogi ſe paſſus eſſet, 1547

Melanchthonem eum eſſe, cuius opera et nunc eccleſiaſtica res et diſciplina per ditionem ipſius conſeruaretur, et ſpes eſſet, optime conſtitui poſſe quocunque tempore deinceps, quodque ex ſignificationibus certorum hominum accepiſſet, Caeſarem ipſum poſt bellum eius viri operam expetiuiſſe, et ſtipendium ei decernere conſtituiſſe, vt qui de controuerſis doctrinae chriſtianae capitibus audire eum cogitaſſet. Ideo ſe nunquam ſuſpicatum, eo rem deuenturam eſſe, et ſecuritatis atque tutae manſionis et protectionis ſuae fidem ei dediſſe, cum Caeſar ipſe hunc ſibi expetiuiſſet: quare a Rege ſe petere, vt P. Mel. apud Caeſarem excuſare ne grauaretur, et ipſe etiam ne quid de hoc mali ſuſpicari vellet.

*) Franciſcus Spira.] Duos de hac hiſtoria libellos poſſideo, quorum alter hoc titulo prodiit: Warhaftige Hiſtoria von einem Doctor in Italia, welchen die Feind des h. Euangelii gezwungen die erkandte warheit zuuerleugnen, Witt. 1549. 4. alter: Eine erſchreckliche Hiſtoria von einem, den die Feinde inn welſch Land gezwungen haben, den erkanten Chriſtum zu vorleugnen. ſ. l. in 4. cuius editor eſt Flacius, qui praefationem addidit. Praeterea prodiit Matth. Gribaldi Hiſt. de Franc. Spiera, Baſil. 1550. 8.

1547 eſſet, adeo perturbatus fuit, vt ex dolore animi corporis morbo contracto, ita per extremam deſperationem, nullius conſolationem admittens, interiret. Huius caſus narrationes diuulgabantur, et qua oratione, qui affuiſſent *), conati eſſent mederi afflicto, et prolapſum erigere, explicabatur. Quam quidem commodiorem magiſque appoſitam haberi potuiſſe *Philippus Melanchthon* cenſebat, demonſtrantem et vrgentem inprimis hanc ſententiam: veniſſe filium Dei in hunc mundum, vt peccatoribus ſalutis autor largitorque exiſteret, et eas quae cum hac congruere viderentur. Sed ille tunc ita deceſſit, ſane miſerabiliter, vt traditur.

§. LXXX.

Conſtantiae vrbis ab inuaſione Hiſp. periculum. Th. Blaureri abſtinentia a republica.

1548 Anno MDXLVIII. inter alia turbulente et audacter tentata atque geſta, vrbs *Conſtantia*, (quam habuiſſe priſcis temporibus nomen quidam putant *Nantuatum*, quidam *Harudum*, quidam etiam *Vitodurae* perhibent) ſita ad lacum, per quem fluuius Rhenus amoeno tractu quaſi ſpatiando manans deinde ſuo alueo defertur, aggreſſione occulta Hiſpanicarum copiarum paene capta fuit, ſecuriore tunc ciuitate inter tractatus pacis, de qua legatum tunc ad Imperatorem abfuiſſe accepimus, vna cum aliis quibusdam primariis viris, *Thomam Blarerum*. Hunc habuit *Philippus Melanchthon* inprimis familiarem eo tempore, quo ego Vuittenbergam veni. Erat autem ille in ſua ciuitate praecipuo loco natus, et generis ſplendorem auxerat bonitas ingenii virtutisque ac ſapientiae et inprimis religioſae pietatis ſtudium.

*) Inter hos compilatores affuit Petrus Paulus Vergerius.

dium. Ea vero grauitas et conſtantia eminebat in adoleſcente quoque, vt a plerisque tum adeo ille obſeruaretur, cum humanitas quidem ipſius et amabiles mores incredibilem commendationem haberent ad omnes. Hic, etſi non ſucceſſerant inſidiae factae patriae, et oppugnationis etiam vi propulſata a ciuibus fortiſſime dimicantibus, reuerſus domum, quod fieri tamen ſtatus prioris mutationem animaduerteret, neque poſſent pauci reſiſtere multorum vel formidini vel etiam cupiditati, ita ipſe in agros ſuos conceſſit, et aliis adminiſtrationem publicorum deinceps munerum in patria ſua reliquit, quod veritatis aeternae ac coeleſtis profeſſionem liberam retineri pluris faceret, quam ampliſſimorum honorum functiones, paratas volenti ſeſe et rationes ſuas temporibus accommodare, quibus ſeruire prudentia humana inprimis conſueuit. 1548

§. LXXXI.

Philippus a patre Carolo V. traditas Belgii prouincias accipi. Saeuitia erga Lutheranos in Gallia et Belgio. Magdeburgum in ſummo diſcrimine conſtitutum. Camerarii prudens in religionis diſſidiis moderatio.

Eodem hoc anno in compluribus conuentibus, qui indicebantur de capitibus libri Caeſariani, *Philippus Melanchthon* vehementer eſt iactatus. Quae res tractationesque ab aliis ſunt vere et accurate expoſitae. Interque tales collocutiones, diſputationes, conſultationes annus hic effluxit. Venit ea tempeſtate in Belgium Imperator *Carolus*, ad quem ex Hiſpania Rex *Philippus* filius illius acceſſit ad ſolennem illarum regionum poſſeſſionem tradente patre accitus. Eumque tunc et locutum quaedam praeclare, et in conſpectu omnium amantiſſime filium eſſe complexum accepimus, cum quidem filius exquiſite eſſet humili geſtu veneratus patrem.

1548 patrem. Decretum autem Auguſtanum in Germania turbas dabat. Quod vt Imperator ratum eſſe volebat, ita indies magis conniuere eum animaduertebatur in quibusdam non prorſus illud exequentibus, modo non detraheretur aliquid de ipſius maieſtate, neque contemni imperium videretur. Verſabantur etiam in Germania Legati Pontificii tres, cum mandatis concedendi autoritate Pontificis quaedam, de quibusdam tranſigendi, quae cum iamdudum vſurparentur et recte fieri ſtatuerentur, non multum curare plerique quid ab his permitteretur prohibereturue. Sed cum metus Imperatoris, tum cupiditas publicae tranquillitatis, tum vero officii cura, in morem gerendo aut recuſando aliquid multum habere momenti. In Gallia tunc nominatim *Philippi Melanchthonis* nomen pronunciari auditum, inter eorum, quibus nota inurebatur grauiſſimi criminis, quod rem Eccleſiaſticam turbarent. Et ſunt ſupplicia atrocia ſumta de compluribus, tanquam deſertoribus Religionis publicae, qui Lutherani ad vulgus execranda appellatione nominabantur. Fuiſſeque magis probroſum et turpe, atque adeo pernicioſum alicui ac capitale, ſic vocari, compertum eſt, quam parricidam aut praedonem. Cum neque res neque cauſſa exploraretur aut cognoſceretur, ſed ſufficeret ad condemnationem nominis infamia. Neque minoris ſaeuitiae animaduerſiones in Belgio *) huius generis animaduertebantur. In Germania autem fieri diſcordiae indies maiores, cum audacius reclamantibus, ſi qua diſplicerent, plurimis ſuis cupiditatibus indulgendo effrenatis, tum diffidentia et aliena-

*) In Belgio recens matrona nobilis, vidua Comitis, et vnicus eius filius egreſſus adoleſcentiam decollati ſunt, propterea quod Antonianorum καπηλειας noluerunt admittere; teſte Melanchthone in Stigelii Poematum Vol. III. f. 163, b.

alienatione augeſcente Principum quidem maxime, 1548
ſed et aliorum, vt quique huc aut illuc animis inclinabantur. *Magdeburgum* vrbs eſt ad fluuium Albim ſupra Oceanum, quae aliquot annorum operibus munita, quantumuis magnam vim oppugnationis facile ſuſtinere poſſe credebatur. Eius ciues *Caroli* Imperatoris edicto hoſtes appellati fuere, vt eſſet ciuitas in extremo diſcrimine. Sed ea tum et defenſionem edere, et de implacabili Imperatoris ira conqueri, et quosdam ſibi propter conſtantiam in ſanctitate Religionis infenſos accuſare. Et nullum eſſe peccatum delictumque ſuum, neque aliam oppugnationis cauſſam affirmare, quam quod puram doctrinam veritatis coeleſtis retineri, neque eam corruptelis vllis deformari, aut calliditate inflecti ſtuderent. Equidem quanquam de controuerſiis Eccleſiaſticis quid ſentirem, nunquam vel diſſimulando texi, vel negando inficiatus ſum, et cum quibus me coniunctum intelligi vellem, aperte tuli ſemper: non tamen etiam mihi neceſſe eſſe exiſtimaui, neque nunc exiſtimo, vel aliqua ſingulatim diſputare ſubtilius atque limatius, vel in hos accuſatorie inuehi, illorum quaſi patrocinium ſuſcipere, ſed quae iudicarem vera, ea profeſſus a certaminibus et rixis, quae commoueri partium ſtudiis ſolent, abſtinere, et meae perſonae conuenientius, et ad futuros caſus prouidentius eſſe ſemper credidi. Neque haec oſtentatio prudentiae et quaſi ſagacitatis exiſtimanda eſt, qua neque praeditum me eſſe fateor, et cuius calliditatem in diuinis negotiis cum futilem tum perniciosam quoque eſſe ſcimus, ſed tenuitatis noſtrae confeſſio, et verae atque ſimplicis expoſitionis confirmatio haberi debet.

1548 §. LXXXII.

Matth. Garbitii laus. Matth. Flacii turbulentum ingenium.

Migrauerat ſecedendo *Magdepurgum* Illyricae gentis homo, qui ſibi *Flacii* nomen impoſuerat. Fuiſſe enim familiare aliud *) ferebatur. Hic adoleſcens ad optimum et doctiſſimum virum *Matthiam Garbicium* aliquando ſe contulerat, quem ab integritate et memoria beneficiorum in ſe externum collatorum, inprimis laudare poſſum. Neque ego hanc laudem paruam, ac potius in maximis duco hoc praeſertim tam ingrato ſaeculo. Erat item honeſtatis vitae ſtudioſiſſ. et ad hanc docendo aſſuefaciendoque adoleſcentiam non maiore cura atque ſeueritate inſtitui et adduci aegre ferebat, cum intelligeret, quam diſciplinae cuſtodia et Deo grata res et in hac vita vtilis eſſet. Haec ſententia veriſſima atque praeclariſſima non caruit obtrectatione quorundam, quaſi ſuperſtitione implicaretur. Quid enim diſputando probaretur, magis iam ſpectabatur, quam qualis degeretur vita, et libertatis obliterata doctrina ſic reuocabatur, vt ad licentiae infinitae vſurpationem efferretur. Eſt autem profecto diſputatio omnis tum demum egregia atque illuſtris, ea praeſertim quae de Religione, pietate, officio, virtute habetur, cum non modo verbis aliquid ſcite concluditur, ſed actionibus conſentaneis etiam exprimitur. Quis enim non habeat pro nugatore et ſui ipſius deriſore eum,

*) Franci.] Bucholzerus in Indice chronologico p. 831. (edit. Gorlic 1599. 8.) not ad natalem Flacii: adde verum et integrum ipſius nomen, quod ego ex certis autoribus cognoui, eſſe tale: Matthias Francowizius, cognomento Flacius, gente Illyricus, patria Albonenſis. Vitam et fata et ſcripta Flacii luculenter deſcripſit I. B. Ritterus Franc. ad M. 1723. 8. qui liber auctior prodiit ib. 1725.

eum, qui, quae oratione conſtituat, ea euertat vi- 1548
uendo? Sed redeat ad *Garbicium* narratio. Ad hunc igitur profitentem doctrinam Graecarum literarum in Academia Tubingenſi, popularem ſuum, ſe tunc *) *Flacius* contulit, cum eodem ante biennium et ego veniſſem. Vſusque eſt hoſpitio *Garbicii* pro facultatibus ipſius non illiberali, et expertus meam quoque et aliorum beneuolentiam ac ſtudium. Inde diſcedens Vuittenbergam eſt profectus **). Eumque humanitate aliquanto maiore complexus eſt *Philippus Melanchthon*, quod a nobis aduenſſet. Itaque omnibus rebus eum adiuuit augens et ornans hominem, ſuis etiam facultatibus ſuſtentans. Id quod ab ipſo in promtu erat cunctis. Non ſolum enim docebat diſcere volentes vniuerſos, ſed paſcebat etiam eſurientes, et nudos veſtiebat, bonitate quadam naturae benefaciendi cupida ſine diſcrimine omnibus. *Flacius*, qui mediocrem ſermonis Graeci ſcientiam teneret, in cognoſcendam linguam Hebraicam tunc totus incubuit. Magiſtri ibi bonarum artium titulum atque inſignia aſſecutus eſt et data ei vxor ***), et publicae doctrinae munus aſſignatum. Hic ſiue ingenii turbulenti ferocia et ambitione, ſeu malitia inſeruiente voluntati alienae: nam de homine ſimulatore mirifico, in quo nihil ſimplex et apertum cognoſceretur, variae ſuſpiciones fuere: Sed quacunque ſane re aut ſpe impellente, tunc *Flacius* ſciſcitari curioſe quid ageretur et eſſet in manibus, et clanculum ſcripta fictis nominibus †) ſpargere, notantia omnia quae carerent

*) fortaſſis 1538.

**) A. 1541.

***) Filia Fauſti, Paſtoris in Dabrun.

†) Vt Chriſtiani Alemanni, et Chriſtophori Lauterwahrli.

1548 audacia aduerſandi quietis conſiliis. Hanc enim aiebant eſſe et veritatis deſertionem et corroborationem falſitatis. Quae erat illis temporibus et iſto rerum ſtatu admodum plauſibilis et grata vulgo oratio. Sed initio aſtute tegere *Flacius* ea quae animo agitabat, et alienationem atque odium diſſimulare. Relicta eodem tempore ſtatione ſua ad Danubium, venit Vuittenbergam *Nicolaus Gallus*, fugiens periculum imminens in illarum regionum ciuitatibus iis, qui reclamarent Auguſtae decretis. Cum quo *Flacius* ſtatim familiariſſime ſe coniunxit, et diſcedentem ſic, vt nihil prae ſe ferret inimicitiarum aut ſimultatum, paulo poſt clandeſtino abitu ſecutus eſt. Et conſederunt ambo *Magdepurgi*, exitioſae peruicaciae adiutores et incitatores ſtrenui et vehementes*). De huius vrbis conſiliis actionibusque, etiam fortuna, nihil modo dicam. Quae obſidionem excitato bello tamdiu tulit, quam diu illa in penuria ad extremum rerum neceſſariarum paene omnium et ſummis difficultatibus ſuſtineri potuit. Sed qui bello huic gerendo fuerant praefecti, iis ſi Magdepurgici maturius fidem habere voluiſſent, futurum fuiſſe exiſtimatur, vt citius iis malis liberarentur, quibus tandem fracti, deditionem facere ſunt coacti.

§. LXXXIII.

Melanchthonis in publicis calamitatibus conſtantia. Calumniae Flacianorum. Horum erga Miſnicos Theologos odium et contumeliae fictaque Interimiſtarum et Adiaphoriſtarum nomina.

In regionibus Miſnicis res erant per ſe illae quidem tolerabiles, vel ſatis etiam bonae, ſi non calu-

*) Melanchthon Tom. Lugd. Epp. p. 162. Nunc et vicini Parthenopei vexilla feciſſe dicuntur inſignita σταυρῷ (cruce). Et habent σάλπιγγας στάσεων (tubas ſeditionum) ſcriptores ſatis rabioſos.

calumniarum inſectatione vexarentur. Ipſe quidem 1548
Philippus ex illis perturbationibus et quaſi tempeſtatibus tantum doloris cepit, quantum alius nemo. Sed cum aliorum vel improbitate vel leuitate cauſſam occaſionemque eis datam eſſe, et culpa ſe vacare ſciret, faciundum ſibi ſtatuit idem, quod medici fideles ſolent, qui et miſericordia aegrotantum afficiuntur, et morbum, ſi poſſint, ſanant, ſi nequeant, non tamen augent, et neque ope ſua deſtituunt depoſitos, neque non neceſſaria acerbitate affligunt *). Nam qui temere remedia adhibent, quibus vita interemta tollitur morbus, illis ea gratia debetur ſcilicet quae ſicariis. Conſiderabat *Philippus Melanchthon* conuerſionem vna cum rebus mutatis animorum. Videbat quam multa contra opinionem omnium accidiſſent, et poſſe alia accidere ſimiliter intelligebat. Erat hoc igitur rectiſſimum et tutiſſimum: Salua et integra et incorrupta doctrina coeleſtis veritatis, cui labem inuri aut aſpergi maculam ferendum non eſſet, de caeteris, quae temporibus et locis diuerſa ſemper fuiſſe conſtaret, ita conueniri, vt vel mutatis vel nouatis aliquibus tranquillitati conſuleretur. Etſi in eo ipſo falli aliquos eum non fugiebat, prouidentem, vna parte pacatis rebus, nihilominus aliis turbas excitatum iri. In his igitur quaſi procellis et iſta tempeſtate, non currendum huc illuc putauit, neque excedendum iis locis, in quibus ſine impietate ad Deum et culpa ad homines non improbos neque iniquos, conſiſtere liceret, et transeundum eo, vbi neque extra periculum et maximis itidem in curis moleſtiisque atque angoribus futurus

 eſſet.

*) Vos oro, vt ſi in hac ſeruitute non fecimus omnia, quae vos in libertate facitis, miſericordia noſtri adficiamini, non augeatis noſtros dolores falſis criminationibus. Haec in Melanchth. Epp. ad Hardenberg. plag. D 6.

1548 eſſet. Hominum autem praeſidia vel vrbium munimenta, quibus protegeretur quaerere, clamoribusque importunis tumultuari, et quaſi tribunitio furore maledictisque veſanis in quoslibet debacchari omnino noluit. Quodque ſemper fecerat, vt frena laxari cupiditatibus hominum et auram popularem atque plauſus captari oportere non cenſeret, id multo magis tunc praeſtandum eſſe ſtatuit, neque vt de aliquo veluti editiore loco ad arma infeliciter paulo ante ſumta aliquos denuo vocaret, vel ſe decere, vel placere Deo, vel ad vllam ſpem bonam conducere eſt arbitratus. Itaque in hoc immotus perſtitit, quicquid Flaciana factio diceret ac moliretur. In *Flacio* perfecta cognitio linguae Germanicae nunquam fuit, ſic, loquendi ſcribendique diſerte vt facultatem adipiſceretur. Sed libelli ipſius nomen praeferentes paſſim prodibant, quos pro ſuis ille agnoſcebat. Erat autem eadem cantilena omnium, de iis, qui apud Principem Mauritium illis temporibus remanerent et Eccleſiis ſcholisque conſeruandis nauarent operam. In quibusdam etiam conniuentes, dum diſiecta recolligerentur et ordinarentur confuſa, et res eſſent in regionibus illis mediocri in ſtatu tranquillae. Cum autem quaereretur de iis, quae quaſi indifferentia ſeruari aut omitti impium eſſe non videretur, *Philippus Melanchthon* edito ſcripto *) luculenta hoc breuitate explicauit, et definiendo ſolerter et exemplis illuſtrando. Sed nihil proficiebatur ad eos, qui neque audire, quae dicebantur, neque ad ea, quae demonſtrabantur, aſpicere volebant. Qui et verboſitate indiſerta, et nominum mirabili ignotaque ſpecie fucum faciebant et imponebant multitudini imperitae, *Interimiſtas* et *Adiaphoriſtas* eos, per ignominiam appellantes, a quibus

*) Reſponſionibus aliquot ad Concionatores in Franconia, Marchia, et ad Theologos Hamburgenſes.

quibus ſeceſſerant. Quorum omnia dicta et facta 1548 in deteriorem partem interpretando rapiebant, pronunciantes etiam audaciſſime de cogitatis. Petebatur tunc conuiciis impudentibus non *Philippus* modo et alii, ſed Reuerendiſſ. etiam et Illuſtriſſ. Princeps *Georgius* z) Princ. Anhaldinus, cui ne mortuo quidem ſcelerata petulantia pepercit. Nec non improbiſſimorum partim mendacia, partim ſimulatio cuiusdam ardoris in veritate aſſerenda, partim etiam alia, quae talium temporum miſeriis comprehenduntur, tantum efficere potuerunt, vt docti et pii nonnulli inque his nobiles atque Principes viri, aliquid ab eis dici initio crederent et ipſorum fauerent conatibus. Sed tum capita huius factionis *Flacius* et *Gallus* Magdepurgi declamitabant, et libellos atque picturas diuulgabant contumelioſas in perſonas et ra-

 tiones

z) Operae pretium erit, ipſum hunc Principem ſeſe defendentem adducere. Verba eius in Libello tertio Epp. Eob. Heſſi plag. H 4. eiusmodi ſunt: Hoc Illyrici recens editum ſcriptum declarat, quo non parum praeceptores ipſe ingratus dicipulus ſugillat non commeritos. Quaedam bona ſcribit, hortatur ad conſtantiam, idque recte, ſed interea etiam leuiſſimam conceſſionem in rebus nihili iudicat defectionem eſſe Mirabilis homo, rumores colligit curioſitate non laudanda, et ignorat rationem et cauſſas conſiliorum noſtrorum et omnium quae aguntur. Intelligo, quantum mihi periculum ſit ab iſtis. Sed erit hoc commune cum caeteris. Ego tamen confirmante me filio Dei cuſtode generis humani et Eccleſiae ſuae non defatigabor in fungendo officio, neque deterrebor calumniis et maledictis turbulentorum a cura et labore et reſpectu fideli ad harum regionum congregationes pias, ſi adiuuante Deo maiores et foediores diſtractiones forte poſſint prohiberi. Turbantes Eccleſiam Dei portabunt iudicium ſuum. Vtinam conuertantur et non condemnentur.

1548 tiones eorum *), qui ipſorum temerariam vel certe praepoſteram vehementiam improbabant, et abhorrebant a turbulenta peruerſitate. Inde cum vrbs defendi amplius non poſſet, digreſſi, in aliis deinde locis tanquam turbo vaſtitatem et ſtrages dederunt, admiſſo *Flacio* Ienae qui Theologiam doceret, et reuerſo *Gallo* in priorem nidum ad Danubium. Cum his quaſi conſpirauerant et alii **) contra *Philippum Melanchthonem* et eos, qui in Academiis et Eccleſiis Miſnicis docebant. Aliquoties autem iubente et volente Principe *Mauritio* conuentus diuerſis locis acti ſunt ***). In quibus illi clamatores corrumpi doctrinam puram atque ſinceram odioſiſſimis criminationibus diſſeminabant, adeo vt non paucis vbique ſuſpecta redderentur omnia, quae tum in Miſnicis regionibus ſuſcipiebantur et fiebant. In quibus tantis tempeſtatibus periculoſe iactari *Philippus Melanchthon* et ad duriſſimos offenſionum ſcopulos allidi, cum nihilominus curſum directum ad veritatem

*) Ducem Mauritium Elect., Georgium Anhaltinum, Philippum, Pomeranum, Maiorem et alios.

**) Io. Stolz, et Io. Aurifaber, concionatores in aula Vinarienſi, D. Muſaeus, Io. Wigandus, M. Iudex, Io. Weſtphalus, alii.

***) Vt Miſenae, Pegae, Torgae, Cellae, Grimmae, Lipſiae etc.] De his extat copioſa enarratio edita hoc titulo: Ex actis ſynodicis et aliis diligenter et fideliter collecta expoſitio eorum, quae Theologi Acad. Witeb. et harum regionum alii, qui his adiuncti fuerunt, in deliberationibus Prouincialibus et alioquin extra has de rebus ad religionem pertinentibus monuerint, ſuaſerint, docuerint, reſponderint, conceſſerint, illo tempore, quo et de his ipſis et de libro Auguſtano, qui nominatur, Interim, qualis eſſet, quaeſitum fuit et tractatum. Et edita de ſententia Profeſſorum Acad. Witebergenſis. Witeb. 1559. 4.

ritatem aeternam teneret, neque immutaret velificationem quantumuis reflantibus ventis, in diuinae gubernationis certa fiducia. Verſute autem cauillari iſti noui Magiſtri paene ſyllabas in omnibus quae a Miſnicis proferebantur. Neque pudebat falſa *) et ficta ingerere et ſecundum haec perfricta fronte pronunciare, et optima ſcripta vituperare, et homines innocentiſſimos condemnare. Cum ipſi nihil vtilitatis in commune docendo afferrent, omne ſtudium in maledicendo, obtrectando, inſectando, criminando ponentes. Dicat enim, qui poteſt, quidnam obſcuri ab his illuſtratum, quid ambigui definitum, quod dubium amotum, denique quod lumen doctrinae Eccleſiaſticae illatum ſit? At liquet turbas ab his pernicioſas eſſe datas, datas cauſſas occaſionesque diſſenſionum et alienationum, data damna inimicitiarum, affectos triſtitia bonos, conciliata gaudia malis, ereptum vſum fructumque ſuauitatis et caritatis mutuae, impeditos congreſſus ſalutares, quibus veritatis coeleſtis doctrina et confirmaretur et illuſtraretur. Haec facere ſe illi tanquam ardore quodam mentis religioſae aiebant. Cum interea diſtraherent et violarent nefarie ſocietatem fraternae coniunctionis, et a ciuibus recederent, non fugerent hoſtes. Viſique mihi hi idem facere ſunt, ac ſi quis exquiſite confectas ſubductasque ab aliquo rationes reiicere et confundere audeat, vt ipſe edat et ſubiiciat nouas. Nam quid egere aliud, quam 1548

S 5 quod

*) Mel. Epp. L. II. p. 237. Refutare me Flacii mendacia neceſſe eſt. Nunquam dixi, nunquam ſcripſi, nunquam cogitaui, quod ait me dicere, ἀκριβολογίαν καὶ λεπτολογίαν eſſe hanc propoſitionem: Sola fide iuſtificamur. Meis ſcriptis haec propoſitio declarata eſt, et de excluſiua accurate ſemper locutus ſum et quidem diligentius quam alii.

1548 quod diſpoſita et collocata apte et ſplendide, diligentia atque ſtudio inprimis *Philippi Melanchthonis*, conuellere diſſipareque ſunt aggreſſi? Sed chartae iſtorum volaticae ac ſcurriles et euanuere magna iam ex parte, et penitus aliquando euaneſcent, manentibus ac manſuris grauibus atque ſolidae doctrinae refertis ſcriptis *Philippi Melanchthonis*, dum ſtudium non intercidet cognoſcendi et ſequendi incorruptam veritatem.

§. LXXXIIII.

Electoris Sax. ſolicitudo circa librum Auguſtanum vel recipiendum vel repudiandum.

Proponebantur in Miſnia capita libri Auguſtani, deque illis iubebantur Theologi ſententias dicere. Non enim Princeps *Mauritius* ſine exceptione aſſenſus fuerat decreto, quo liber ille quaſi omnium ordinum iudicio approbabatur, ſed promiſſa Imperatoris de Religione vrgens. et quid ipſe ſuis eſſet pollicitus commemorans, oſtenderat ſibi neceſſitatem imponi, vt ad ſuos ea de re referret. Id non negligi vt conſtaret, diuulgata capita quaedam fuerunt, de quibus quaeſitum *Lipſiae* fuerat, perſcripta illa quidem moderatione ea, vt a conſtantia in veritatis coeleſtis ſincera doctrina ne tranſuerſum quidem, vt dicitur, vnguem recederetur, ſed quibus tamen tempus rerumque mutatio obtrectandi daret occaſionem. Quam improbitas maleuolorum et turbulentorum tunc cupide arripuit, et ea prolixe vſa eſt. Anno autem Chriſti MDXLV. prius omnino quam ſomniare aliquis poſſet Auguſtani libri compoſitionem et editionem, volente Principe *Mauritio* R. et Illuſtriſſimus Princeps *Georgius* Princeps Anhaldinus conuocauerat Lipſiam praecipuos Theologos et Miſnicarum Eccleſiarum praeſides, eos fere, quibus cura illarum commiſſa eſſet viuente adhuc

Princ.

Princ. *Henrico* Princ. *Mauritii* patre, aetate pleroſque ſenes, ſpectatae dignitatis et vitae honeſtate celebres omnes, vbi de communi concordanteque omnium ſententia, adminiſtrationis ordo deſcriptus, et ratio tam doctrinae quam rituum informata fuit. In quo libro omnia ea ad eundem modum continebantur, quo tunc capita illa, de quibus diximus, promulgarunt. Atque licet ex his etiam perſpicere, quantum ſit ſitum in temporibus. Tunc enim certe cum iſta tractata et conſcripta ſunt, ſi ederentur, nemo reprehenderet, ac laudarent potius omnes. Iam vero prolata eadem tam contumelioſe reſpuerunt iſti, qui ipſi ſoli fulcire Eccleſiam et huius ruinas prohibere ſe, credi poſtulabant. Etſi tragoediae iſtae quas excitarunt, commenta tantum ſuſpicionum, et falſae coniecturae argumenta, et ſuae acerbitatis odiique interpretationem et temporis occaſionem continebant. Quae ad vulgus imperitum momenti habebant plurimum. Diligentiores autem celeriter, quonam tenderent, deprehenderunt. *Philippus Melanchthon*, quo iſta ſuadente non inſtituebantur, quique prae ſe ferret potius ab omnibus talibus illo tempore conſiliis actionibusque voluntatem alienam, non tamen ſtudium operae ſuae rebus communibus voluit denegare. Atque veritatem doctrinae religionisque ſinceram integritatem retinere conſtantiſſime perſeuerauit, de caeteris non exiſtimauit vel opus eſſe, vel omnino expedire, vt dimicaretur. Neque ego ab illis diſſentio, qui de iſto libro decretum maximorum malorum cauſſam fuiſſe cenſent. Et hinc enim quae incommoda diſtractionum extiterint, patet, et quid denique futurum ſit magnopere metuendum eſt. At enim quorum haec culpa ſit, reperiendum, et eos inſectandos arbitror, non furioſo latratu et indignis conuiciis appetendos quoslibet. Sed cum amantibus rixas et qui paſcuntur con- 1548

1548 contentionibus, fruſtra diſputatur, praeſertim ad omnia tanquam clipeum Religionis ſanctiſſimum nomen obiicientibus. Horum itaque tanquam rabioſi canis impetum, quoad conceditur, declinando vitantes, conficere curriculum illos ſuum ſinamus, et attexamus reliqua.

§. LXXXV.

Melanchthonis nomen, doctrina et exiſtimatio multorum obtrectationibus petita.

Eadem tempeſtate cum neſcio quo pacto de laudabilium piarumque actionum, quae operum bonorum nomen habent in Eccleſiaſtico ſermone, neceſſitate, renouatae eſſent diſputationes, quidam tumultuoſiſſime refellere non dubitarunt et veras neque ambiguas aut incommodas de illa ſententias, cum plurimorum grauiſſ. offenſione. Idque crimen ſtatim in *Philippum Melanchthonem* quoque tanquam telum intendi, et iam illius aliis quoque in partibus ſcripta lacerari atque carpi, inque primis refutari tradita de hominis voluntate, de conuerſione ad Deum mentis humanae, De Euangelii proprietate *) et natura, eoque res progredi, vt conſultatum ſit in iſtorum conuenticulis de prohibenda lectione certorum librorum Philippi Melanchthonis. Sed huic conatui prudentia pietatis obſtitit et eum repreſſit. Vt autem apud Homerum Ageleos monens procos, ne temere quaſi effundant ſimul iacula omnia, ſed coniiciant aliquot certo numero ac ordine petentes Vlyſſem,

Iuppiter aſpiret nobis (inquit) *ſi forte fauorem*
Vt noſtris manibus cadat interfectus Vlyſſes,
Et noſtrum victrix haec Martem fama ſequatur,
Namque alios, vno hoc occiſo, nil moror omnes:

Sic

*) Quaedam capita controuerſa attigi in commentatione litteraria de Locis theol. P. Mel. p. 229 ſqq.

Sic variis diuerſisque calumniarum obtrectationumque 1548
quaſi venenatis ſagittis nomen et exiſtimatio bona Philippi Melanchthonis propoſita erat vna ad configendum, quod ipſius autoritate veluti confoſſa atque extincta, caeteros omnes non admodum formidandos eſſe ducerent. Sed haud ſcio an aliquanto patientius tulerit iniurias iſtas *Philippus Melanchthon*, quam oportuerit, atque tolerando quam repugnando fuerit fortior. Verum de hoc ipſo fortaſſe poſtea plura dicemus ſuo loco.

§. LXXXVI.

Andr. Oſiander concitat turbas, et Melanchthonem contumeliis appetit.

Venerat Norimbergam ex Bauaris ante multos ſane annos *Andreas*, qui familiae ſuae nomen paene ridiculum *) mutauerat in *Oſiandri*, vnde ſonus non longiſſime recederet. Is, quod Hebraicarum literarum cognitionem profiteretur, in Auguſtiniano coenobio doctrinae ſuae primum mercedes quasdam accipiebat, carus ob ingenii acrimoniam et ſtudium induſtriamque eruditis, praecipue *Bilibaldo Pircamero* dignitate honoribusque et ſapientia doctrinaque praeſtanti viro, quos tamen deinde ruſticitate morum et praefracta animi elatione ab ſe plerosque alienauit. Commendatus autem primoribus ciuitatis facundia ſua potiſſimum, concionibus in aede Laurentiana habendis eſt praefectus. Conſecutus fuerat autoritatem primis contentionibus de religione, cum monachis iam corruentes ſuperſtitiones retinere cupientibus vehementer reſtitiſſet, et coram Antiſtite Pabepergenſi de illis controuerſiis copioſe cum plurimorum admiratione et applauſu diſputaſſet. Iam autem promulgatione libri Auguſtani vel roga-

*) *Hoſen Enderlein.*

1548 rogatione potius illa in Germania paſſim motus periculoſos miſcente, arripuit occaſionem relinquendi eam vrbem, in qua dignitatem et aliquid facultatum fuerat adeptus, contulitque ſeſe in Pruſſiam, vbi et ipſius audacia et quorundam aduerſantum illi importunitate, eae contentiones ſunt excitatae, quae totam fere Germaniam peruaſerunt, ingentiumque odiorum, turbarum, iurgiorum fuerunt cauſae *). Cum et nouitate diſputationum Oſiandricarum animaduerſiones atque notationes plane cenſoriae aliorum excitarentur, et in refragando quisque maxime fortis atque acer videri cuperet. *Oſiandrum* ſane qui ingenio naturaque eſſet excellente, et doctrina varia ac multiplice, et facultate praeclara in pronunciando quae cogitaſſet praeditus atque inſtructus, non cauiſſe apparet ne oppugnando alios, et ſuſpectam formam doctrinae callide introducendo, nouas quaſi ſecures impingeret Rei Eccleſiaſticae. Eſtque ab hoc *Philippus Melanchthon* et ipſe ſpurciſſimi ſcripti atrocibus contumeliis appetitus **). Neque poſſum in animum inducere, vt credam, ipſum autorem tam vecordem fuiſſe, quin illius eum quoque recognoſcentem forte puduerit. Tulit etiam hoc aequiſſimo animo *Philippus Melanchthon*, et in ſimplice, vera, puraque doctrina exercenda perrexit, quae ipſa eſſet reſponſio grauiſſima et firmiſſima defenſio ad omnia. Atque ego ſcio *Philippum Melanchtho-*

*) Optime de hac controuerſia commentatus eſt Saligius Parte ſecunda Hiſt. Aug. Conf. p. 915-1074.

**) Sub titulo Schmeckbier et Aderlaſſen Philippi. Inde Melanchthon in Epp. ad Camer. p. 631: A Baltico littore flatus horridi nos feriunt: audio minas, ὅτι ὁ δημηγορος ταμει φλεβα μοι, ὅθεν το αἱμα ἐς ὅλην Γερμανιαν ἀναβραξει (quod concionator populi illius inciſurus ſit mihi venam, vnde ſanguis ebulliat in totam Germaniam).

chthonem tam inhumaniter acceptum ab Oſiandro, 1548
poſtea tamen ſaepe honorifice eius meminiſſe, recordantem veteris conſuetudinis neceſſitudinem, eamque illi laudem tribuiſſe, quam deberi fatebatur ſcientiae multarum cognitione dignarum rerum praeclarae*). Atque nos in hac narratione ſtuduimus, id quod ante oculos verſaretur, neque dubium aut controuerſum eſſet, de quocunque nominatim aliquid recenſuimus, commemorando exponi: quae ſunt nimirum vel dicta alicuius vel facta, vel his, vt ita loquar, cognata atque inhaerentia. Non enim is ego ſum, qui de aliorum conſiliis et propoſito atque ſententia pronunciare ſoleam. Haec enim occulta ſunt, quae ſuſpicando detorqueri maleuolentiae eſt et odii, extollere vero altius ab integritate alienum. In quo vtroque, priore tamen magis, ſibi licentia ſeculi huius nimium indulget. Enimuero vbi dictum factumue et manifeſtum neque ambiguum extat, licet, vel oportet, vt opinor, id de eo commemorari, quod congruit veritati. Sed alia ſunt aliorum cum ingenia tum voluntates, tum ſtudia quoque. Prauitatem ſane vel procreatione inſitam vel vſu contractam tolli emendando, non corroborari exercendo conuenit, cui quid praetendi poſſit quaerere, extrema eſt peruerſitas. Scripſitque hoc praeclare *Iuſtinus Martyr*, naturam viuendo ſequi eſſe

*) Mel. Epp. L. IV. p. 9. Oſiander ſcripſit ad me litteras non ſolum eruditionis, ſed etiam amoris plenas, quorum vtrumque mihi iucundiſſimum eſt. Tu optimus es teſtis, me ſemper praeclare de eo ſenſiſſe. Et amo profecto ingenium in eo excellens, doctrinam et virtutem. p. 82. De Oſiandro ſcis me praeclare ſentire. Tribuo ei eruditionem et multarum virtutum laudem. Sed eſt ingenio liberiore, quam vt intra ſepta ſcholarum cohiberi ſe ſinat, et quo ingenii impetus quaſi venti rapit, ſequitur.

1548 eſſe eius, qui nondum peruenerit ad fidem, at aemulationem inuidiae, longe adhuc a veritate abhorrentis ac remoti. Quapropter ne quis ſeipſum decipiat, neque ſpecie ſimulationeque fallatur. Nam reperiuntur qui iracundiae in reprehendendo et inſectando quoslibet audaciam, atque etiam conuiciorum acerbitatem ſcripturae ſacrae et ſanctorum hominum autoritate exemplisque defendant. Quorum ſi vires cupiditati reſponderent, iamdudum iacerent demiſſi orco aduerſarii. Quantum tamen in ipſis eſt et damnando et ſupplicia decernendo, et maledictis inſuper ingerendis ſatisfaciunt acerbitati ſuae. Quantum enim vidit aetas noſtra ſcriptorum, quantum dictorum audiuit de ſuſpicionibus et opinionum coniecturis! Quoties concurrentes aliqui clandeſtinis operis, modo doctrinae neque neceſſarios neque opportunos tractatus, modo diſputationes ſuperuacaneas et verborum magis ſtrepitu quam rerum pondere nitentes atque fultas, modo etiam facuas et contumelioſas in alios accuſationes inſtituerunt, compoſuerunt, ediderunt, quibus nihil niſi praeliorum et belli cauſſae darentur! Cum autores inter quasdam veluti ſcenicas exultationes perſonis prodirent alienis tanquam veteres heroës cum cothurnis atque ſceptro, vehementiam et libertatem orationis iactantes, et volentes eſſe ſuperiores vbique, idque valere tantum, quod ipſi ſtatuiſſent, et affectando oris liberi copiam fucum facientes imperitis, ſpecieque iſta libertatis grauiſſime ſauciantes bonam aliorum exiſtimationem, et quietis diuinum donum perturbantes. Huiusmodi autem hominum profecto animi contentio et propoſitum ſententiae periculi plenum eſt, dumque cedere nunquam volunt, ſed victores eſſe aliorum omnium, fit fere, vt ea victoria potiantur, quae eſt triſtiſſ et prouerbio Graecorum Cadmea perhibetur. Atque iſta in hac narratione

ne reticenda, et talia vitia ſilentio, quin notarentur, 1548
praetereunda non fuerunt. Vt autem ad rem redeamus, multas amaras tunc quaſi potiones, vt dicitur, hauſit *Philippus Melanchthon* et concoxit tacendo atque tolerando. De quibus omnia ſunt in medio, neque ſuſpicando a nobis fingitur, aut argumentando exquiritur fere quicquam. Iam vero ne mortuo quidem parcitur, ſed diſſentientum quoque, vt diximus, proteruitas in illo infamando inſolentiaque concordat. Si inuidia impellente, quanta ſit generis iſtius improbitas ex eo apparet, quod nouam ac inuſitatam illud viam ingreditur, cum inuidia tanquam ignis materia deficiente, extingui et delabi in cineres obliuionis poſt alicuius mortem ſoleat. Sin odio incitante: cum oderint eum, quem boni omnes amarunt viuum, et mortuum ſingularis beneuolentiae memoria cohoneſtant, quales ipſi perhiberi poſſint, ſi ſaperent, poterant cogitare. Sed nominis ſcilicet aliqui celebritate offenduntur, et ea oppreſſa fore, vt ipſi emineant, confidunt. Ita ſane ſe res habet, vt omnibus temporibus vera atque ſolida virtus rara, nunc rariſſima ſit, cumque perpauci ſua virtute excellere et quaſi in altiorem locum peruenire valeant, plerique alterum criminando et contumeliarum inſidiis appetendo, aut etiam impudenter inſectando, vt conſpiciantur, aſcendere nituntur. Hoc quale ſit patet. Non certe praeſtantiam et amplitudinem promittens, ſed afferens ſceleris amentiaeque ignominiam, vt illud agentes et ſtultitiae et prauitatis coargui poſſe videantur. Sed quod aggreſſo hoc expoſitionis opus inuito neceſſitas impoſuit, vt non omitterem, in eo neque longior neque diligentior ſum futurus. Vt igitur ad *Oſiandri* mentionem reducatur oratio, fuit is et ingenio acri praeditus et haud vulgari doctrina inſtructus, ſed animo et elato et admodum confidente et moribus

1548 bus nequaquam moderatis atque ſuauibus. Haec naturae interdum vitia educatione liberali et diſciplinae diligentia corriguntur, quae *Oſiandro* defuiſſe conſtat *). Sed confecto ille curriculo vitae ſuae in Pruſſia mortuus, et ſplendido funere elatus atque honorifice eſt ſepultus, Anno Chriſti MDLII. XVI. Cal. Sept. [b]) apud Regiummontem.

§. LXXXVII.

Crucigeri mors: eius laus.

Redeundum autem eſt ad ſuperiora tempora, vt narratio ordine procedat. Quae quidem perquam turbulenta fuerunt, et non modo curis et anxietatibus animi, ſed corporis quoque laboribus atque defatigatione *Philippum Melanchthonem* grauiter afflixerunt.

*) Virtutes et vitia Oſiandri breuiter ſed recte mea quidem ſententia recenſentur in Confeſſione Eccl. Mansfeld. adu. haereſes — (Islebii 1564. 4.) p. 151. A. Oſiander citra omnem controuerſiam vir doctiſſ. fuit, et non tantum in vna vel altera ſcientia, ſed in omni genere doctrinae exercitatiſſimus: adeo vt fere in vniuerſum de omnibus rebus prudenter loqui et iudicare potuerit. Deinde et linguarum cognitione excelluit, et eloquentiae donum habuit mirificum et ſingulare. Sed ſimul etiam habuit ſuos naeuos et vitia — Simul fuit admirator ſui ipſius, et pertinax in ſuis opinionibus, quas ſemper praepoſuit aliorum iudiciis et ſemper ſuas quasdam priuatas opiniones habuit, quas longum tempus artificioſe potuit velare et tegere, ne in lucem euolarent, donec tandem in eum venit locum, vbi largiſſimam occaſionem et poteſtatem arripuit ſua effundendi tot annos ſepulta dogmata.

b) Mel. L. V. Epp. p. 410. Oſiander ex acie exceſſit, h. e. ex hac vita. Intumuerat ei corpus hydrope. Poſtea ſecuta apoplexia extinxit eum.

runt. Anno Ieſu Chriſti MDXLIX. incipiente *) 1549 mortuus eſt cum ingente *Philippi Melanchthonis* dolore et triſtiſſimo deſiderio amici cariſſimi, *Caſpar Cruciger*, diuturno languore conflictatus et grauiſſimis, ob ea quae tum gerebantur, perturbationibus debilitatus. Ita autem obiit mortem, vt ardentiſſ. precibus opem diuinam ſibi et propter religioſae pietatis ſtudium periclitantibus cunctis imploraret, et vitam ſuam traderet in manus Ieſu Chriſti autoris ſalutis vnici, cui ſeruierant fideliter ſtudia ipſius, et quem ſanctiſſime coluerat. Hunc condiſcipulum non multum aetate inferiorem habui in puerili inſtitutione Lipſiae, cum vno et Praeceptore atque Magiſtro *Georgio Helto*, et Doctore literarum Graecarum familiariter vteremur *Ricardo Croco* Britanno. Erat autem in eo puero tanta ſtatim ingenii vis, vt quae caeteri nos magno labore vix perdiſcebamus, ea ille ſic celeriter comprehenderet animo, vt ludere et iocari videretur, nobis admodum ſerio omnes, vt aiunt, neruos contendentibus. Perpetuam autem conſuetudinem hanc ſeruabat, vt in diſſimulando ſcientiam, quae erat in eo multiplex variarum rerum, perſeueraret. Nihil in eo oſtentationem ha-

 bebat,

*) Non A. 49. incipiente, ſed adhuc currente 48. 15. Cal. Decemb] Mel. App. L. IV. Epp. p. 40. ad Vitum Theodorum ita de morte Crucigeri d. 3. Decemb. 1548. ſcribit: Caſparum noſtrum Deus tandem in Academiam coeleſtem abduxit. Etſi autem nulli mors eius maiorem dolorem attulit, quam mihi, fuit enim inter nos communicatio omnium ſententiarum et conſiliorum liberrima. Et poterat ipſe δέξασθαι καὶ ἀποδοῦναι λόγους (accipere et dare reſponſa) et me ſaepe vtiliter monuit, tamen et hanc placidam migrationem gratulor. Multis enim triſtiſſimis ſpectaculis ereptus eſt.„ Melanchthonis oratio funebris de Crucigero extat Tomo III. Declam. p. 299 etc.

1549 bebat, nulla gloriae aut nominis praeſtantiaeue cupiditas animaduertebatur. Studii labores ſuſcipiebantur perferebanturque incredibiles, ſed tam occulte et quaſi furtim, vt familiariſſimi etiam de iis celarentur. Morum vitaeque maxima erat in illo honeſtas atque probitas, et in quotidiano quidem conuictu ſuauitas perquam amabilis, ergaque omnes ſumma humanitas, in negotiis autem gerendis et fides et grauitas ſpectata. In loquendo admodum parcus. Ad omnes vero iuuandum conſilio opeque promtiſſimus. Cogitationes ipſius ſapientes, oratio circumſpecta, inſignis taciturnitas, fides certa. Quibus eximiam autoritatem ille conſequebatur, et dignitate excellebat. Neque inueniebat facile apud ſe alium *Philippus Melanchthon*, cui ſua conſilia confidentius crederet, aut cum quo liberius communicaret ſententiam rationesque ſuas, aut cuius iudicio plus tribueret, quam *Caſparem Crucigerum*. Quem cum tanti feciſſet et tam vehementer dilexiſſet, morte ipſius non potuit non in luctu moeroreque ingente verſari, ea praeſertim quae ante tempus illi accidiſſe videri poſſet. Exceſſit enim e vita hac confecto anno aetatis ſuae quadrageſimo quinto.

§. LXXXVIII.

Synodus oecumenica iterum Tridenti dicta. Buceri mors.

Iam et obſidio vrbis *Magdepurgenſis* multarum variarumque difficultatum cauſas dabat, et Imperatoris *Caroli* in exequendis iis, quae ordinando edicendoque inſtituerat, ſtudium paulo ante remiſſius viſum, rurſum intendi, neque de ſeueritate demonſtrata multum remitti. Non paucis igitur in locis religionis cauſſa aut tumultus excitabantur, aut mutationes fiebant non periculoſae modo, ſed pernicioſae etiam. Et publicatae iam erant hoc tempore

Anni

Anni MDLI. literae, quibus Synodus Oecumenica a 1551
Pontifice Romano *Iulio* III. qui ante legatus [c]) praeſederat in Tridentina et Bononienſi, rurſum indicebatur, et Tridentum denuo omnes, qui adeſſe deberent et a Pontifice *Paulo* III. vocati prius fuiſſent, ſe conferre iubebantur. Hoc Imperator *Carolus*, aegre et vehementer vrgendo Pontificem, tandem obtinuerat. Praefiniebatur autem dies Calend. Maii conuentui, et exordio actionum, quibus Paulina illa Synodus continuaretur. *Carolum* Imperatorem magnopere ſtudere rem ad legitimam cognitionem deduci apparebat, quam ſciret Synodi Oecumenicae eſſe propriam. Sed ita et fuerant ante Synodi indictae, et eae literae de hac ſcribebantur, vt non deeſſent qui ſuſpicarentur, a Pontificiis nihil peius metui, quam ne procederent inſtituta negotia. Ipſum etiam Imperatorem tales literas non probaſſe exiſtimabatur. Sed ſunt illae recitatae in conſeſſu Principum Auguſtae, vbi tum conuentus ordinum Imperii agebatur. Qui ita ſolutus eſt, vt Imperator, ad Synodum celebrandam et frequentandam, cunctos accurate et vehementer hortaretur et admoneret, ſeque propius acceſſurum et propugnatorem omnium defenſoremque actionum fore polliceretur. Non etiam intermittebat vrgere vniuerſos, vt ea, de quibus interim ſeruandis, dum Synodus Oecumenica aliud decerneret, liber editus fuerat, exequerentur perficiendo. Et ideo cum aliis locis magnopere trepidatum fuit, tum *Argentoratum* varie et multipliciter vexatum. Eſtque mortuus in Britannia *Martinus Bucerus* [d]), cum quo *Philippo Melanchthoni* magnus

c) Nomine Ioannes Maria Montanus.

d) De hoc viro, qui, dum in articulo de S. Coena ambiguis vſus eſt formulis, concordiae promouendae cauſa, Lutheranos pariter et Zwinglianos offendit, A. M.

1551 magnus fuerat familiaritatis vſus; itaque morte eius non paruum dolorem eum accepiſſe intelligebatur.

§. LXXXVIIII.

Buceri patria, doctrina, functiones, ingenium moderatum, et in Angliam profectio.

Non putaui alienum hoc loco de *Bucero* pauca vltra ſuperiorem mentionem commemorare, cuius nomen apud quosdam mirifice inuidioſum fuiſſe conſtat, cum illius neque ſtudium prauum, neque operae peruerſae, multo minus improbitas aut malitia deprehenſa ſit. Patriam hic habuit Vueiſſenpurgum oppidum ad Rhenum ſitum. In pueritia autem, id quod multis accidit, literis et alia doctrina ſic fuit inſtitutus, vt finis proponeretur in re Eccleſiaſtica muneris alicuius functio. Vnde poſtea factum eſt, vt ſe daret in familiam ſeu ſodalitatem *Dominicanam*, ſpe, vt videtur, vitae melioris atque ſanctioris. Verum offenſus, vt alii quoque, ſuperſtitionum impietate (quae iam ne ſpecie quidem aliqua religioſae pietatis occultarentur, ſed cum doctrinae falſitate. tum rituum paene iocularium vſurpatione manifeſto deprehenderentur, quos vulgo etiam deridere plerique inciperent, accedente praeſertim vitae atque morum diſſolutione) deſeruit illam congregationem, et euoluit ſe erroribus, quibus temere fuerat implicatus. Verſatus deinde fuit ali-

M. Verpoortennius egregiam conſcripſit commentationem, quae edita eſt Coburgi 1709. 8. cui adiicio librum perrarum, cuius titulus: Hiſtoria vera de vita, obitu, ſepultura, accuſatione haereſeos, condemnatione, exhumatione, combuſtione honorificaque tandem reſtitutione beat. atque doct. Theologorum D. Mart. Buceri et Pauli Fagii — — 1562. ſub finem: Argent. 1561. 8.

quantiſper apud *Franciſcum Siceingenſem*, qui in 1551
graui motu ſuſcepti belli difficilis, quod periculoſam ſeditionem excitaturum eſſe nobilitatis concurſu multi metuebant, in ſua arce *Landeſtallo* oppreſſus mortem obiit anno Chriſti MDXXIII. Poſtea Argentoratum *Bucerus* ſe contulit. Vbi ſtudio et diligentia magna concionando populum docuit, et multa opera ſcribendo edidit, quae comperio doctis et veritatem amantibus praeclara et vtilia videri. Inprimis operam dedit, vt controuerſiae, quae tunc quaedam Eccleſiarum conſentientum pacem tranquillitatemque turbabant, dirimerentur, et reſtitueretur concordia. In quo nihil laboris aut defatigationis recuſauit, vel non potius cupidiſſime ſuſcepit atque pertulit. Quod crederetur autem eſſe ingenio placido ac miti, adhibitus deinde quoque fuit ad conſilia actionesque conſenſionum, et tollendorum diſſidiorum. In quibus tractatibus moderatione ſua cauit, ne nimis offenderentur aduerſarii, neue omnem concordiae ſpem abiicerent. Itaque opinione de eo ſatis bona accerſitus fuit *Auguſtam*, cum liber ille concinnaretur ſententiam Imperatoris pronuncians, de iis quae interim, dum Synodus cogeretur, fieri ſeruarique oporteret, de quo ſupra dictum eſt. Sed fruſtratus eſt expectationem plerorumque et conceptam opinionem fefellit, improbando aperte ſcriptum illud, et demonſtrando inſidias atque corruptelas. Quod igitur tum Imperatoris poteſtate tam late patente, vt aliorum quorumuis ditioni ſubiecta loca complecteretur, neque *Argentorati* neque vſpiam in Germania tutus videretur fore, ita accerſitus perquam honorifice in *Britanniam* ſe contulit, vbi, vt diximus, obiit hoc anno mortem.

1551

§. LXXXX.

Melanchthonis Repetitio Aug. Conf. ſcripta in Synodo Trid. exhibenda, cui ſimilem librum conſcripſerat Io. Brentius.

Orto autem bello *Parmenſi*, Synodo, quam Imperator *Carolus* non modo procedere ſed maturari maximopere cupiebat, impedimenti nonnihil et morae illatum fuit. Quo tempore obſidione *Parmam* et *Mirandulam* Caeſareanae Pontificiaeque copiae cinxerunt. Sed Imperator nihilominus rem apud omnes vrgere, miſſisque literis inſtare, vt ad Synodum vndique conueniretur, et metum periculi, ne qui illum praetendere iure poſſent modis omnibus adimere, ac tuto cunctos et venturos ad Synodum, et ibi futuros indeque deceſſuros eſſe polliceri, denique ſecuritatem quocunque pacto poſſet addere. Magnopere fuerant omnes conturbati rebus atque negotiis poſt victoriam Imperatoris Saxonicam ſuſceptis atque geſtis. Et quoniam conuentus aliquando de religione conſtituenda actos ab iis, qui defectionis ab Eccleſia Romana inſimulabantur, Imperator in eam partem interpretatus fuerat, vt ad Reipubl. ſtatum conuellendum pertinere ſuſpicaretur: non pauci abhorrebant illo tempore a neceſſariis etiam congreſſibus, in quibus communi eandem doctrinam religionemque profitentium ac colentium ſententia ſtatueretur, de Imperatoris poſtulatis, et ſynodicis actionibus. Princeps autem *Mauritius* mandata tunc dedit *Philippo Melanchthoni*, vt ſcriptum componeret, quod ea, quae Synodo exponerentur, ſi quos illuc mitti placuiſſet, comprehenderet *e*). Hoc cum ille

e) tit. Confeſſio Doctrinae Saxonicarum Eccleſiarum ſcripta Anno Domini 1551. vt Synodo Tridentinae exhiberetur. Lipſ. 1553. 8. Saepius hic liber dicitur Repetitio Aug. Confeſſionis. Hiſtoriam huius confeſſionis cum textu latino et germanico edidit Io. Quoduult

ille abſoluiſſet, conuocati Lipſiae Theologi et prae- 1551
cipui vndique Eccleſiarum praeſides, iubentur audire recitationem ſcripti, et de eo dicere, quid ſentirent. Vniuerſis id approbantibus, neque vllo fere quicquam requirente aut reprehendente, vnus tamen aut alter *) aliquid notare in actionibus ſuperioris temporis, et culpare quaedam, vt ſuſcepta geſtaque timidius. Sed neque horum ſermones conſenſionem turbarunt, et ipſi etiam commoditate et manſuetudine aliorum, veritatisque inprimis demonſtratione, quod falſis temere fidem habuiſſent, facile ſunt placati. Quanquam autem et ſimplex erat iſtius ſcripti expoſitio, neque vllius nominatim criminationem complectebatur, eorum tantum, de quibus controuerſiae iamdudum erant, explicationem continens, non viſum tamen eſt cum aliis ipſum communicare, nonnullis principibus viris et ciuitatibus hoc magnopere expetentibus. Et aduenere ea de re legati quidam Theologi *Vuirtenbergenſes* et *Argentoratenſes*, et attulerunt librum ad eundem vſum conſcriptum a *Iohanne Brentio* f), qui apud

T 5 Vuir-

uult-Deus Bürger, Frankf. u. Leipz. 1722. 8. Ad quaeſtionem, cur Articuli Smalcaldici eum in finem concinnati et adprobati, ut in concilio exhiberentur, eo tempore non ſint adhibiti? reſpondet Buddeus in Iſagoge hiſtorico-theologica p. 439. Etſi huius rei variae forte excogitari rationes queant, admodum tamen veroſimile videtur, quod miniſtri et theologi Electoris Sax. exiſtimaverint, fore vt Patres concilii Tridentini durioribus quibusdam locutionibus et nimia acerbitate in Romanum Pontificem, quae in iſtis articulis conſpicitur, ſtatim ita offenderentur, vt nulli amplius conſultationi ſupereſſet locus.

*) Mansfeldenſes Theologi, qui et ipſi ſubſcripſerunt, atque inter hos Io. Wigandus.

f) Confeſſion Chriſtoffs Hertzogen zu Wirtemberg, ſo ir f. g. auf den 24. ian. 1552. dem verſamleten concilio

1551 Vuirtenbergenſem Ducem Illuſtriſſimum Principem *Chriſtophorum* Vlrichi filium, poſtquam ex Sueuicis Salinis diſceſſerat, erat in ſingulari pretio et exiſtimatione, in maximo honore, quamuis occultius aliquanto, habitus, cum Hiſpanica praeſidia adhuc detinerent praecipua in illis terris loca, quae hoc anno tandem fuerunt educta, reſtituta libera Principi ſuorum poſſeſſione, poſt ingentia damna data regioni Vuirtenbergenſi, non modo direptione facultatum et detrimentis fortunarum, ſed morum ſimplicis et probae gentis corruptela, et integrioris vitae diſſolutione. Quam cladem vaſtitate agrorum et pecuniarum rapinis boni omnes grauiorem foedioremque duxerunt. Cum *Iohanne Brentio* antiqua neceſſitudo intercedebat *Philippo Melanchthoni*, et hunc Princeps Vuirtenbergenſis paulo poſt eximio fauore complexus et dignitate et opibus auxit. Sed id ſcriptum, quod a *Philippo Melanchthone* compoſitum fuiſſe diximus, congregatis in Synodo offerendum, cum iis, qui illarum rerum cauſſa in Miſniam venerant, tandem communicatum, et poſtea conuentu Vuittenbergae acto ab aliis compluribus, coram quibus recitatum fuerat, approbatum, et tandem editione quoque repetitae Confeſſionis Auguſtanae titulo, diuulgatum eſt.

§. LXXXXI.

cilio zu Trident durch irer f. g. geſandten vberantwortet, Tubing. in 12. et Lauging. in 8. ſine anni mentione. lat. vero: Confeſſio piae doctrinae quae nomine illuſtriſſimi principis, Chriſtophori, ducis virtembergenſis, per legatos eius d. 24 ian. ann. 1552. congregationi tridentini concilii propoſita eſt, Tubing. 1552. Vberius de hac confeſſione agit Pfaffius in comment. de actis ſcriptisque publicis Eccleſiae Wirtembergicae p. 24 ſqq.

§. LXXXXI. 1551

Auguſtanae eccl. et ſcholae Doctores quidam vrbe eiecti. Decreti Caeſariani violentia improbatur et de pertinacia religionem violenter obtrudendi diſſeritur.

Interea autem, dum haec cura atque ſollicitudo exercet *Philippum Melanchthonem*, oritur aliud malum, et excitatur tempeſtas, quae mirifice perculit omnium bonorum animos, et eripuit ſpem felicis euentus, quod ad tractatus quidem de Religione pertineret, vniuerſam. Cunctis enim ſperantibus fore, vt congregatis iam iis, qui de controuerſiis Eccleſiaſticis cognoſcerent, res eſſent vbique interea quietiores, cum praeſertim exiſtimarentur in illa Synodo affuturi cauſſamque dicturi, ii qui defectionis inſimulabantur: Et, hi quo tutius venire ad Synodum ibique liberius verſari, et omni metu ademto negotium gerere poſſent, D. *Mauritius* perfecerat, vt non modo Imperatorio diplomate ea fides daretur, ſed autoritate etiam ſynodica confirmaretur: Hac igitur in ſpe atque expectatione hominum, noui terroris et magnarum perturbationum occaſio data eſt. Nam de improuiſo *Auguſtae* decem curantes docentesque in Eccleſia, cum quibusdam in ludis literarum Magiſtris, coram *Antonio Granuelano* Praeſule Atrebatenſi maximae apud Carolum autoritatis, iuſſi fuerunt apparere. Is ſibi adiunctis praecipuis Imperatoris conſiliariis, in ipſorum doctrinam inquirere, et vehemente oratione eos increpare, et ne a contumeliis quidem abſtinere, denique inhumaniſſime et duriſſime acceptos ita dimiſit, vt tyrannico edicto vrbe eiiceret. Eandem acerbitatem et aliae ciuitates *Sueuiae* *) tunc expertae fuerunt. Quod factum

*) Melanchthon Libro II. Epp. p. 30. In Sueuia pulſi ſunt plures trecentis Paſtores Eccleſiarum, imo et

1551 factum tam ſaeuum ſermones querelasque varias commouit, et animos bonorum moeſtitia compleuit. In quibus *Philippi Melanchthonis* cogitationes erant inprimis triſtes, et oratio audiebatur cum ſeuera, tum miſeriam infelicitatemque noſtrae aetatis deplorans. Commemorabantur autem tum a nonnullis ea incommoda atque mala, quae alios praeſtantes ingenio et vſu maximarum rerum conſiderare oportuiſſe exiſtimabatur: eos praeſertim qui potuiſſent auertere, cum ipſis nihil niſi in moerore et anxietate lacrimae concederentur. Haec erant iſtiusmodi fere: Diſſenſiones de Religione non eſſe ſimiles aliarum, ac tales potius, quibus potentia moderari, quasue coërcere ac reprimere vis vlla nequeat. Sed eſſe de his cognitione et iudicio opus, propterea quod animi impediantur metu, ne quid impietatis concipiant. Quodſi ita affectos cogere velis, apud fortiores nihil ſis profecturus. Vitam enim hi amittent potius, quam mutent ſententiam. Immo hanc aliqui laudem affectabunt, vt in confeſſione veritatis afflicti eſſe dicantur. Alios reddideris improbos ac malos, qui iam dicere facereque non dubitent quiduis, quique commutare dominos per occaſionem libenter velint, denique infidi hi erunt et leues. Si enim in rebus humanis, cum id proditur, quod verum rectumque eſſe aliquis decreuit, ex eo vitio proditiones amicitiarum et Rerumpublicarum naſci comperitur: Qui a perſuaſione veritatis diuinae metu aut ſpe depellitur, et de illis rebus

et trucidati aliqui ab Hiſpanis, qui eis et viaticum et coniuges eripiunt. Ibid. p. 215. In Sueuia horrenda deformitas eſt Eccleſiarum. Multis locis nulli ſunt Paſtores, nulli publici congreſſus, nec baptiſmus, nec Coena Dom. Infantes diu ſine baptiſmo ſunt, poſtea collocati in currum aliquot vehuntur in oppidum vicinum, vt baptizentur.

bus contra animi ſententiam iam loqui ſuſtinet, eum- 1551
ne quis vlli mortalium fidelem fore putabit? Dicet aliquis, redire hos in viam, neque eam eſſe veritatis deſertionem, ſed erroris. Id tum demum fortaſſe dici poſſet, ſi rebus diſputatis et explicatis, ſublataque dubitatione, abeſſent minae, terrores, violentia, illecebrae obſequii, et ſpes emolumentorum. Itaque de quodam Arianae ſectae legimus, quod, cum intellexiſſet vnum orthodoxum ex amicis praecipuis, amplecti illam doctrinam, ſibi gratificantem, indignatus animo iuſſerit caput ipſius ceruicibus abſcindi, cum quidem increpans eum dixiſſet: *Tene ego poſthac mihi fidelem fore confidam? qui hominis cauſſa fidem fregiſti, datam Deo.* Sed contra Imperatoris decreta hoc aut illud commiſſum omiſſumue eſſe aiunt. Iis ſcilicet in rebus, de quibus ſemper hoc in promtu eſt: Magis Deo quam hominibus. *Conſtantinus Magnus* cum de religione orta controuerſia ſtatuae ipſius a concitata multitudine euerſae fuiſſent, quaeſtionem ea de re haberi noluit, ne religionis negotia, cum profanis permiſcuiſſe perhiberetur. Quae vota quam longo tempore fuerunt bonorum etiam ſic ſatis bonorum, vt de religione ſuſcipi fierique cognitionem potius priusque ſtuderent, ii qui deberent ac poſſent, quam aliquid edicendo conſtitueretur, quod neque duraturum, et in aliorum dicta, in aliorum manifeſtas reprehenſiones reclamationesque incurſurum eſſet. Quam multi ſunt anni, quibus expetitur, vt neceſſaria maxime omnium, legitima cognitio de controuerſiis Eccleſiaſticis! Haec res cum tandem magno labore perfecta putaretur, et cognitio illa eſſet inchoata, talibus actionibus eam interturbari non oportuiſſe plerique cenſebant. Non hi quidem diſputantes, quomodo negotium illud cognitionis inſtitutum eſſet, aut quid eo quaeri videretur, ſed hoc perpendentes: ſi illi,

1551 illi, qui nollent et negarent poſſe ea probare et admittere, quae diſſerendo notaſſent et eſſent inſectati; illi igitur, ſi cogerentur dubia et incerta iam amplecti, aut ſi renitentes exterminarentur, quaenam Synodus illa futura eſſet, ad quam vel non integrum venire iam quaſi deiectis de iure diſceptandi, aut venire eſſet neceſſe debilitatos atque fractos, cum liberae tantarum rerum tractationes promitterentur, et plurimi eſſe tales iudicarent foreque ſperauiſſent. Dolebat quibusdam, non ſaltem reſpectum fuiſſe quendam habitum maleuolorum. Non enim poſſunt certe omnium voces et ora interminando occludi. Quid igitur maleuoli tum dicere poſſent non cogitatum, neque circumſpectius res iſtas fuiſſe geſtas, moleſte ferebant aliqui. Quod negari non poſſet, diſſentaneum eſſe, in ipſo articulo oſtenſae cognitionis talia facta fieri, quibus iudicii omnis libertas adimi videretur. Cum tamdiu aliquos tulerint, quaedam diſſimularint, et, vt pater adoleſcentis, quemadmodum ex neſcio qua fabula vetere adducitur, Comici, quamuis ille oleret vnguenta, tamen odorari ſe negat: Sic iſti quanquam eſſent in conſpectu, quae improbarent, tamen oculos auerterint, nunc vbi dies venit, quo decernatur de iis ipſis et rebus et hominibus, iſti iubentur praeiudicare id damnando, quod diiudicari debeat, aut ſi nolint, extorres profugere coguntur. Quid hoc ſit aliud? quam quod apud Poëtam de ſimili peruerſitate dicitur:

Pacem orare manu, praetendere puppibus arma.

Id eſt oſtendere liberam cognitionem, et interim alligare animos atque deuincere velle, vt facere neceſſe ſit, quicquid imperetur, ſiue probent aliqui ſeu improbent, nullis argumentis adducti, aut in refragando perſeuerantes exulent, vel grauiores etiam poenas

poenas perſoluant. Atque ſcio fuiſſe quosdam ſuſpicatos, de ſententia Caroli iſto pacto rem adminiſtratam non eſſe. Et demiratos vnde extitiſſent haec conſilia. Optaſſeque vt vulneri iſti remedium inueniretur, ne mala malis exaggerarentur. Videbant enim fore, vt tunc multi terrerentur, afficerentur varie, grauiter perturbarentur, denique ingentem iſta paritura eſſe confuſionem. Atque comperi ſuaſiſſe quosdam, qui non modo iuſtitiae ſed vtilitatis quoque reſpectu mouerentur, mutandum decretum illud et reuocandos expulſos, et inſtitutae cognitioni curſum liberum relinquendum eſſe. Sed vicerunt ſcilicet fata ſaeculi noſtri, et ſecuta mala cum initia atque cauſſas, tum incrementa impulſionesque habere oportuit. Et in pertinacia tunc obtemperatum eſt iracundiae, quae cum nihil conſiderando proſpiciat, exitus habere ſolet eiusmodi, vt, ſi quem facti ſui aliquando poeniteat, non mirum eſſe videatur. Atque exponuntur a me ea adhuc, quae mediocriter prudentis hominis ac ſani rationibus comprehendi colligique poſſunt, cum in iſtiusmodi negotiis nihil prius neque antiquius ſibi eſſe pati debeat quisquam, veritatis coeleſtis, cuius doctor et explicator eſt Spiritus ſanctus, perſpicientia, qua relicta aut negligentius exquiſita, cultum et venerationem Dei aeterni, et pietatem religioſam labare et concidere neceſſe eſt. Sed longe ſane digreſſi, redeamus ad noſtrae narrationis ſeriem. 1551

§. LXXXII.

Melanchthon a Mauritio Elect. Sax. ad Trident. Synodum mittitur: ſed ad arma traductis negotiis Norimbergam modo peruenit, indeque reuertitur.

Et haec ad iſtum modum *Auguſtae* acta ſollicitum habebant *Philippum Melanchthonem*, et crebrae mul-

1551 multiplicium quarundam etiam mirificarum literarum eo maxime tempore ei interpellationes obſtrepebant, et qui eiiciebantur, conſilium ab ipſo opemque inprimis petebant, et ad eius fidem miſericordiamque confugiebant, et conſultationes de Synodo, quae inter Reipublicae graues motus renouabantur, curas maximas afferebant. Et ea cernebantur quaſi conſeri vel ad herbam etiam perduci, quorum qui fructus futuri eſſent, nemo bonus ſine anxietate ſingulari cogitare poſſet. Nam quod et Gallici regis, qui Imperatoris hoſtis vel certe inimicus eſſet, animus ita alienaretur a Pontifice Romano, vt in Synodo contra rationem illam et inſtitutas actiones teſtatam eſſe vellet ſententiam ſuam, nec non mutuae inter Carolum et hunc regem criminationes, quae diuulgabantur, et recepta occupataque vrbs *Magdepurgica* a Duce *Mauritio*, et, Imperatorem, qui ad Oenipontem deſideret, fruſtra interpellari de Landgrafii liberatione, cuius promiſſae ſponſor appellaretur gener D. *Mauritius:* Haec omnia inquam attentos, formidine futurorum carere non patiebantur. Et *Philippus Melanchthon* iam tertius g) ad Synodum Legatus cum literis Principis *Mauritii* in viam ſe dederat. Earum literarum h) talis erat ſententia, quae ſubiiciebatur praeſcriptae ſaluti et compellationi honorificae, qua Reuerendiſſ. Domini et Reuerendi patres ille conuentus nominabatur: „*Cum Caeſarea Maieſtas clementiſſime voluiſſet, vt ex Eccleſiis ſubiectis ditioni ſuae, aliqui ad Synodum mitterentur, noluiſſe D.* Mauritium *deeſſe voluntati illius, cum praeſertim optaret et ipſe veritatem illuſtrari ad gloriam Dei aeterni, et conſtitui piam ac perpe-*

g) Comitibus Eraſmo Sarcerio et Valentino Paceo.

h) Extat haec epiſtola L. III. Epp. Mel. p. 80. Ej. Conſ. lat. P. II. p. 166.

perpetuam in Eccleſiis totius orbis terrarum concordiam. Quae duae res maxime eſſent expetendae omnibus mortalibus, praecipue vero iis, quibus gubernatio aliorum diuinitus ſit commendata. Tum deinde iudicabatur, *qui mitterentur ad Synodum, ii quidem illi, quorum honeſtatem vitae et pacis publicaeque concordiae ſtudium, Princeps ipſe praedicari intelligeret.* Adebatur petitio: *vt hi exponentes publice, quid de omnibus controuerſiis docerent communi ſententia Eccleſiae in regione ſua, audirentur.* Et ſignificabatur: *Eſſe ipſis mandata data, vt pie placideque et ſine priuatis affectibus recitarent et declararent doctrinam, quam eſſe exiſtimarent vniuerſae Eccleſiae neceſſariam.* Concluſio literarum complectebatur et admonitionem humaniſſ. et vota pleniſſ. pietatis: *Scire eos, qui conueniſſent, pro ſua excellente ſapientia, ipſorum conſeſſus Deum iudicem intueri, et Eccleſiam vniuerſam tam coeleſtem quam terrenam ab his poſtulare et expetere, primum vt gloria filii Dei vere illuſtretur, et ſanentur conſcientiae ſauciae, et vera his inuocatio monſtretur, deinde vt talis concordia conſtituatur, qua non ſtabiliantur veteres abuſus. Neque enim Deo gratam, neque diuturnam tranquillitatem ſine veritate eſſe poſſe. Negandum autem non eſſe omnino, manifeſtos errores quosdam et non leuia vitia in Eccleſiam irrepſiſſe, quae diſſidiis horum temporum dederint occaſionem. De quibus tantis rebus, et audire eos Eccleſiarum querelas, et remedia ſalutaria quaerere, ſapientiae eſſe ipſorum. Atque orare ſe Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt vulneribus Eccleſiae veteribus et recentibus medeatur ipſe, ſicut Samaritanum illum ait ſaucio viatori opem tuliſſe. Qua imagine cum ſeſe exprimeret, oſtendit ſcilicet affici ſe calamitatibus noſtris, et velle nobis opitulari.*„ His literis in vrbe Illuſtriſſ. aulae Dresda datis, dies

1551

aſcriptus erat Iduum Ianuarii, anni Ieſu Chriſti
1552 MDLII. Et nomen *Mauritii* cum praecipuis titulis ſubſcriptum. Hac epiſtola accepta *Philippus Melanchthon* cum comitibus iter eſt ingreſſus. Dictum autem eis fuerat vt *Auguſtae Vindelicorum* ſubſiſterent, donec vel ab ipſo Principe vel Legatis ab hoc ad Synodum literas accepiſſent, quibus ſignificaretur, quid facere deberent. Tota res erat magis comparata ad aliorum arbitrium, quam de conſilio et ſententia *Philippi Melanchthonis* inſtituta. Sed nihilo tamen minus ille, ſine recuſatione, vt conſueuerat ſemper obtemperare iuſſis eorum, quibus ſeruiebat opera ipſius, quoad quidem bonae mentis conſcientia pateretur, ſic tunc paruit, et muneri legationis illius vt praeeſſet facile paſſus obtineri et cum comitibus iter ingreſſus fuit. Venerunt igitur illi Norimbergam †), vbi pro ſingulari erga *Philippum Melanchthonem* amore, et ſtudio purioris doctrinae, accepti habitique fuerunt humaniſſime et benigniſſime. Publice eis aedes aſſignatae [i]), procuratae res neceſſariae, et omnia ſummae beneuolentiae praeſtita officia. Dum in vrbe illa commorantur, et otioſe expectant [k]), quidnam porro deinde agere iubeantur, interea rumores diſſipantur de expeditione belli aduerſus Imperatorem, et D. *Mauritii* Gallicis conſultationibus. De quibus maximis et admirabilibus

†) d. 22. Ianuarii.

i) Domicilio in clauſtro D. Aegydii vtebantur, illiusque Abbas Fridericus cum coniuge ſua Philippo et comitibus omnia humanitatis officia praeſtabat, pro qua hoſpitalitate Mel. gratias agit Lugd. Tom. Epp. pag. 316. etc.

k) Melanchthon non omnino otioſus erat. Nam praeter alias occupationes circiter triginta duas lectiones publice in Gymnaſio Aegydiano habuit.

libus cum inceptis tum effectionibus, neque argumentum hoc fert vt enarratio inſtituatur, neque mihi libet has res exponendo inculcare. D. *Mauritius* et conſtantiae diuturnitate, et excelſi animi robore, et conſiliorum prudentia, et rerum geſtarum amplitudine, tum declarauit non eſſe prorſus oppreſſam neque captam Germaniam, ex qua ſcriptis picturisque editis externi quidam triumphos iamdudum agerent. Neque vicit ille quidem tum Imperatorem inuictum, ſed hoc tamen armatus obtinuit, quod inermi ſupplicando diu multumque hactenus fuerat denegatum. Memini in harum rerum motu quid alii ſperarint, alii metuerint. Atque audiui quendam feſtiuum, cum iam bellum fieret, quodam in coetu ſollicitis admodum iis ex *Mauritianis*, quibus tota res erat exploratior, et qui omnia perpendebant diligentius cogitando, per iocum iubere eos eſſe bono animo, nam a *Carolo* vinci *Mauritium* non poſſe. Quaerente vno, quid eſſet, cur tam audacter hoc ipſe affirmaret, reſpondit iſte, veteris diuinationis eſſe eam fiduciam, qua praedicta fuiſſe perhiberetur Achilli victoria ſuperaturo Hectorem. Nam vt Achillis nomen numeris, qui literarum notis indicarentur, plenius eſſet quam Hectoris, ſic *Mauritii* ſtatim initio nomen *Caroli* nomine eſſe numeroſius. Sed haec tum ioco dicta familiariter, cum eo exitu, qui notus eſt omnibus, congruerunt. *Philippus* autem *Melanchthon*, qui *Auguſtam* pergere certis de cauſſis [l]) noluiſſet, et ſatis, vt putabat, diu expectaſſet *Norimbergae* literas, quibus quid deinceps agendum eſſet, oſtenderetur, neque tali tempore, et a diſputatione verborum negotiis ad armorum vim traductis, 1552

l) Auguſtam eo non properauimus, quia in tanta maledicentia et vanitate hominum locus ille, vbi de religione plus eſt diſſenſionum, plus fabellarum peperiſſet. Epp. ad Camer. p. 656.

1552 ctis, apud externos deſidendum diutius exiſtimaret, dimiſſus ab illa ciuitate perquam amanter et publico munere vecturae equeſtris inſtructus m), in has regiones et ad ſuos tandem eſt reuerſus. Non defuerunt qui deplorarent euentus iſtius infelicitatem, qua impeditae eſſent de maximis et maxime neceſſariis rebus, non fortuitae quaedam, neque extraordinariae, quales ſaepe habitae fuerant, ſed legitimae atque exquiſitae cognitiones. Animaduertebatur enim et exiſtere indies maiores voluntatum alienationes, et diſſidia creſcere, et perturbari mentes pias, denique praeparari in diſtractione extrema Reipublicae interitum. Etſi autem ferebatur, aduentum eorum, qui iamdudum quaſi hoſtes iudicati eſſent, ad Synodum ideo tantum expectari, vt vel ſimpliciter parerent atque ſubiicerentur autoritati ſynodicae, neque ad illius decreta omnino hiſcere, vt dicitur, nedum reſpondere quicquam auderent, vel audirent vltimae condemnationis triſtiſſimam pronunciari ſententiam, omnium tamen rerum negotiorumque exitu incerto, erant, qui non malam ſpem conciperent ac fouerent: Si *Philippus Melanchthon* Tridentum acceſſiſſet, futurum fuiſſe, vt, audita enarratione, doctrinae quidem inprimis, ſed praeterea quoque cauſarum, ex quibus tantae tamque inſanabilium malorum difficultates ortae eſſent, multorum animi ad conſiderationem ſalutarem et vera iudicia conuerterentur, qui in ignoratione rerum omnium praeoccupati inſtitutione puerili et ſermonibus maleuolorum, non poſſent vel de doctrina vel de profeſſoribus

m) Beneficus et liberalis erga Philippum animus Magiſtratus Norimbergenſis ex epiſt. ad Mich. Meienburgium conſpici poteſt L. V. Epp. p. 582. — — Nec a Senatu vrbis Norib. accipere volui, qui me petere iuſſit, a quo tamen, ſi erit opus, petam. Duos equos mihi donauit Senatus, quia curru nolo vti.

bus illius bene commodeque ſentire. Et erat *Phi-* 1552
lippus Melanchthon ita animatus, vt neque itineris longi eum taederet, neque laborem vllum aut periculum ipſe vitandum fugiendumque cenſeret, dummodo operae ſtudiique aliquid nauaretur Rei Eccleſiaſticae tam conturbatae et afflictae. Sed iſta ſcilicet ad hunc modum geri oportuit, neque ſaeculi noſtri improbitas remedia tam grauis et mortiferi morbi admiſit. De qua miſeria quamuis multa dici poſſent, cum fruſtra tamen a nobis dicerentur, tum inculcanda non fuerunt. Perſequamur igitur reliqua.

§. LXXXXIII.

Pax inter Imp. Carolum et Elect. Mauritium ſancita. Huius copiae in Pannoniam aduerſus Turcas ductae. Carlouitii laus. Alberti March. Brand. ad Gallicas partes a Caeſarianis defectio.

D. *Mauritius* iis rebus confectis et ea conſecutus, propter quae expedita arma fuiſſent, pacem fieri facile libenterque eſt paſſus. Atque fuere *), qui inter tractatum compoſitionis et pacis tentarent et molirentur diſturbationem bene praeclareque inſtitutorum, et actionum ſalutarium euerſionem, ſollicitando animum D. *Mauritii* ad copiarum ipſius, dum illae interea otioſae eſſent, turbulentum vſum. Sed cum D. *Mauritii* virtus rectique et honeſti propoſiti firmitas, tum eorum, quos eo tempore ſecum habuit, fidele ſtudium libere aduerſando reſtitit poſtulationibus iniuſtis atque pernicioſis. Impoſuit autem D. *Mauritius* toti negotio eum finem, quo fama ipſius non modo moderationis ſed pietatis quoque celebraretur, abductis copiis ſuis in Pannoniam et ſuo aduentu territis repreſſisque hoſtibus, qui et occupa-

*) Vt Marchio Albertus, et Georgius Megapolenſis Dux.

1552 cuparant iam quaedam opportuna loca et progreſſuri vlterius ingentemque cladem videbantur toti Pannoniae allaturi. Eſt autem in iſtis conſultationibus D. *Mauritius* cum aliorum prudentia ac fide praeſtantium virorum vſus opera, tum, vt antea ſaepe, *Chriſtophori* inprimis *Carolouicii* n) ex nobilitate Miſnica equeſtris ordinis praecipui, et a puero optimis diſciplinis ac artibus praeclare inſtituti et egregie exculti, et in Reipubl. maximis grauiſſimisque negotiis cum ſumma laude verſati. Cuius ipſius quoque retinentis atque vrgentis ſtudium bonarum literarum ac humanitatis inter Reipublicae curas conſtantiſſime, praedicari poſſet copioſe in protegendo caput *Philippi Melanchthonis*, et ab hoc pericula, quae ei, vt ſupra indicatum eſt, creabantur, propulſando, incredibilis non modo diligentia ſed ſolertia quoque et neceſſaria tunc calliditas, praeſtantis tempore difficili amicitiae verae officium, et perſoluentis beneuolentiae meritae memoria animi grati debitum. Sed tunc pax o) eſt facta. Id quod gratum

n) Eraſmus in Opere Epp. (Baſil. 1538. fol.) p. 615. Carlevitzium hoc ornat elogio: Eſt iuuenis genere nobilis, alieniſſimus ab omnibus vitiis, quibus hoc hominum genus fere ſolet laborare. Latini ſermonis tam exacte peritus, vt me non pudeat illi palmam cedere, nec litteraturae graecanicae rudis, tum in prudentia iuris non infeliciter verſatus. Accedit his dotibus rara quaedam morum ſobrietas modeſtiaque.„ Camerarius autem frequens cum eo litterarum commercium habebat, quod luculenter teſtantur illius Epiſtolarum familiarum Libri VI. Franc. 1583. 8. quarum liber I. a pag. 36—108. continet 58. ad Carolovicium exaratas epiſtolas.

o) Digna eſt, quae legatur, S. R. Viri Io. Aug. Noeſſeltii ſub praeſidio Baumgartenii habita Diſſ. de admirandis ſingularis prouidentiae diuinae veſtigiis in vindicanda per Pacem Paſſauienſem 1552. et Auguſtanam 1555.

tum acceptumque cunctis, quorum auxilio in eo bel- 1552
lo D. *Mauritius* erat vſus, non fuit. Itaque ipſo ſuas copias in Pannoniam abducente aduerſus Turcicos exercitus, receſſit ab illo *Albertus* Marchio Brandepurgenſis, et per vaſtitatem eorum locorum, qua iter erat, tranſiit in caſtra Gallica, quae aduerſus Imperatorem *Carolum* oppugnationem *Metenſem* in manibus habentem mouebantur.

§. LXXXXIIII.

Bernh. Ziegleri mors eiusque character ingenii et morum.

Annus agebatur tunc Ieſu Chriſti MDLII. Cuius primo die Calend. Ianuarii mortuus eſt Lipſiae *Bernhardus Zieglerus*, de quo ſupra (p. 70.) quoque mentionem fecimus, Theologus ex nobilitate Miſnica, ingenio doctrinaque excellens, Hebraicarumque literarum ſcientia ea inſtructus, vt in iſtius linguae cognitione facile cuncti in his regionibus primas ei concederent. Quanquam autem vitam tempeſtiua hilaritate conditam, more gentis noſtrae cum laetitia colere non dubitabat, erat in eo tamen cum in vultu triſtis quaedam ſeueritas, tum in verbis libertas, tum etiam vocis aſperitas, vt durus et acerbus aliquibus videretur. Ficta, ſimulata, commentitia, oſtentationem vanitatemque omnem mirifice oderat, et leuitatem atque mobilitatem vehementer auerſabatur. Idem ſupra modum officii memor inque eo exequendo diligens. Vsque adeo autem cupidus benefaciendi aliis et ſubleuandi egeſtatem tenuium, vt et ſuas nequaquam copioſas facultates in aliorum commoda impenderet, neque puderet eum vndique, quod pauperibus tribueretur, corrogare etiam mendicando. A *Philippo* hic *Me-*

1555. Sacrorum Euangelicorum libertate, Halae, 1755. 4.

1552 *lanchthone* non raro impetrabat, vt operas ille doctrinae ſuae inſtrueret, et eam ob rem nonnunquam ſe Vuittenbergam conferebat. Neque non facere interdum, vt fores conclauis obſideret, in quo ſedentem aliquid eum conſcribere ſciebat, quod ſibi traderetur, neque admittere aduentantum quenquam, ne inſtituta opera interpellando impedirentur. Obſtabat autem effectionibus doctrinae, quod nullum manuum vſum haberet, quarum dextram caſu de aedificio extrui coepto in terram puer adhuc delatus fregerat, et geſtabat de curatione mala eneruatam atque inutilem. Itaque cogitandi quoque incitatio minus erat ad elaborandum opus aliquod doctrinae acris atque vehemens, et mentis vis quaſi langueſcebat. Saepe poſtea et iucundam conſuetudinem ipſius *Philippus Melanchthon* et accuratam conſiderationem atque ſolertiam in multis ſacrae ſcripturae locis interpretandis requiſiuit, et mortuum crebris gemitibus deſiderare ſe teſtatus eſt. Sed de hoc et ſupra, quemadmodum diximus, eſt mentio facta, neque plura nunc commemoranda duximus. Pergat igitur inſtituta narratio, et ea quae reſtant exequatur.

§. LXXXXV.

Peſtis in Saxonia et Miſnia. Bellum Franconicum ab Alberto Marchione Brandenburgico concitatum.

Huius anni bellicas clades in aliis locis, excepit in Saxonicis et Miſnicis terris peſtilentiae malum, quo et Vittenbergenſes et Lipſenſes congregationes ſcholaſticae diſſolutae fuerunt, aliis alio ſe conferentibus, quamuis initio *Dorgam* p) Vuitten-ber-

p) Vbi Melanchthon praelegit auditoribus ſuis Iuſtini Martyris librum de tribus perſonis diuinitatis. conf. L. II. Epp. Mel. p. 258. Tradidit quoque ibidem

bergenſes complures, cumque eis *Philippus Melanchthon* conceſſiſſent. Ego cum familia mea primum *Neoſtadium ad Orilam* me contuleram, vbi cum hiematurum me eſſe conſtituiſſem, res ita tulit, vt in patriam pergens proficiſcerer. Interea improuiſa ac potius incredibilis pleriſque, tametſi quidam et praeſenſiſſent et praedixiſſent, reconciliatio inter Imperatorem *Carolum* et Marchionem *Albertum* accidit, cuius fuit quaſi foetus bellum Franconicum. Nam cum ſuperiore anno Marchio *Albertus* ciuitate *Norimbergenſi* grauiter afflicta q), et ipſa vrbe oppugnata, Praeſules duos r) vicinos in ſuas conditiones perduxiſſet rationibus non admodum aequis, quod *Pabepergenſibus* agri ſui eriperentur, a *Vuurcepurgenſi* ingens pecuniae ſumma extorqueretur, cumque Imperator edicto ſuo omnia ea eſſe irrita iuſſiſſet tanquam cum hoſte Imperii contracta negotia, rurſum ferebantur eadem illa pacta conuenta autoritate eiusdem Imperatoris confirmata, et ſoluta obſidione Metenſi, Marchio *Albertus* parare ſe ad occupandum denuo recuperata ab Epiſcopo Pabepergenſi, et auferendam a Vuurcepurgenſi ſummam pecuniae, quam poſtulauerat, et prae ſe ferre ſuum ſe ius armis perſecuturum eſſe, quibus cum inſtructior eſſet, nimirum 1552

 cauſ-

dem et Vitebergae ſequenti anno (vt ex libelli titulo patet) Definitiones multarum appellationum, quarum in Eccleſia vſus eſt.

q) Norimberga multis annis magna pericula ſuſtinuit. Nunc vero et obſidionem duobus menſibus et magnas iniurias pertulit, et vaſtatis agris in vicinia conſumtis incendio fere ducentis pagis et direptis facultatibus multorum in oppidis magnis detrimentis adfecta eſt. Sic ſcribit Melanchthon in teſtimonio quodam Nic. Politio exhibito, quod inſerui Melanchthonianis meis pag. 118. ſqq.

r) Epiſcopum Bambergenſem et Wurceburgenſem.

cauſſa quoque ſe potiorem fore exiſtimabat. Vnde
1553 ſequens annus MDLIII. bellum attulit ſaeuum atque crudele. Quo et patria mea *Pabeperga* in poteſtatem Marchionis *Alberti* tradita et atrociter vexata fuit, arcis caſtello vicino *Aldepurgo* dedito, et ipſo ſtatim et a Marchione inflammato, inexpugnabili aliquando credito, et capto olim tandem, cum Dominus eius, qui et ipſe nomen habuit *Alberti*, a Praeſule Moguntino proditus fuiſſet fraudulente, et traditus in poteſtatem *Ludouici* Imperatoris III. Sed iſtis nunc et his ſimilibus narrationibus inſtituta expoſitio non eſt interrumpenda. Et alios tunc amicos et inter hos me non paruas curas attuliſſe *Philippo Melanchthoni* cognitum eſt, cum ad metum periculaque peſtilentiae bellorum quoque calamitas adiungeretur. Ipſe quidem ad mentionem luis morborum tunc paſſim vagantis dicere fere ſolebat: Se non eam peſtem pertimeſcere, ſed alias, quae et infeſtae eſſent Reipubl. et perniciem interitumque communem minari viderentur. Significabat autem cum dictorum tum factorum audaciam impudentem, quam augeri et conualeſcere vbique in maxima omnium rerum licentia cerneret, atque ſimul alienationes Principum potentumque et occulta odia, et facinorum nefariorum defenſionem approbationemque, et erga hos aut illos ſtudia commota non rei negotiorumque aeſtimatione, ſed inclinatione et procliuitate voluntatum ad perſonas. In quibus quamuis toleranda aliqua aut negligenda viderentur, exempli tamen et imitationis periculum magnopere eſſet pertimeſcendum.

§. LXXXXVI.

Elect. Sax. mors: eiusdem intrepidus et imperterritus animus. Aegranus conuentus.

Commiſſis autem duobus acerrimis bellatoribus D. Saxon. *Mauritio* et *Alberto* Marchione Brandepur-

depurgenſi, et *Mauritio* victore, dum ipſe ingentis 1553
animi nimia alacritate inuehitur in hoſtes, fortuito ictu machinae vulnerato, et poſt dies tres in caſtris mortuo, procul etiam tunc abſente fratre *Auguſto* in *Dania* apud Regem ſocerum, rurſum ſuſpenſi omnes expectatione futurorum et anxii fuere. Atque eſt intellectum, veriſſimum eſſe quod veterum quidam ſcripſit: Qui in exercitu dux ſit, eius conſilia animique contentionem longe potiorem eſſe viribus effectionibusque corporis. Neque tantum boni ab vllo copiarum ductore fortiſſime dimicando et profligando hoſtes manu propria conciliari, quantum damni malique detur morte ipſius. Sed ad hunc caſum magnitudine animi et generoſi impetus vehementia, et non viuendi ſed vincendi cupiditate ardentis Principis *Mauritii*, fata ſcilicet abuſa ſunt. Atque erat in Duce *Mauritio* animoſa virtus inprimis, neque ille viſo hoſte moueri periculo, quod metum incuteret aut haberet cautionem, ſed cogitatione cupiditateque inuehendi et gerendi rem quaſi calcaribus inſtigari, vt tanquam generoſus catulus temere etiam aliquando excurreret, et peteret aduerſarios cum ferocius tum inconſideratius. Et ideo in Pannonia quodam tempore in maximum capitis diſcrimen venit *). Et militans quondam in Imperatoris

*) Mel. in Epp. ad Camer. p. 417. In praelio, quod cum Turcis commiſſum eſt, audio Ducem Mauritium quadam magnitudine animi et auiditate pugnae longius prouectum eſſe, et illatum in agmen Turcorum, vbi dum dimicat fortiter, equus labitur: collapſo inſtant Turci, et hoſtis iam necem Principi minatur, cum vnus ex ſatellitibus Ribiſchius Turcum illum, qui corpori Principis veſtigium impreſſerat, obtruncat, repellit caeteros. Sed Ribiſchius ipſe multis vulneribus acceptis ibi interficitur ſeruato ſuo Domino.

1553 toris *Caroli* caſtris bello Gallico, cum vrbs quaedam oppugnante *Carolo* ſtrenue tormentis globos illos ferreos eiicientibus defenderetur, neque D. *Mauritius* tamen proueheretur circumſpectius aut timidius, conſpectus eſt Imperator *Carolus* accedens et eum ſeducens, quod diceret: *Non ſcire omnes, quo pacto inter volitantes illos globos decurrendum verſandumque.* Ego ante duos fere menſes quam proelium iſtud committeretur, *Lipſiam* redieram, cum *Aegram* tranſiiſſem, vbi tunc Legati Caeſaris *Ferdinandi* et multorum Principum, nonnullarumque ciuitatum conſultabant de motibus bellorum, quibus tota fere Germania flagrabat. Non abſtinebant autem vrbani in illis tantis aerumnis ioco, cum dicerent: Non boni ominis locum ad deliberationes eas fuiſſe delectum. Sane ita *aegre* res proceſſit, vt inter non diuturnas tractationes euaneſcerent omnia: Cum Marchio *Albertus* interea in Franconia ſuo ſe ludo oblectaret, et excitaret maiora indies bellorum incendia, quae tandem in Saxonicas regiones peruaſerunt, cum eo inprimis exitioſo euentu, quo D. *Mauritius* exceſſit e vita, et quo multis praeſtantiſſ. viris interfectis, ita Marchionis *Alberti* fractae vires fuerunt, vt nunquam poſtea quantumuis ſubleuatus erigere ſeſe et denuo confirmare potuerit.

§. LXXXXVII.

Eraſmi Reinholdi, Eduardi VI. Angliae Regis, Georgii Princ. Anhalt. et Iac. Sturmii mors. Anhaltini elogium. Maria fratri Eduardo ſuccedens ad Pontificias partes regnum perducit.

Hoc anno perquam carus *Philippo Melanchthoni* mathematicus doctiſſ. *Eraſmus Reinoldus* eſt mortuus. Et in Britannia deceſſit Rex *Eduardus* adoleſcentulus optimae et praeclariſſimae, vt ferebatur, indolis atque ſpei. Deque eius interitu varii,

et

et quorundam non admodum clementes ſermones 1553 auditi. Deſſauiae autem migrauit ex hac vita terrena Illuſtriſſimus Princeps *Anhaldinus Georgius*, cum ego menſe Iulio in Franconiam me recepiſſem. Principis iſtius monumentum verſibus ornauit *Philippus Melanchthon*, quem viuus ille et ſuorum conſiliorum autorem et actionum adiutorem fideliſſimum atque diligentiſſimum habuerat. Fuit autem *Georgius* Princeps is, in quo excelſitas generis atque conditionis cum ſingulari humanitate coniungeretur, cumque ſapientia atque doctrina excelleret, tanta tamen erat in eo modeſtia, vt paruas etiam res non facile exequeretur vllas, niſi prius diligenter deliberatas, et ad aliquos, de quorum ſapientia atque fide bene exiſtimabat, relatas. Quem talem Principem, qui Saxonicarum rerum ſtatum temporis illius nouit, cogetur fateri propitii Dei clementiſſimo conceſſu atque munere his regionibus impertitum fuiſſe, cuius diligentia, virtute, pietate, fide, ſanctitate niteretur ſalus ipſarum. Sed de huius Principis Illuſtriſſima excelſitate, deque maximis in Rempublicam et inprimis Eccleſiaſticum ſtatum atque ordinem meritis atque beneficiis, quaſi praetereundo verba ſupra quoque fecimus, cum accuratiorem copioſioremque expoſitionem illa deſiderent, deque eo et noſtrae et aliorum extent narrationes pleniores *s*) atque copioſiores. Mortuus eſt cum omnium ingente moerore xv. Calend. Nouembris. Et dolores *Philippi Melanchthonis*, quos iſto caſu acerbiſſ. acceperat, mox cumulati fuere allato nuntio mortis *Iacobi Sturmii* Argentoratenſis. Cum hoc viro ex nobilitate ciuitatis

s) Scilicet Narratio de Reuerendiſſ. et Illuſtr. Principe Georgio Principe Anhaltino et Aſcaniae etc. Auctore Ioach. Camerario, ſaepius et nouiſſime edita Lipſ. 1696. 8. Melanchthonis autem oratio de eo extat T. III. Declam. p. 183 etc.

1553 tatis illius, principe Senatus, et praeſtante ſapientia, virtute, doctrina, experientia et vſu rerum, facultate quoque diſerti ſermonis ac copioſi praeclara praedito, ſingularis neceſſitudo interceſſerat multis annis *Philippo Melanchthoni* et plerisque in conſultationibus de negotiis Religionis rationes ſententiasque ſuas illi contulerant. Antecedebat autem *Sturmius Melanchthonem* aetate, ferme annis ſeptem, qui ſolebat admirari in hoc ſummam prudentiae conſiderationem, cum admirabili robore excelſi animi coniunctam, quae diuerſis temporibus laus in ipſo eminens, vel nullo vel raro certe exemplo, conſpecta eſt. Mutatae etiam res in Britannia et ſignificatione moleſtiam exhibebant, et curas afferebant cogitatione *Philippo*. Nam conſobrina Imperatoris Caroli *Maria* (quam ſolam inter abortiones crebras viuam pepererat *Catharina* mater dimiſſa ab *Henricho* Rege, cum mox aliam poſt aliam ille duxiſſet) Regina facta, quae deinde nupſit *Philippo*, Caroli Imperatoris filio, Hiſpaniarum Regi, Eccleſiarum ſtatum, quem frater conſanguineus ipſius paulo ante confirmatum reliquerat, prorſus conuertit, non etiam nullis antiquatis a patre *Henricho* ſancitis. In quibus praecipua fuit ſubtracta obedientia Pontifici Romano et vendicata Regi. Quae omnia tum reſciſſa, et ſub poteſtatem ditionemque Pontificiam denuo ſubiectum regnum illud fuit, et horribili ſaeuitia crudelitateque vexati ſunt aduerſarii et diſſentientes, exiliisque et direptionibus bonorum afflicti, et igne ac ferro necati, neque pepercit tum vlli ſexui, aetati, generi, conditioni immanitas arripientum pro ſeditioſis atque impiis quacunque de re non aſſentientes rerum ſumma potientibus in cunctis quae eis forte placuiſſent.

§. LXXXXVIII.

§. LXXXVIII. 1553

In Boruſſia perturbatus rei eccleſiaſticae ſtatus. Ge. Sabini inde migratio. Conuentus Principum Naumburgenſis, de pace ſtabilienda et dirimendis litibus eccleſiaſticis. Prodigia.

Cum autem in *Pruſſia* res eſſent admodum perturbatae, et contentiones indies creſcerent, et diſſidia augerentur, illique veluti igni materia ab externorum quoque peruerſo ſtudio praeberetur, in reſtinguendo eo incendio diligentia atque labor *Philippi Melanchthonis* parum proficere potuit. Atque corripuit ea flamma generum quoque ipſius *Sabinum*, qui impatiens quarundam, vt ipſe putabat, iniuriarum, eo tempore ex Pruſſia diſceſſit. Etſi autem erat ea hominis virtus et doctrina et experientia rerum, variae denique et ſingulares ingenii dotes, vt a compluribus expeteretur opera ipſius, inque his ab *Auguſto* Principe Elect. Saxonum Duce, ad ſuae tamen ille Patriae Dominum clementiſſima benignitate accerſentem et luculentam conditionem ferentem ſeſe contulit. Inter quae et curarum nonnihil et plurimum negotii exhibitum fuit *Philippo*, non tam reſpectu ſuorum, quam ſollicitudine de *Sabino*, quem diligebat et quam ornatiſſimum eſſe cupiebat, quamuis ab eo non leuiter, id quod ſupra perſtrinxi, aliquando offenſus. Atque Pruſſiaca negotia iam implicabant alios complures, apud quos eaedem controuerſiae diſceptabantur non modo vehementer ſed alicubi tumultuoſe etiam. Accuſabanturque a nonnullis *Theologi Vuirtebergenſes* *), quaſi neque ſatis attente et caute ad quaedam interrogata initio reſpon-

*) Brentius. vid. Epp. ad Camer. p. 666.] Imo epiſtola quaedam manuſcripta Io. Maioris, Poetae Viteb. non veretur ſcribere, Brentium pecunia corruptum eſſe a Duce Boruſſiae, ne Oſiandrum damnaret.

1553 ſpondiſſent, et plus conceſſiſſent autori illarum turbarum, quam viderentur debuiſſe. Edebanturque ſcripta a diuerſis *) eiusmodi, quae non tam ad rem explicandum, de qua litigabatur, quam alienationes animorum maiores faciendum momenti aliquid haberent. In Miſnicis etiam regionibus deliberationes de Eccleſiis ſcholisque conſtituendis exercebant *Philippum Melanchthonem*, quem et conſiliorum omnium Illuſtriſſima aula ſocium, et conſultorum adminiſtratorem volebat eſſe. Proponebantur autem capita de inſpectione Eccleſiarum, de iudiciis Eccleſiaſticis ordinandis, et quibusdam ad rem ſcholaſticam pertinentibus. In quibus ſi non omnibus vndique, aliquid tamen alicubi operae nauatum, et nonnulla vtiliter conformata aut correcta, quaedam vtilibus inſtitutis rationibusque ſuſtentata eſſe conſtat.

1554 Placuit anno Chriſti Ieſu M D LIIII. vt quidam, maxime propter Pruſſiacas rixas, conuenirent *Naopurgi* in Duringia t). Eo acceſſit cum *Philippo Melanchth.* optimus vir et doctiſſimus Theologus *Iohannes Forſterus* u), Hebraicarum literarum inprimis peritus, qui varia et duriore aliquando fortuna conflictatus, tandem Vuittenbergae conſederat, doctrina ſua Academicam illam communitatem augens atque ornans. Vbi et mortem placide obiit anno Chriſti Ieſu poſt milleſimum quingenteſimum quinquageſimo ſexto. Acceſſerunt et alii et ex Academia Lipſenſi *Alexander Aleſius* w), patria Scotus, valde carus *Philippo Melan-*

*) Vt ab Illyrico, Gallo, Funccio etc.

t) De hoc conuentu conf. Io. Wigandi Oſiandriſmum p. 397 ſqq.

u) Cuius vitam deſcripſi in den Beitraegen zur Geſchichte der Litteratur p. 129 - 160.

w) De hoc optime commentatus Iac. eſt Thomaſius in Orationibus p. 300 - 322.

Melanchthoni, rei Theologicae intelligentiſſimus et artifex excellens congruentium diſputationum, et dignitate atque doctrina exquiſita praeſtans. Ex *Heſſiacis* *) affuere cum alii) tum *Adamus Crafftus*, de quo alibi mentio a me facta eſt, magis vt a me fieri potuit honorifica, quam pietas, ſapientia, virtus ipſius mereretur. *Argentorato* autem *Iohannes Sleidanus* aduenerat, autor libri hiſtoriarum paulo poſt editi, et ab aliis in aliam partem accepti, quod ipſum poſtea cura ſollicitudineque varia affeciſſe, compertum eſt. *Vuirtenbergenſes* *), qui in viam ſe dediſſent, et non abeſſent longiſſime, (*Gotham* enim, quod oppidum Duringiae eſt, veniſſe eos nunciabatur,) neſcio quam ob rem aut famam, non perrexerunt, neque in illo conuentu affuerunt. Perſcripta ſunt quaedam tunc de communi ſententia omnium, breuiter illa quidem, ſed id, de quo quaerebatur, plane et luculente explicantia *y*), et quae non paucorum dubitationes ſuſtulerunt. Atque ita fere annus iſte abiit, inter diſputationes de doctrina et bellorum cauſſis, atque tractatae conuentibus actis rationes fuere componendi res et ſedandi commota. Sed fruſtra pleraque omnia ſuſcepta atque tenta- 1554

x) Nulli adſunt hoſpites niſi Heſſiaci, Adamus, Hyperius, et Paſtor Caſſellanus, et ex Argentorato Sleidanus. Sueui adhuc expectantur. Tom. Lugd. Epp. p. 201.

*) Brentius et Heerbrandus, ni fallor.

y) Extat in Mel. deutſchen Bedencken p. 377 etc. ſub titulo: Abſchrifft der Beredung und Vertrags etlicher Landſchaften Predicanten gehalten zu Naumburg A. 1554. den 23 Tag Maii geſtellet durch P. Mel. Auctores relatt. innocuarum hoc ſcriptum tanquam haud impreſſum ex MSto quodam Tomo Anni 1716. p. 13 - 23. inſeruerunt.

1554 tentata. Itaque ſolennis Imperii Romani conuentus indictus et frequentes conuenire iuſſi ſunt ordines *Auguſtam Vindelicorum.* Et in Germania turbulenti homines paſſim Eccleſiarum ſtatus turbare, et ruere Marchio *Albertus*, donec et ipſe prorſus concidit, et cauſſam dedit, vt in Franconia vrbs Imperii ad Moenum vetus *), quam occupatam praeſidio copiarum ſuarum tenuerat, miſerabiliter inflammaretur. Multa prodigia nunciata tunc fuere. Viſum in *Sileſia* ardere coelum, alicubi conſpecta ſpecies exercituum quaſi qui commiſſuri praelium eſſent. Teterrimum autem, quod multis in locis ſanguine pluiſſe conſtaret. In *Franconia* *) apparuiſſe narrabatur viri ſpecies cruorem effundentis in ſolem, et prope hunc conſpectam eſſe aquilam conantem altius euolare, itemque virum aſtantem equo. Non longe autem a *Vuittenberga* **) ſol cruentus diuidi viſus eſt, et partes dilabi, et exercitus confligentes, et quaſi in excelſo monte ceruus. Quibus animaduertebatur valde commoueri *Philippum Melanchthonem*, ſed ex omnibus vno maxime, cuius ſimile neque audiiſſe ſe neque legiſſe aiebat, cum pro certo et explorato haberetur, in oppido Duringiae, cui Nebrae nomen, ſobolem muliebris ſexus modo natam interiiſſe flamma necatam, quae erupiſſet ex vtero materno. Multa quoque templa de coelo tacta paſſim eſſe affirmabatur.

§. LXXXXVIIII.

Melanchthonis culta cum Iaxitio, Geloo, Socino, Dryandro et Langueto amicitia, ac huius poſtremi laus.

Non putaui omittendam mentionem externorum quoque hominum, cum quibus ſingularis vſus aliquis

*) Sueuofurtum, quae urbs ſaepius a Philippo Trois appellatur.

*) ad Anſpachium.

**) prope Schmidebergam.

aliquis et eximia familiaritas *Philippo Melanchthoni* interceſſiſſet. Voco autem externos eos, qui Germaniam noſtram patriam non habent. Fuit igitur perquam carus illi gentis Pannonicae adoleſcens nobili admodum genere natus e familia *Iaxitia* [a]), quem mortuum Vuittenbergae ita luxit *Philippus Melanchthon*, vt quantopere eum dilexiſſet, et quam triſti deſiderio afficeretur amiſſi, plane liquidoque perſpiceretur. Multum etiam et perquam familiariter vſus eſt *Sigemundo Geloo* [b]), qui poſtea in ſua patria admodum honoratus praecipuis muneribus functus eſt. Ex Italia aduenieus *Laelius* [c]), *Mariani Socini* celeberrimi Iuriſconſulti filius, ſe, et patriam, et florentem opibus et dignitate domum, et ſpem ampliſſimae fortunae ſolius *Philippi Melanchthonis* videndi gratia reliquiſſe, prae ſe ferebat. Animaduertebatur 1554

X 2 tur

a) Renouat mihi iter Geloi memoriam Iazygis, honeſtiſſimi et ingenioſiſſimi adoleſcentis, quem dimiſiſſe me ſaepe poenituit. Epp. ad Camer. p. 513.

b) Fechtius in Epp. ad Marbachios p. 879. nobis egregiam a Sig. Geloo ad Melanchthonem exaratam et de conditione Euangelicorum in Hungaria et Transſyluania agentem epiſtolam conſeruauit. De quodam eius filio Vitebergae ſtudiis vacante ibique vita defuncto legitur Programma Tom. VII. Script. publ. Witt. p. 476.

c) Multis laudibus ob cognitionem hebr. et gr. linguae, pietatem, prudentiam et integritatem a Melanchthone, quocum amplius triennio Vitebergae vixit, ornatus commendatusque fuit Maximiliano Regi Rom. Sigismundo Auguſto, Regi Poloniae, et Pfauſero, cum Inquiſitores minarentur ei ſupplicia et abſentem impedirent, quo minus patrimonio frui poſſet. Litterae commendatitiae extant Tomo Lugd. Epp. Mel. p. 2, 4, 369 ſqq. Teſtimonium honorificum ipſi a Melanchthone exhibitum cum lectoribus communicaui in b. Riedereri angenehmen vnd nützlichen Abhandlungen p. 435 ſqq.

1554 tur hunc ardere ſtudio cognoſcendi iis de rebus, quae tunc diſceptabantur, certi firmique aliquid. Eumque nunciabatur poſtea adhuc iuuenem ingenio ſummo et doctrina praeclara excellentem mortem obiiſſe in Heluetiis. Ex Hiſpania habuit *Philippus Melanchthon* ſecum virum grauem admodum conſtantemque et fortem in iis aſſerendis defendendisque, quae vera atque recta eſſe diſcendo comperiſſet. Eum nominabant *Franciſcum Dryandrum* *). Sed familiae, vt ferebant, apud ſuos inprimis nobilis appellatio alia erat voce gentili, [Enzinas] quam Graecum illud nomen quodammodo interpretaretur. De Anglis ſupra aliquid dictum eſt. Gallicae autem nationis *Hubertus Languetus* Heduus **), (Burgundi nunc nominantur,) multis annis vixit verſatusque eſt apud | *Philippum Melanchthonem*, cum Vuittenbergam veniſſet anno Chriſti MDXLIX. Neque ab ipſo diſceſſit niſi interdum per interualla quaedam peregrinationum, quibus mirifice delectabatur, donec *Philippi Melan-*

*) Eius mentio fit memorabilis p. 494. 505. 507. Epp. ad Camer. et 21 Dec. Eber. Calend.] Varia notatu digna de hoc viro collegit Dan. Gerdeſius in Hiſt. Reformat. T. III. p. 165-172. De eius verſione N. T. Hiſpanica conf. Gerdeſii Florilegium libr. rar. ſub voce Dryander. In Gabbemae Epp. Cent. III. p. 41. Dryander haec ad Io. a Lasko ſcribit: Philippi Melanchthonis doctrinam, iudicium, docendi dexteritatem tanti facio, vt vel huius vnius gratia cuperem vel ad extremum orbem aduolare, quo tanti viri colloquio et diſciplina domi foriſque vti poſſem.

**) Optimus Hubertus, melior quo nemo repertus.] Tom. Lugd. Epp. p. 284. Hanc epiſtolam dedi huic viro honeſto et erudito Huberto Burgundo, cuius integritas mihi conſuetudine triennii cognita eſt. Vidit Italiam, Hiſpaniam, Galliam, et vere πολλων ἀνθρωπων ἰδεν ἀϛεα και νοον ἐγνω. (multorum mores hominum cognouit et vrbes.)

Melanchthonis vita in terris durauit. Vt horum 1554
conſuetudo annum attingat XII. Erat autem *Philippo* grata atque iucunda multarum magnarumque rerum, quas ille tenebat, commemoratio, et oratio de Regibus Principibusque gubernationum, et aliis ſapientia, virtute, doctrina praeſtantibus viris horum temporum. Neque ego audiui vllum alterum, qui tam prudenter et certo, et plane, dilucide, diſerte exponeret, quicquid narrare inſtituiſſet. Non ille in hominum nominibus falli, non indiciis temporum errare, non confundere rerum negotiorumque ſeriem. Erat autem in eo ſingularis ſagacitas in notandis naturis hominum, et coniiciendo, quo quisque ſuopte ingenio deferretur, et quae eſſet voluntatis inclinatio. Conſiliorum etiam ſolertiſſimus aeſtimator, et euentuum futurorum prouiſione admirabilis. Hunc lectio libri cuiusdam *) in Italia, vbi tunc ipſe degeret, a *Philippo Melanchthone* compoſiti cupiditate incenderat videndi autorem illius, et ea ſtimulos perpetuo admouens perpulerat tandem, vt in Germaniam veniret et Vittenbergam ſe conferret.

 Vbi

*) Fortaſſis Locor. Theol.] Ipſe Hubertus Languetus hoc affirmat in epiſtola quadam ad Ioach. Camerarium his verbis: Sub annum 1547. quidam Germanus donauit mihi in Italia Locos comm. domini praeceptoris Philippi, quos vno anno quater aut quinquies perlegi, cum tamen interea peregrinarer. Ii tanquam Ariadnes filum fuerunt mihi variis labyrinthis inuoluto, vt iudicarem iſtum ſolum quaerere, quid ſit verum et pium — — Conſtitui itaque ad eum accedere, vt eius ſententiam de coena domini et aliis quibusdam exquirerem, cumque ad eum veniſſem A. 1549. ab eo tempore usque ad ipſius mortem plerumque apud ipſum vixi. cf. Ej. Epp. ad Ioach. Camer. Lipſ. 1685. 12. p. 27. Praefatio Lud. Camerarii his epiſtolis praefixa multa ſingularia vitae Langueti Antuerpiae 1581. demortui tradit.

1554 Vbi more conſuetudineque ſua accepit eum *Philippus Melanchthon* humaniſſime, et perſpecta virtute integritateque eius, ſecum eſſe libenter paſſus quoad vixit, et obſeruantiam fidemque ipſius eſt expertus, ſummam beneuolentiam erga illum perpetuo retinens. Suntque ſaepe auditi ſermones *Philippi Melanchthonis* praedicantes accurate *Huberti* probitatem et ſtudium veritatis, et prudentiam, et explicatam cognitionem atque ſcientiam earum rerum, quarum periti et ſibi laudem et aliis vtilitatem acquirere conciliareque conſueuerunt. *Hubertus* vero eam grati animi ſignificationem honoremque *Philippo* viuo, et mortuo meritorum recordationem, pietatemque praeſtari ſemper ſtuduit, vt perſpicue declararetur animi ipſius ſingularis erga illum affectio, quem omnibus officiis praeſentem coluiſſet, et cuius erepti nomen honore venerationeque perpetua, et memoriam deſiderio ac lacrimis proſequeretur. Sed hactenus in iſto indicio conſuetudinis cum externis hominibus *Philippi Melanchthonis* moratam eſſe narrationem noſtram, habeatur ſatis, cum alios innumerabiles vndique locorum ac gentium ad ipſum videndum, compellandum, audiendum aduenilſe non ſit obſcurum neque ignoretur. Adiungantur ergo iam expoſitis reliqua.

§. C.

Mors Electoris Io. Friderici. Eius laus vera.

Hoc Chriſti anno MDLIIII. Illuſtriſſ. atque laudatiſſ. Principi *Iohanni Friderícho* Saxon. Duci, poſt obitum Illuſtriſſ. coniugis rebus omnibus pacatis placide mortuo, *Philippus Melanchthon* cum bonis vniuerſis memoria animi grati et veri doloris luctu iuſta fecit [d]), cuius fortunam et caſum ſaepe deplo-

[d]) Epitaphium a Philippo ſcriptum Iohanni Friderico extat in eius Epigrammatt.

deplorauerat, qui exceſſit e vita V. Non. Martii. 1554
Huius Principis virtutem, conſtantiam, animi excelſi magnitudinem, et perferendis, quae neceſſe eſſet, patientiam, fidemque ad Deum et homines ſuſpicientes admirati fuerunt et praedicarunt hoſtes quoque. Quod ſi iſte laudum tantus ſplendor leui forte macula aliqua aſperſus putetur, ita ſcilicet intellectum eſt, hominem eum fuiſſe, quorum haec eſt conditio, vt nemo omnium penitus labis expers ſit. Atque vt aliud aliis vitii eſt, ſecundum Comicum, ſic accidit magnis et fortibus animis, vt interdum altius extollantur quam aequum eſſe videatur. Vnde fit, vt ea ſuſcipiantur moueanturque, quae, niſi proceſſus habeant fortunatos et exitus felices, omnem omnium reprehenſionem effugere nequeant. Quidam autem ita peruerſi ſunt, vt neminem ſatis laudatum putent, niſi ſermonibus ſuis aliquem in coelum ferant, et quemadmodum veteres locuti fuerunt, cum Deorum immortalium laude coniungant. Neque vident hoc pacto non ornari ſed deformari eum, quem celebrare inſtituerunt, cum de homine verba facientes non hominis effigiem exprimi ſtudeant et perpoliri oratione ſua. Sed et de his ſatis vel nimium potius.

§. CI.

Ad Conuentum Auguſtanum Melanchthonis iter, quod parare iuſſus fuerat, omiſſum. Io. Moroni Card. laus: eius patris Hieronymi captiuitas. Dan. Stibari obitus.

Anno Ieſu Chriſti MD LV. Non. Febr. prae- 1555
ſente *Auguſtae Vindelicorum Ferdinando* Rege et Principibus non multis, propoſita fuere capita deliberationum. Cumque in mentione de re Eccleſiaſtica, quod Religionis negotium appellabatur, tres

 ratio-

1555 rationes indicarentur, quibus laboranti illi et dilapſae conſuli ſubuenirique poſſe exiſtimaretur, fuit vna ex his congreſſus doctorum hominum, qui rurſum de Religionis negotio colloquerentur. Itaque *Philippus Melanchthon* iuſſus fuit parare ſe, et expectare literas, quibus quid agendum et iter illud quando ingrediendum eſſet, ei ſignificaretur. Sed tum quidem moleſtia hac affectus non eſt, et reperta alia via ad incommoda ac mala illa non tam ſananda quam mitiganda, et procurandum, ne latius ſaltem ſerperent. Hoc quale ſit, coniicere licet ex praecepto et ſententia Peligni Poëtae de eo, quod ipſe vocat Immedicabile vulnus. Permiſſa tamen tunc, non paucis admirantibus, conceſſaque fuit vſurpatio aliqua eius doctrinae, cuius aſſenſioni prius vltima ſupplicia et grauiſſimae poenae conſtitutae fuiſſent, et adhuc alicubi eſſent *e*). Sane quid ſuſcipi tentarique forte potuiſſet, incertum eſt, et erat expectatio omnium fere ſollicita atque anxia. Nam Romanus Pontifex *Iulius* III. Auguſtam ablegarat *Iohannem* (*Hieronymi* filium *Moronum* *) Cardinalem, quem aiebant et prudentia et eloquentia eſſe inſtructum, et vias noſſe, quibus ſe in animos quorumcunque inſinuans, illorum voluntates gratiamque ſibi facile conciliaret, eosque perduceret in ſententiam ſuam, et iis artibus praeditum prae caeteris, iſto-

e) Compoſuit hac occaſione Melanchthon iudicium von Freyſtellung der Religion an die Geſandten zu Augſpurg, quod extat in eius Conſil. germ. p. 428.

*) De hoc vid. Epp. ad Camer. p. 727. 728.] Egregia I. G. Frickii commentatio de Io. Morono S. R. E. Cardinali, articulisque, quibus ab inquiſitionis officio iuſſu Pauli IV. olim tanquam Lutheraniſmi ſuſpectus et in vinculis detentus accuſabatur, inſerta eſt b. Schelhornii Amoen. litter. Tom. XII. p. 537-586.

iſtoque nomine in praecipua eſſe eum exiſtimatione. 1555
Idem, cum Epiſcopus Mutinenſis illo tempore nominaretur, legatus ad eum quoque conuentum, quem *Ratibonae* egit *Carolus* Imperator anno Chriſti MDXLI. antequam ad bellum proficiſceretur Africanum, exiſtimatioque de eius ſapientia virtuteque, et facundia inprimis, perquam praeclara fuit. Habuit hic patrem ſuperiore aetate ſapientiae laude celebrem, cuius conſiliis gubernatam rem Mediolanenſem eſſe ferunt. Deque eo quod accepimus, huic narrationi ſi inſeruiſſem, neque prorſus hoc alienum viſum iri, neque ingratum lectori futurum eſſe ſperaui. Quibus temporibus inter arma Caeſariana atque Gallica *Franciſcus* Dux Mediolani tanquam in maris commoti ſaeuiſſimis vndis iactabatur, aliquando poſtulatum ab ipſo fuit, vt in caſtra vicina Caeſariana ſe conferret. De qua re cum accurate deliberaretur, non putarunt conſiliarii faciendum eſſe, vt ipſe Dux illo accederet, manifeſtum ac praeſens periculum, quemadmodum coniiciebatur, aditurus. Atque Principem conſilii ſui mitti illuc placuit *Hieronymum Moronum.* Credebatur hic de iis, quae fieri aut non fieri deberent, admoneri voce quadam, quae, nemine niſi ipſo exaudiente, emitteretur ex annuli cuiusdam conuerſa ad aurem pala. Conſueuiſſe igitur ferebatur, quoties de euentu aliquo certior fieri cuperet, quaſi de propoſita re cogitaret, cubito nitentem manum et ita annuli palam auri admouere, vt de quibus quaerebat aliquid cognoſceret, cumque id ipſum tunc quoque feciſſet, ſermone Italico pronunciata andiiſſe haec verba: *Ibis redibis non eris captiuus.* Quae cum ipſius intelligentia ſic diſtinguerentur, vt ſignificaretur id quod optabat, profectus fuit in caſtra, atque ibi captus et duriter crudeliterque tractatus, illorum verborum aliam ſententiam fuiſſe et ſe diſiungenda copulaſſe demum

per-

1555 perſpexit. Hunc Cardinalem in non paruum diſcrimen paulo poſt veniſſe dicebatur potiente rerum Iulio IIII. Sed tunc ille, nunciata morte Pontificis Rom. Iulii III. cum feſtinatione ſumma Romam, relictis omnibus, recurrit. Atque eo tempore, quemadmodum narrari coeptum eſt, liberatus fuit *Philippus Melanchthon* ſollicitudine et labore ſcriptionum diſputationumque de Religionis negotio. Amiſimus hoc anno nos ambo vſum ſummi amici *Danieli* gente *Stiberi* *), ordine equitis Franci, dignitate Canonici in collegio primarii templi Vurcepurg. Amicos enim non dubitabat ille nos appellare, et eſſe ſi amicum reipſa declarare non deſiſtebat. Cum m quidem propter ſocietatem honeſtorum ſtudiorum qua coniuncti a prima aetate fuiſſemus, fratris nomine dignaret. De huius viri virtute, animo conſtante et magno, ingenua orationis libertate, beneficentia in ſuos, amore patriae, liberalitate et humanitate erga omnes, tota denique vita digna generis ſui nobilitate, et alibi **) vera narrauimus, et nunc in his exponendis morari minus opportunum videri poſſit. Quare proſequamur commemorando propoſita, et id agamus, quod eſt in manibus.

§. CII.

In Anglia et Gallia aduerſus profeſſos ſinceram religionem atrociter ſaeuitum. Aug. Latimeri et Th. Cranmeri martyrium.

His igitur temporibus in *Anglia* ea patrabantur, quibus et *Philippi Melanchthonis* et aliorum animos

*) Extat ep. Philippi ad hunc Stibarum p. 265. Epp. ad Camer.] Plures Philippi ad eum reperiuntur, nempe tres Tom. Lugd. p. 13. 15. 16. et vna Libro III. Epp. Mel. p. 127. Eraſmus quoque litteras ad eum exarauit plures, quod ex indice epiſtolis Eraſmi praepoſito conſpici poteſt.

**) Fecit hoc Camerarius in epiſtola dedicatoria ad Flo-

mos ingente dolore affici neceſſe erat. Crudeliſſi- 1555
me enim interficiebantur ferro ignique innocentiſſimi et ſanctiſſimi viri, in quibus venerandus Senex *Latimerus* (octogenarius) nominabatur, et Cantuarienſis Epiſcopus *Thomas Cranmerus f*). Sed hic quod eſſet dignitate ac loco ſummo atque primario, ſupplicium aliquanto ſumtum eſt de eo poſterius. In *Latimero* ſingulari olim *Eraſmi Roterodami* amico, et religioſae pietatis coeleſtisque veritatis ardentiſſimum ſtudium, et idem exquiſita cognitione optimarum literarum atque artium, et facultate eruditae doctrinae celebris fuit. Qui vbi cum ſocio criminis pulcerrimi atque glorioſiſſimi: Quod Euangelium Ieſu Chriſti Filii Dei profiterentur, Epiſcopo tunc Londinienſi, ad rogum conſtitiſſet, productum eodem de carcere, ferebatur, etiam *Cranmerum* fuiſſe, vt mortis atrocitate et horrore ſpectaculi illius deterritus ſententiam mutaret. In qua cum nihilominus hic permaneret, atque ſupplice etiam geſtu oraret, cum ſanctiſſimis illis viris vt mortem ſibi communiter afferri decerneretur, falſi autores conſilii huius ſua opinione, iſtos quidem viuos comburendos, hunc autem in carcerem reducendum curarunt. Vbi primum in ſqualore et mox ſpe quadam bona et commodis quorundam ſermonibus inductus, traditur aliquantulum vacillaſſe, et nomen ſuum ſubſcripſiſſe, neſcio quibus, aberrantibus a ſimplice veritate coeleſtis doctrinae, quam ipſe eſſet profeſſus: Sed mox illuſtri confeſſione ſententiam priſtinam declaraſſe, et manum etiam deteſtatum, quae ſe

Florianum Griſpeccium Libro Hippocomicus dicto et Lipſiae 1556. cum aliis de re equeſtri edito praefixa.

f) Prolixe vitam et fata Thomae Cranmeri deſcripſit Melch. Adami in Vitis Theologorum exterorum Principum, p. m. 1 - 19.

1555 ſe nefario operi miniſtram praebuiſſet, atque ita crematus fuiſſe. Similis ſaeuitiae in alios complures tam in *Anglia* quam *Gallia* incitatum odium rabioſe eſt debacchatum illo tempore tanta importunitate, vt prior calamitas iam fuiſſe tolerabilis videretur, quae fuiſſet maxima atque acerbiſſima. Verum haec noſtra commemoratione enarranda hoc loco non ſunt, et hactenus producta mentio ſufficere poterit inſtituto noſtro.

§. CIII.

Melanchthonis iter Norimbergenſe ad diiudicandas ab Oſiandro motas controuerſias.

Indicatum autem ſupra eſt, quid turbarum fuerit commotum importuna quadam nouitatis vſurpatione in doctrina Eccleſiaſtica ab *Andrea Oſiandro*. Huius mortui etiam factio *) non quieſcebat, et, vt verum fatear, exulcerari negotium videbatur importunitate quorundam **) ambitioſe magis quam neceſſario quaſi ventilantum diſſidium illud, et non patientum flammas contentionum extingui. Exarſeruntque paſſim certamina de illis rebus plane gladiatoria. Quae tanta extiterunt *Norimbergae g*), vt ferri in ciuitate pacata diutius non poſſent. Eo igitur ventum eſt, vt peteretur a *Philippo Melanchthone* iam non conſilium, quod ante dederat, ſed auxilium, quod perturbatae Eccleſiae ferret. Ita, impetrata hac venia ab Illuſtriſſ. Principe Elect. *Auguſto*, Norimbergam ille eſt profectus, adiuncto ſibi hinc *Alexandro Aleſio*, et tum forte hoſpite *Iacobo Rungo* Pome-

*) Io. Funccius, Nic. Iagenteuffel etc.

**) Ioach. Moerlini.

g) Hanc controverſiam optime illuſtravit G. G. Zeltnerus in Paralipomeno Oſiandrino ſ. Leonh. Culmanni Antiſtitis Norimb. vita et fatis, Altd. 1710. 4.

Pomerano, quibus et ego me eo itinere comitem praebui. Atque fuit praeſentibus *Norimbergae* praecipuis in Eccleſia docentibus ea controuerſia ita diſputata et ſedata, vt ab hac deinde quieta fuerit omnino ciuitas illa, complexusque eſt dogma ſcripto *h*) *Philippus Melanchthon* breui illo quidem, ſed diſerto et illuſtri, ſine vllius reprehenſione aut inſectatione veritatis ſimplice oratione expoſita, qua aſſererentur probata, et refutarentur ea, quae damnabantur. Id quod optimi et ſanctiſſimi veteres quoque feciſſe animaduertuntur in Nicena Synodo, declarata ſententia vera atque recta Eccleſiae Catholicae, et refutata contraria, inculcato nullius aduerſantium nomine. Spes fuerat aduenturum eſſe eodem *Iohannem Brentium* *i*), ſed literis hic miſſis oſtendit, cur accedere eo tempore non licuiſſet, et diſſeruit quaedam de rebus illis, quae tractabantur. Duo *k*) qui quaerere diſceptareque amplius vellent, 1555

neque

h) Cuius titulus: Das der Menſch in der Bekehrung zu Gott gerecht werde von wegen des Gehorſams des Mittlers durch Glauben, nicht von wegen der weſentlichen Gerechtigkeit. 1555. 4. Extat quoque in Mel. Conſiliis germ. p. 388. ſqq. Adhortatio autem ad eos qui docent in eccl. Norimb. videatur in Conſ. lat. P. II. p. 308. Condemnatio ſcriptorum Culmanni et Vetteri, eſt in Relatt. Innoc. A. 1715. p. 194 ſqq.

i) Brentii epiſtolam inſerui b. D. Riedereri nützlichen Abhandlungen zur Kirchengeſchichte p. 432 ſqq. Conf. quoque Mel. Epp. L. III. p. 201. et Fiſchlini ſupplem. ad memorias Theol. Würteberg. p. 67 ſqq.

k) Leonh. Culmannus et Ioh. Vetterus. Mel. Epp. Lib. II. p. 77. Scripſi quaedam de ſumma controverſiae, quae ſunt omnium, qui Noribergae docent, ſuffragatione comprobata, praeter duos, qui miniſterium Euangelii vltro abdicarunt, quorum alterius tanta eſt inſcitia et impudentia, vt diceret Chriſtum per accidens iuſtificare. Hic cum philoſophiam nunquam didiciſſet, inde phraſin, quam non intelligit, ſumſit.

1555 neque explicatione prolata contenti eſſent, tunc diſceſſerunt dimiſſi benigne. Caeteri inter ſe concordantes tranquillitati in iſta parte ſtudioſe operam dederunt.

§. CIIII.

Flacianorum improbitas et quiduis confingendi ac quosuis probris inſectandi proteruia.

Reuerſum autem mox domum *Philippum Melanchthonem* exceperunt rurſum aggreſſiones quorundam de diſputationibus et turbis *Flacianis*. Sibi enim *Flacius* iam non modo vulgi ſtudia, ſed nonnullorum magnorum et principum virorum *) voluntates aſtute circumuentas adiunxerat. Ferebanturque leges *Philippo*, quibus inter ipſos gratia reconciliari videretur poſſe, et tantus furor erat hominis, vt leniſſime dicam, improbi, vt accedere tandem propius non dubitaret, et euocare ad colloquium**) *Philippum*. Hic vero cum de ea re ſcribebat reſpondens literis quorundam, grauiter et plane ***), tum illa talium congreſſuum poſtulata praecidebat. Et quia prohibere quaſi illuuiem ille inſaniam non poterat, intra ſuam ſtationem reſiſtens et faciens, vt prius, officium, neque ab hoc ſinens abduci ſeſe iracundia, odio, cupiditate, ſpe, iniuriasque omnes perferens et contemnens incitationes ſtolidae vehemen-

*) Vinarienſium Ducum et Io. Alberti Megapol.

**) Coswigam.] Egregie de Coswicenſi conuentu agit Saligius P. III. Hiſt. Aug. Conf. p. 238 ſqq. Vide plura infra ad annum 1556. ſub finem §. CV. annotata.

***) In epiſtola ad Hubertum Languetum ſcripta, quae addita eſt Actis Legatorum Sax.] Acta in cauſa Flacii pleraque inueniuntur quoque in Mel. Conſil. lat. P. II. p. 258 ſqq.

mentiae, ita permittebat Deo aeterno caetera. At 1555
hi illo ipſo irritabantur, et libellos ſcriptorum turbulentorum emittebant in vulgus, et arripiebant ad lacerandum plurimos optimos et doctrina atque pietate praeſtantes viros *), quibus maledicendo acerbitati indulgebant animorum ſuorum, et odiis conceptis obſequebantur. Vera falſa, certa dubia, conſentanea diſſentanea, propria aliena, conuenientia abſurda proferrentur in medium, non curabatur. Et ſatis erat crimen aliquod illatum eſſe. Nam adhaereſcebat in hac parte, quam *Philippus Melanchthon* deferendam ſibi non putarat, ſtatim quicquid eſſet tanquam telum accuſationis et culpae coniectum. Vt autem Magi ignotis et barbaris nominibus ſimplices infatuant, ſic iſti appellationibus mirificis et obſcuris vulgi animos percellebant, et quaſi inhians ſibi circumducebant, *Adiaphoriſtas*, *Synergiſtas*, *Maioriſtas*, et neſcio quae alia vocabula nuncupando comminiſcendoque offundentes. Fiebat autem vt confuſa negotia publica ac priuata, et Eccleſiaſticae ciuilesque res, materiam darent inſimulandi inuidiaque grauandi eos, a quibus aliquis alienior forte eſſet. Et *Flaciana* factio iactans ardorem quendam et flagrans ſtudium rerum diuinarum, ſi qui illam vehementiam improbarent et moderationem lenitatemque aliquam adhiberent, ſtatim deſertores et proditores cauſſae eos eſſe vociferari, et ingerere conuicia, et diſputationum conflictus poſcere, et veluti in arena exultare atque prouocare aduerſarios ad luctandum. Quae omnia ad vulgus et imperitos et rerum negotiorumque ignaros erant ſpecioſa, et celebritatem nominis *Flaciani* augebant. Atque inueniebantur quidam **) qui paria facerent, et

*) Pfeffingerum, Menium, Ioach. Camerarium.

**) Laſius, Menius, Sturio, Scholaſtici Wittebergenſes.

1555 et veris contumeliis iſtos appeterent neque ſciente, et ſi reſciuiſſet perquam grauiter et moleſte ferente *Philippo Melanchthone* [l]). Sed ii tantum proficiebant, quantum ad reſtinguendam flammam infuſum oleum. Ad vnum enim probrum in promtu ſtatim erant, quae obiicerentur decem. Diceret quispiam falſa de inanibus rumuſculis collecta aut conficta ab ipſis ſpargi: Aliquam illam fabulam contra narrare et eludere crimen, et ſcurrarum more impudenter inde noui vitii inſamiam detexere. Quae autem dicebantur ac docebantur vere et vtiliter, ea peruertendo et cauillando detorquere, et conquirere atque venari vndique omnia, quibus de quietis et pacis cupidorum, et paulo modeſtiorum exiſtimatione aliquid detraheretur et his inurerentur maculae. Vetera ac noua, dictaque et facta, atque ſyllabae paene calumniarum malitia ad ignominiam *) arripiebantur eorum, a quibus iſta caterua diſceſſerat, cum docen-

l) Nec ſciente nec volente me eduntur ea ſcripta, de quibus queſtus es. Sed cum finem nullum faciat παφλάζειν Flacius, irritauit tandem hos, qui aliquanto ſunt vehementiores, quam ego ſum, et quam velim eos eſſe. Sed virulentia Flaciana illos etiam incendit.„ Sic Melanchthon Chytraeo de Epp. Scholaſtic. Viteb. interroganti reſpondit. cf. Dav. Chytraei Epp. p. 1218.

*) Camerarius in Libello nouo Epp. (Lipſ. 1568.8.) ad Ioachimum Principem Anhalt. plag. V 4 b. inter alia ſic de his turbulentis hominibus ſcribit: Quid facerent aliud ii, qui et natura impelluntur et voluntatem accommodant, vt tumultuentur et turbas dent? Ab horum furioſa audacia et impudentia ſcelerata nihil eſt tutum. Malitia et mendaciis deprauant omnia. Res, negotia, perſonas, tempora confundunt, captant atque excerpunt particulas actionum et voculas diſputationum, et deinde declamitando et exagitando omnia ad vulgus (cui maledicta et ſeditioſae conciones gratae ſunt) occupant multitudinis

cendo magiſtros, benefaciendo paene parentes ha- 1555
berent plerosque, et propter aetatem certe et dignitatem atque excellentiam plurimi ex his eos obſeruare et colere deberent. Quemadmodum autem olim cum hiſtrionum ars cognita atque probata fuit, pluris fieri coepiſſe actores fabularum quam ſcriptores traditur, ſic accidit tunc prauitate hominum et vulgi leuitate, vt iſti ſimul atque alii, eorum, quibus praeceptoribus vſi fuerant, dicta ac ſcripta diuerſis geſtibus iisque partim ineptis, partim turpibus agerent, et cum malitioſe interdum corrumperent, ita applaudentes ſibi inuenirent complures. Quia autem differebantur res arduae et magnae, ideo iſta cohors tumultuari, et vehementia declamitandi perturbare audientum animos, et aſſentari hominum cupiditatibus, et hoc pacto facile reperire aſſentientes ſeque eis adiungentes. Grata erat plurimis reprehenſio atque notatio eorum, quibus licentia vitae coherceretur, et maior prohiberetur diſſolutio. Libenter igitur admittebatur, et fortes iſti perhibebantur tanquam libertatis defenſores, erantque in pretio. Quid vero melius, rectius, ſalutarius omnium iſti protulerunt, docuerunt, enarrarunt? quam ii, quos tam hoſtiliter oppugnabant. Sed erant illa ſcilicet iam vſitata, ac nouitate delectabantur homines, quorum voluntati iſtud genus ſpecioſe inſeruiit. Quemadmodum autem erga ciues plerumque propter vſum conſuetudinis affectio eſt remiſſior, ita vulgus, quantumuis bona et vtilia, iam familiaria atque conſueta, minus curare ſolet, et aucupatur externa ac noua.

nis ſtudia, et verbis mirificis ignotarum et inexplicatarum rerum quaſi incantant homines, vt poſtea quicquid dicatur, audientiam non reperiat. Eo quidem minus, quo magis potentes quidam hoc genus hominum fouent.

1555 noua. Atque iſto quaſi turbine multa honeſta conſilia, non paucae praeclarae actiones peruerſae ſunt, ſpes tranquillae cuiusdam quaſi ſerenitatis debilitata atque erepta, pietas et religio labefactata, cum interea fulcirentur ſuperſtitionum et errorum vitia. Quod nunc coeptum eſt ab iis quoque intelligi, qui iſtos aliquando vel fouerunt vel non certe excluſerunt. Cum enim iſta factio audaciſſime vel potius impudentiſſime, ſine omni rerum, perſonarum, temporum conſideratione effutiret et diſſiparet, quicquid non in mentem, quam haberet nullam, ſed in buccam, vt dicitur, veniſſet, in hoc malo id inerat boni, quod fiebat, quemadmodum Tragicus Poëta ait improbis et vanis vſu venire: vt cogitationum voluntatumque

Certum atque verax indicium lingua faceret,

declarans illa ac profitens, nihil ſe eſſe petulantius neque magis leue atque futile, et proferens cum ſcelerate et nefarie confiсta de opt. et innocentiſſ. ac publice priuatimque bene meritis viris, et ſeſe anteſignanam ducemque praebens ad Reipublicae reliquam quietem exturbandam, ad vaſtitatem inferendam Eccleſiis, ad laxandam multitudinis promiſcuae licentiam, ad totius denique adhuc conſiſtentis honeſtate quadam nonnulloque pudore vitae diſſolutionem. Haud ſane neſcimus huic importunitati praetendiſſe iſtos exempla ſanctae antiquitatis, quo quidem non minima ex parte eminebat vel furor vel certe ſtultitia ipſorum, qui nullis conſiliis aut actionibus ſimilibus et conferendis tanquam latrones aut hoſtes ſub illorum exemplorum quaſi tecta ſubirent, vbi lateret impietatis iſtius deteſtanda pernicies. Etſi autem adhuc reperiuntur hic aut illic nonnulli, qui pertinaciter defendant quamuis perſpicuam peruerſitatem atque veſaniam, et fit tamen indies, etiam in ſatie-

ſatietate quadam, aſſenſio infirmior, et aperiuntur 1553
plurium oculi, et contracta damna intelliguntur, et diſſenſiones inde tum manifeſtae tum occultae exiſtunt. Eſt autem profecto non leuiſſima cauſſa miſeriae iſtius, ſeculi noſtri effrenata exultatio, et infinita licentia, et ſumma dictorum factorumque impunitas, non modo declamitandi et concionandi pro eo, vt cuique libet, et fert impetus animi commoti, ſed proferendi quoque et edendi mandata literis ea, quae vnusquisque ſomniaſſet aut vigilans fingere comminiſcique potuiſſet. Sed inprimis liberae et crebrae tunc erant diſputationum dimicationes et criminationes confutationesque mutuae, et iurgiorum contumeliae. Quique alterum inſectando vehementiſſime exagitaret, et in eum inueheretur acerrime, et pro ſuis qualibuscunque audaciſſime propugnaret, is fortiſſimus habebatur et laudabatur inprimis. Omnes itaque librorum officinas, accuſationibus, defenſionibus, purgationibus, inſimulationibus, et pugnacibus ſaeuisque ſcriptis refertas cerneres. Hoc loco mihi venit in mentem, quod Legibus antiquis conſtitutum fuiſſe traditur, vt alterum in iudicio falſo et temere accuſantes eam poenam ſuſtinerent, quam luere oportuiſſet reum, ſi conuinceretur. Erat enim aequum valere idem in eos, qui contradicendo inſcite et nugatorie et perperam refellere aliquem conarentur. Quia vero actio datur illa quidem in iudiciis iniuriarum: ficta autem atque falſa crimina alicui inter altercandum inferri, et obtrectando maculas aſpergi, modo praetendatur ardor aſſerendae et defendendae veritatis, non modo animaduerſione caret, ſed laudem etiam paſſim inuenit; ita ſcilicet fit, vt optimos et grauiſſimos viros leuiſſimi deterrimique inſectentur et exagitent. Quanta autem nunc copia quoduis argumentum, ſed praecipue aliquod ſanctae Religionis caput explicantium et

 de

1555 de hac dimicantium librorum euolat? In Aegypto olim, quemadmodum fertur, quod quisque in aliqua arte excogitaſſet, id in conuentu peritorum conſideratum et diiudicatum ſic demum, ſi approbatum eſſet, curabatur tanquam verum, in columnis perſcribendum, quae in ſacris quibusdam locis ſeruabantur. Tales conuentus nunc quoque agi erat optandum, et expediret, vt de iis ſcriptis, quae proferenda aliquis in lucem et edenda exiſtimaſſet, docti et ſapientes conſulerentur, deque eorum ſententia vtilia ac bona publice reponerentur, mala atque perniciosa obliterarentur delendo. In quo melius eſſet, ne nomen quidem ſcriptoris conſeruare, id quod in Aegypto quondam factum fuiſſe accepimus. Hoc ſane pacto obuiam iretur cupiditati immodice ambitioſorum et gloriae appetitio reprimeretur, et non complerentur animi hominum opinionum mirabilium abſurdarumque varietate. At nunc quoniam et ſcribendi facultas conceditur cunctis, et iudicandi poteſtas datur cuilibet, qui ſunt audaciſſimi, ii vulgo in pretio honoreque habentur, et omnia vbique pernicioſis et turbulentis contentionibus perſonant. Verum apponantur et iſta ad miſeriarum noſtri temporis aceruum, et fatalium poenarum grauitatem.

§. CV.

Bonorum ſuper iſtis turbis et diſſenſionibus dolor. E Bohemia multi ob profeſſionem ſincerae religionis exules. Iuſti Ionae mors.

Inter haec diſſidia et iſtas ſeceſſiones, qui adhuc ſupererant pauci illi ſane ex vetere ſodalitate et quaſi grege eorum, qui initio ad veritatis coeleſtis et optimarum diſciplinarum doctrinam colendam ſeſe coniunxerant, cum maximo dolore recordabantur

tur praeteritorum temporum, et tantam mutationem 1555
vitae atque morum deplorabant. Meminerant ſua aetate inimicitias etiam inter aliquos manifeſtas non fuiſſe expertes humanitatis et moderationis, contendentibus illis non hoſtiliter ſed ciuiliter: in ſuſcipiendis autem gerendisque rebus quibuscunque communicata conſilia et collatas ſententias rationesque magno ſtudio et opinione mutuae beneuolentiae ſingulari. Quae tradere docendo aliis, quae compoſita ſcribendo edere aliquis volebat, quae negotia conficere agendo, ea tunc non temere ſed deliberata et recognita cum amicis ita aggredi, ſi videretur, et proferre, aut, ſi non videretur, relinquere et premere. Hanc igitur ſuauitatem illi ſuperioris temporis participes adhuc reliqui in tantam acerbitatem, et vitam ex congregabili atque manſueta, tam feram ac ſoliuagam euaſiſſe, dolebant et miſerabantur prolapſionem aetatis ſuae, et nihil laeti de futuris poterant ominari, accedente etiam ſenectutis diffidentia atque difficultate. Sed his temporibus, in quibus verſatur iſta pars narrationis noſtrae, et dum ea, quae expoſuimus, ad hunc modum geruntur, multi interea ex *Boiemia* m) fuere edictorum ſaeuitia eiecti, qui aliquid dicere aut facere auſi fuiſſent prio-

m) T. II. Script. publ. Witt. plag. N 8. In vicina Bohemia centum et ſeptuaginta viri docti et pii ex Eccleſiis pulſi ſunt. Horum multi iam cum miſeris familiis vagantur in exiliis. Hos exulantes Paſtores conſolatur Melanchthon in epiſtola quadam, quae extat Tom. Lugd. Epp. p. 361. et in Sam. Martinii Religione Gentis Bohemicae Evangelica (Witt. 1622. 12.) p. 105 ſqq. Huc pertinet quoque collectio rara Epiſtolarum ſub tit. Epiſtolae conſolatoriae piae et utiles maxime iis, qui propter confeſſionem veritatis perſecutiones patiuntur, c. praef. Cyriaci Spangenbergii ad Imp. Maximil. II. Argent. 1565. 8.

1555 prioribus et antiquis obſeruationibus et ritibus contrarium. Exulabantque complures coniuges praeſertim ſacerdotes perquam miſerabili ſpecie. Et amiſit *Philippus Melanchthon* amicum praecipuum *Iuſtum Ionam*. Hic celeberr. Iurisconſ. *Henningo Goedae* praepoſito rei Eccleſiaſticae Vuittenbergae ſucceſſerat, et hoc anno Chriſti Ieſu MDLV. migrauit ex hac vita, vir dignitate excellens et praeſtans doctrina, cum Vuittenbergam prorſus reliquiſſet in ſuperiorum annorum bellicis tumultibus, et mutatione gubernationis. Etſi illinc abeſſe coeperat et conciones habere antea quoque in Salinis Saxonicis. Sed tunc his regionibus exceſſit, et aliquantiſper in aula Ducum Saxoniae D. *Iohannis Friderichi* filiorum commoratus, praefectus deinde Eccleſiae in oppido Eyſſefeldo, ibi mortem obiit habens annos LXIII.

§. CVI.

Colloquium Wormatienſe. Eius progreſſionem Flaciani turbant. De Mich. Sidonio et Frid. Staphylo nonnulla.

Ad Danubium autem conuentus agebatur an-
1556 no Ieſu Chriſti MDLVI. [n]) Et de Religionis negotio iam conuenerat: vt delecti aliquot vtriusque partis con-

n) Eodem anno 1556. undecim a Maximiliano, tunc rege adhuc Bohemiae, quaeſtiones per Doct. Richterum, ICtum, ad Melanchthonem miſſae ſunt, quae obiectiones quasdam Pontificiorum ac praecipua capita controverſa continebant, ad quas eodem anno reſpondit Melanchthon. Has reſponſiones poſt auctoris obitum Nic. Selneccerus Lipſiae 1567. 4. excudendas curauit, ſed nulla facta mentione Principis, ad quem miſſae eſſent, hoc titulo praefixo: Bericht auf ettliche gemeine hauhtfragen vnd Obiectionen der Papiſten u. a. von den fürnembſten ſtücken der ſtreitigen artickel geſtellet durch P. Melanchthon. Extant quoque in Conſil. germ. Mel. p. 448 - 489. hac inſcriptione: Fra-

congregarentur in Vangionibus Berbetomagi (Wor- 1556
matiae), deque controuerſiis ortis inter ſe placide colloquerentur. Nominabantur autem iam alteri

 non

Fragen von eilff ſtreittigen Religions Artickeln ſo auff Befelch K. Maximiliani II. ſeiner Maj. Hofprediger an P. Mel. gelangen laſſen. Melanchth. harum in epiſtolis hinc illinc meminit. Lib. V. p. 175. Accepi concionatoris Regis Maximiliani litteras et quaeſtiones, quas Pater filio propoſuit de autoritate Synodorum et al. De his volumen mitto ad concionatorem. Epp. ad Camer. p. 702. Concionatori Maximiliani nomen erat Io. Sebaſt. Pfauſer, de quo vid. Schelhornii Ergötzlichkeiten T. I. p. 95 ſqq. Non poſſum, quin breuiter hic quoque moneam, tentatam fuiſſe reconciliationem inter Melanchthonem et Flacium exeunte hoc anno, quae initio ſequentis anni repetita fuerat, ſed actio haec irenica ſperato caruit euentu. Pauca tantum ex Mylii chronologia ſcriptorum P. Melanchthonis excerpam, vbi ad A. 1557. haec leguntur:

Hoc anno duae ſunt miſſae ad Philippum legationes, de quarum utraque in epiſtola ad Bucholzerum inquit Philippus: Durius multo mecum egerunt Megalburgenſes, quam Saxonici. Prima legatio fuit Flacii propter conciliationem ſuperiore anno tentatam. Altera Ducis Megalopyrgenſis.

Legatio Flacii ad Philippum venit Wittebergam 18 Ianuarii: diſceſſit 28 Ian. cum fuiſſet Wittebergae dies ferme 9. et dies 6. tractationibus illis ſuis conſumſiſſet. De quo negotio videantur Epiſtolae ſtudioſorum Wittebergenſium (edit. Witt. 1571. 4.) M 3 ſqq. Philippi ſcripta in hac legatione extant ibidem tria:

I. Reſponſio ad ea, quae Legati in primo congreſſu propoſuerunt 21 Ian. M 4 b.

II. Reſponſio ad ſcriptum Legatorum Saxonicorum 22 Ian. O 1.

III. Reſponſio ad articulos primo propoſitos, et poſtea, noua in aliquibus confirmatione, repetitos, et iterum ab Illyrico propoſitos 27 Ian. P 4.

Secun-

1556 non magis proteſtantes, vt olim, ſed addicti confeſſioni Auguſtanae. Alteri catholicorum et antiquae Religionis nomen obtinebant. Acceſſerunt illuc cum alii, tum *Philippus Melanchthon*, ſerius hic quidem, quod eo anno profectus in Cimbricam Cherſoneſum ad Regem Daniae affinem ſuum Dux *Auguſtus*, iuſſiſſet operiri illum mandata ſua. Tandem vero ae-
1557 ſtate Anni MDLVII. eſt tamen iter et ipſe ingreſſus deducente eum, qui ab *Auguſto* Principe legabatur, generoſo et nobili Comite *Ludouico Neogardienſi* *). Ibidem affuerunt et a Saxoniae Ducibus D. *Iohannis Friderichi* filiis miſſi Theologi, et earum rerum, de quibus diſſerendum eſſet, periti **), et ſpectati homines cum bonarum artium tum caeterarum doctrinarum, et viri non vulgari autoritate praediti. Sed a *Flaciana*, quae tunc apud illos Principes in exiſtimatione praeclara erat et regnabat, factione, eas leges

Secunda Legatio.

Legatio Ducis Megalopyrgenſis ad Philippum venit Wittebergam die 19. Febr. Cumque eo tempore abeſſet Philippus, expectandum fuit per dies quinque: ac 24 die Philippus Legatus audiuit, ac reſpondit ſcripto die eius menſis 25. quod extat in Epp. Stud. Witt. R 1.

Conf. O. F. Schützii de vita Dav. Chytraei L. I. p. 145 ſqq. Inprimis autem Io. Bacmeiſteri Acta Philippica ſiue Theologorum Sax. et Legatorum Megapol. fruſtra tentata pacificatio inter P. Mel. et M. Flacium, Tubing. 1719. 4. adde I. R. Marci Nachricht von einem zu Coswig 1557. angeſtellten Conuent, Wolfenb. 1737. 4.

*) Comite ab Eberſtein, Domino a Neugard, Pomerano, cui adiunctus fuit D. Cracouius, Conſiliarius Elect.

**) D. Erhard. Schnepfius, Vict. Strigelius, et Io. Stigelius, vt opinor.] Non Stigelius, ſed Stoeſſelius, aulae Vinarienſi a concionibus.

leges habebant latas praeſcriptasque et conſtitutas con- 1557
ditiones, vt alienae ſententiae actores non autores ſuae aduenirent. De quibus rebus hoc primum optarim, famam omnem perpetui ſilentii latebris occultari et aeterna obliuione potuiſſe obrui. Sed quoniam illae multorum ſermonibus et quorundam ſcriptis quoque celebratae ſunt, pauca hoc loco a me dici, ad inſtituti operis rationem et meam diligentiam fidemque pertinere duxi. Erant ad decretum colloquium de controuerſis in doctrina Eccleſiaſtica capitibus, deſignati praeſides, primum Spirenſis Praeſul, ſed hic obire munus iſtud morbo impeditus non potuit. Suffectus igitur fuit in locum eius *Iulius* (*Pflugius*) Praeſul Naopurgenſis. At Merſepurgenſis, princeps erat ſui gregis. Hunc *Sidonium* nominabant, quod in eorum numero, qui ſuffraganei vocantur, Moguntiae aliquando titulum habuiſſet Epiſcopi Sidonis. Ita enim ludere in maximis rebus non eſt verita, poſteaquam os perfricuit et omnem pudorem abiecit, ſuperſtitio, vt praeeſſe iuberetur aliquis prouinciae, quae vel nulla extaret omnino, vel nullo pacto certe obtineri gerique poſſet. Adoleſcens ipſe humili loco natus ex vicinis alpibus Tubingam ſtudiorum cauſa venerat, ibi in contubernio pauperum (Martinianum vocant ab autore inſtitutionis) educatus dum bonarum artium Magiſter renunciaretur, literas deinde docere coepit, et Moguntiae ludum aperuit, et poſtea etiam ad Eccleſiaſticas conciones habendas animum appulit. Ad quas maxima frequentia cum concurreretur, ita eſt ei iſta curatio lata, vt ſententia atque voluntas arctius deuinciretur, et ipſe ſtatum illum fulciret ſtudioſius, et magis enixe ſuſtentaret. Atque hinc eſt ad illud honorum faſtigium euectus, rebus bello conturbatis, et diſcrepantibus iudiciis, diuerſisque ſtudiis collegii, producente eum Imperatoria Maie-

1557 ſtate, cui ita commendatus fuerat, vt illius opera nihil non effici poſſe crederetur. Quae eadem ferme eodem modo ſupra a me commemorata cum, his perſcriptis, recordarer, non volui tamen delere, neque iterum hoc loco legi, alienum duxi. Sane erat ingenium in homine acutum, induſtria haud vulgaris, facundia etiam et copia orationis egregia. Is igitur tunc quaſi primum ordinem duxit eorum, cum quibus congredi deberent defenſores eius doctrinae, quae nomine confeſſionis Auguſtanae ſignificabatur, eratque veluti caput horum *Philippus Melanchthon.* Cognitioni autem praeeſſe loco D. *Auguſti* Princ. Elect. legatus ipſius debebat, magnitudine animi, conſtantia, virtute, ſapientia, humanitate etiam excellens, quod in adoleſcentia opt. literis praeclare eſſet inſtitutus, is quem ſupra nominauimus, *Ludouicus Comes Neogardienſis.* Habuerat hic aliquando Praeceptorem *Friderichum Staphylum*, quem iamdudum vel ambitionis impetus, vel neſcio quae cupiditatum quaſi procella, ablatum inter aduerſarios conſtituerat, cuius ante quoque facta mentio eſt, hominis, vt nihil dicam amplius, deſpicati et leuis, cum non eſſet ab eruditionis doctrina prorſus imparatus. Omnino ex ipſis iam illis, qui antiquae religionis patroni perhibebantur, non plane dementes, fateri cogebantur, ſuas partes et doctrinae et rituum et vitae vitiis aliquibus laborare, et non immerito notatos eſſe errores quoſdam. Atque hi initio ſtatim petierunt, vt diſputationes non colloquendo ſed ſcribendo haberentur. Id quod facile impetrarunt, quod non minus ſcribendo quam loquendo ſe valere confiderent defenſores confeſſionis Auguſtanae. Qui cum praeclare ſtarent, inter ipſos optatiſſimum aduerſariis diſſidium extitit. Nam ab iis qui acceſſerant cum *Flaciano* conſulto, de illius ſen-

ſententia o) ante omnia poſtulare: vt damnati pro- 1557
nunciarentur quidam, qui illis, quorum paulo ante meminimus, nominibus mirificis et fictis infamabantur. Niſi enim hoc fieret, non fore inter ipſos firmam conſenſionem. Nihil fere erat inter hos atque caeteros iſtarum partium, controuerſiae aut litis de dogmate. Petebatur itaque ab ipſis amanter, ne ſine cauſſa autores eſſe vellent pernicioſi diſſidii. Quin etiam damnationes promittebantur, ſed ſuo loco et rebus explicatis. Dicebatur ideo eſſe conuentum, vt cauſſa non controuerſa ageretur, eam par eſſe vt ipſi concorditer tueantur. Alia quoque commemorabantur, quibus poſſe eos a propoſito illo abduci ſpes eſſet. Sed nihil horum ipſi admittere, et vrgere poſtulatas damnationes ſecundum praeſcriptam formulam. Ibi tandem eis dictum fuit, licere initio, et eſſe melius, diſcedere, quam impedire actiones bonas et ſalutares. Tum demum illi et aſſenſi ſunt, et promiſere ſeſe vno ore et animo defenſuros doctrinam confeſſionis Auguſtanae. Sane *Philippus Melanchthon* cupidus congreſſus, quique nihil impedimenti aut morae inferri vellet ſuſceptis actionibus, non repugnauerat contra poſtulata damnationum, atque has adeo coeperat agitare p). Sed ſociis atque collegis magnopere reclamantibus, ab hoc conſilio deſtitit. Iam vero procedentibus diſputationibus, cum res ageretur ſcriptis mutuis, rurſum neſcio qua noua cauſſa aut cogitatione impellente,

o) Primum, damnandos eſſe Cinglianos: ſecundo Oſiandri doctrinam: tertio propoſitionem, quae dicit, bona opera neceſſaria eſſe ad ſalutem: quarto lapſum eorum, qui adiaphora recepiſſent. conf. Mel. Conſil. lat. P. II. p. 286 etc.

p) Extat haec formula conſenſus de articulis quibusdam controuerſis ſcripta Wormatiae a P. Mel. A. 1557. P. II. p. 302. Conſ. lat.

1557 lente, requiri flagitarique damnationes, vociferationesque exiſtere, et perhiberi illis neglectis non poſſe coniunctionem eſſe ſtabilem atque certam, idque apud omnes, etiam aduerſarios, teſtantum clamores audiri, et ita turbari inchoatae diſputationes. De quo alii tum aliter. Atque ita mirabiliter omnia miſcebantur, vt nulli non ſuſpicioni locus eſſet. Plerique tamen ad impotentiam animi et vetera partium odia illum diſceſſum referebant, quem placuerat teſtatum eſſe forenſi etiam quadam cautione. Erat autem additus Theologis iſtis quidam ex ſcriba Ludimagiſter *), ex Ludimagiſtro factus Iuriſconſ. tanquam vel cuſtos vel emiſſarius, quem animaduerſum eſt, et loquendo et ſcribendo quaſi flabello ſeditionis Flacianas conſpirationes ventilare atque inſuper conflare, et furiae inſtar volitantem vbique odia atque diſcordias excitare:

cui triſtia bella
Iraeque inſidiaeque et crimina noxia cordi,

Mille nocendi artes: ſecundum poëtam. Atque rumuſculi de tota re ſparſi fuerunt varii, non etiam nulli inanes et falſi. Verum hoc cum aliis diſſidentibus delectationi fuit, et doctrinae, quae Euangelica

*) D. Baſilius Monner, Conſiliarius et Legatus Ducum Vinarienſium.] Epp. ad Camer. p. 725. 727. Congruere ſententias et voluntates omnium intelligo, πλην των Μεθωναιων (praeter Vinarienſes). Diſcurrit vt Furia is, qui ſe recte nominat θρασυβουλον, (Monner, qui ſe in ſcripto quodam germanico von der Defenſion und Gegenwehre Chriſtof Conrad adpellauerat, eſt enim Conrad graece θρασυβουλος,) et petit audire ſuorum προβουλευματα. Sed hi qui noſtris amicis adiuncti ſunt, ab eis abhorrent.,, Varia lectu digna de vita et ſcriptis Monneri Io. Henr. Stuſſius nobis exhibuit in duobus Programmatibus.

lica perhiberetur, obtrectauit, quod iſta daretur oc- 1557
caſio tam execrationibus, quam ridiculis quibusdam dictis, tum accidit contrariarum tunc partium defenſoribus peropportunum, qui iamdudum animaduerterent, certamen illud iniquius eſſe comparatum. Nam ſe neque doctrina neque vſu exercitationeque iis, quibus opponerentur, pares eſſe ſentiebant. Bonis autem pietatisque religioſae ex animo ſtudioſis illa tam intempeſtiua defectio ingentem attulit dolorem, quod paene parta victoria pro veritate ſe pugnare affirmantibus e manibus eripi videretur. Sed vrgebatur ſic quoque progreſſio inceptae diſputationis, ab iis, qui remanſerant. At Praeſes *Iulius*, vir prudens atque doctus, quod pro altero praeſideret, oſtendit, neceſſe ſe habere, rem perſcribere Regiae Maieſtati.

§. CVII.

Melanchthonis iter ad Elect. Palat. Iac. Micylli mors. Melanchthonis coniugis, dum ipſe domo abeſt, obitus.

Dum mittuntur autem literae et reſponſum expectatur, omnia fuere interim quieta, et profundum Berbetomagi otium. Inque hac actionum dilatione, accerſitus *Philippus Melanchthon* ab Illuſtriſſimo Principe Palatino Princ. Elect. *Othone Henricho* Eytelpergam, vt de Academiae conſtitutione, eo praeſente deliberaretur, eſt profectus. Erat ibi *Iacobus Micyllus*, cultor et Antiſtes, vt ait Poëta, rectorum et liberalium ſtudiorum. Quo adiuncto, itemque aliis quoque doctrina et prudentia ſingulari praeditis viris, adminiſtratio tota illa ordinata, ratione que conueniente ac laudabili, *Philippi Melanchthonis* conſilio et autoritate, conſtituta eſt. Neque poſt haec *Micyllus* integrum annum deinde vixit, qui natus Argentorati cum ingenio et bono et acri eſſet,

Muſis,

1557 Muſis, id eſt, optimis diſciplinis atque artibus ſe totum addixit, et cum veterum ſcripta explicando, tum componendo noua, et nauauit operam inprimis et nomen celebre eſt conſecutus. Commilitonem primum hunc habui Erphordiae in Duringia, vbi de quadam actione ſcenica dialogi Lucianici, in quo perſonae vnius hoc nomen eſſet, ita appellare eſt coeptus, neque nomen poſtea ei mutare viſum. Maximum damnum literae et erudita doctrina huius viri morte fecit. Et *Philippus Melanchthon* nosque caeteri, quibus notus ille fuerat, quique tum apud ipſum accepti amantiſſime et ſupra modum hilare, cum maxima iucunditate fueramus, ſummo dolore ſumus affecti. Nam ego quoque illuc veneram, exoratus ab amicis communibus, vt relictis rebus, quas tunc plane neceſſarias in manibus habebam, et poſthabitis negotiis, quae ſane erant eiusmodi, vt celeriter expediri mea referret plurimum, ad *Philippum Melanchthonem* me quamprimum conferrem, vt nuntio accepto domeſtici luctus, ex mea praeſentia, cuius conſuetudinem et vſum ei iucundiſſimum eſſe ſcirent, aliquid illi contingeret alleuationis. Nam cum diſcedens filium vnicum Philippi ipſum quoque nomen habentem reliquiſſet periculoſe aegrotantem, conualuit hic quidem paulo poſt, ſed vxorem Philippi Melanchthonis mox ſuſtulit improuiſa tunc quidem mors q), inter ſaeuos cruciatus commotarum in toto corpore fluxionum mirificarum. Laborauerat autem et illa grauiter eo, quo vir ipſius, morbo, cuius nomen graecum diximus eſſe λιθίασιν, latini, quo-

q) d. XI. Octobris, poſtquam cum marito pie et amanter vixiſſet annos XXXVII. Programma funebre extat T. III. Script. publ. Witteb. p. 118 b. In Melanchth. Epigrammatibus eiusmodi epitaphium ſine dubio ab alio quam a marito conſcriptum extat:

Pro-

quoniam tunc concreſcunt in corpore quaſi calculi, ita etiam illum morbum appellarunt. Sed concurrerunt tunc aliae etiam difficultates, fortaſſe minus animaduerſae. Atque obiit illa quidem diem ſupremum ſuum non aliena aetate, quod annum ſexageſimum omnino tunc habuerit, verum quae et potuiſſet tamen per illam, ſi ita Deo aeterno videretur, viuere diutius, et fuiſſet hoc marito opportunum atque vtile. Cum autem Eytelpergam ad ipſum veniſſem, reperi ibidem et fratrem eius *Georgium* *). Gener vero *Caſpar Peucerus* ſecutus illum fuerat domo abeuntem, neque ab ipſius latere vſpiam diſcedebat. Meo aduentu mirifice eum gaudere eſt intellectum. Nam ita acquieuit in complexu colloquioque meo, vt nulla de re publica aut priuata quicquam perconctaretur, ſed tempus omne conſumeret conſuetis nobis ſermonibus. Indicium igitur caſus domeſtici placuit pauliſper differre. Sed veriti ne ex aliis ille hunc cognoſceret, et ſuccenſeret nobis, qui celaſſemus, ita poſtero die, quid eueniſſet, ei oſtendimus. Non dedit ſignificationem vllam vehementis 1557

Proximus hic tumulus Catharinae contegit oſſa,
Quae Crappo quondam Conſule nata fuit.
Coniugio caſto fuerat quae nupta Philippo,
Ex ſcriptis cuius nomina nota manent.
Virtutes habuit donatas numine Chriſti,
Matronae Paulus quas docet eſſe decus.
Hic abſente viro ſepeliuit filia corpus,
Viuit conſpectu mens fruiturque Dei.

Senatus Academici epiſtola, qua Philippo obitum coniugis ſuae indicat, extat Tom. III. Script. publ. Witt. p. 122. et ibidem p. 123 b. legitur quoque reſponſio Mel.

*) Vinshemius vocat Georgium Philippi fratrem virum honeſtiſſimum et praecipuae auctoritatis in Palatinatu. Conf. quoque de eo Melanchthoniana mea p. 40 ſqq.

1557 mentis perturbationis, cum ingente dolore affici ipſum nemo dubitaret. Atque nominatim vxori mortuae valedicens, hoc modo addidit, ſeſe eam breui ſecuturum eſſe. Et mecum ſeducto ad cameras vitium, nam in principis hortos tunc forte conceſſeramus, multa locutus eſt grauiter et pietatis atque prudentiae plena conſideratione, de Republica et aſperitatibus ac confuſione rerum paene vbique omnium, et deplorauit de iis, quae fierent, veriſſimas querelas, et multorum triſtiſſimorum euentuum cauſſas commemorando, quae etiam deinceps conſecuta ſunt, nimis vere nonnulla praedixit. Atque doloribus ob Rempubl. omnino opprimi, inque eo minus ſentiri ipſius proprium quamuis recentem atque acerbum apparebat. Quibus tamen implicatis triſtitiam augeri neceſſe fuit, qua corpore etiam langueſcente grauiſſime tunc laborauit ſuo illo malo morbi ſupra indicati, et maximis cruciatibus non ſine periculo eſt affectus, calculis grandiuſculis in vrinae viis haerentibus diutius, quod fractis debilitatisque viribus minus ſtrenue ea praeſertim aetate eiicerentur r). Sed ad Berbetomagenſes actiones narratio reuocanda eſt.

§. CVIII.

Colloquii Wormatienſis exitus. Melanchthon reſpondet criminationibus Staphyli et Avii.

Regis *Ferdinandi* illuc reſponſo tandem allato, quo iubebatur: Ante omnia, ſi fieri poſſet, inſtaurari

r) Tom. Lugd. Epp. p. 10. Hac nocte calculus tam atrociter me excruciauit, vt iter ingredi non auſim. Haeret enim cruciatus, quia tarde procedit calculus propter magnitudinem. (d. 6. Nouemb.) Epp. ad Camer. p. 729. Reuerſus in urbem Vangionum edidi magnum ſcopulum non ſine ſaeuis cruciatibus. (d. 15. Nou.)

rari ita diſputatio, vt tolleretur omne vndique impedimentum illius, vtque in eorum, ſi neceſſe eſſet, qui diſceſſiſſent, locum ſurrogarentur alii, et ita negotium continuaretur: Id quod cum decreto Ratisbonenſi congruere videbatur: Tunc igitur ii, qui antiquae Religionis cauſſam defendere ſe gloriabantur, ſane perculſi, negare hoc ſibi faciendum, neque aduerſariis diſſidentibus, diſputationem producendam. Quid enim hoc profecturum? aut quae ratio omnino ineunda eſſe videatur? cum ignoretur ad quas ſententias reſpicere debeant. Concordarent igitur prius aduerſarii, vt ſciri poſſet, quid ab ipſis conſtanter retineretur et aſſereretur. Atque etiam hi tunc de damnationibus quibusdam, imitantes eos, qui diſceſſerant, poſtulationes inculcarunt. Sed fuit diſerte reſponſum: Totam rem decreto Ratisbonae facto, et regiis literis eſſe explicatam, et Auguſtanae confeſſionis defenſores praeſto eſſe, neque defugere aut recuſare vllos legitimos congreſſus, et teſtari, ſi abrumperetur diſputatio, ſua id culpa nequaquam fieri. Nonnihil moleſtiae ſollicitudinisque tunc Praeſidi oblatum, ſed altera illa parte nullo modo proſequi volente inſtitutas diſputationes, ita tandem iſte conuentus diſſolutus fuit. Quique ibi remanſerant ex defenſoribus Auguſtanae confeſſionis, Praeſidis quoque teſtimonio laudati ſunt. Et ipſi inter ſe cum priore neceſſitudine confirmata, tum noua ſocietate inita, domum ſuam quisque reuerſi fuerunt. *Friderichus* deinde *Staphylus*, qui ſe in aulam Regis *Ferdinandi* inſinuaſſet, et augeret numerum eorum, qui refellere deberent defenſores Confeſſionis Auguſtanae, ſcriptum [s]) edidit, tam futile vt contemni, tam 1557

s) Hiſtoriam de diſſolutione colloquii Wormatienſis, Viennae, 1558. 8. et Theologiae M. Lutheri trimembris Epitomen. De Topicis Praedicamentis: ſeu Theologi-

1557 tam vero improbum et malum, vt animaduerſionem non effugere debuiſſe videatur. Cuiusmodi et alia illius fuere vniuerſa; quae poſtquam prodita cauſſa deſciuit ab ampleċtentibus doċtrinam expoſitam capitibus Auguſtanae confeſſionis, diuulgauit. Atque mirabantur prudentiores tantum licentiae concedi leuitatis furori, neque intelligi, quae ſtabiliri iſti vellent, ea vehementius eosdem labefaċtare, praeſertim cum ſimilis veſaniae et ab hac infelicium euentuum exempla eſſent in medio. Quidam *Auius* *) etiam neſcio quid tunc effutiuit ſcribendo. *Philippus* autem *Melanchthon* breuiter ille quidem et ſtriċtim ambobus, ſed grauiter atque luculente reſpondit t). Atque haec fere ſunt tunc geſta, quibus *Philippus Melanchthon* et interfuit et praefuit.

§. CVIIII.

Iuſti Menii et Bugenhagenii mors.

Hoc eodem anno poſt quasdam coram principibus diſputationes ceſſit maleuolentiae et odio Flacianae faċtionis, *Iuſtus Menius*, et Lipſiam ſe contulit, vbi humaniter et benigne acceptus diutius anno integro vno, Eccleſiaſticas conciones habuit cum audientum fruċtu et admiratione, mortuus placide III. Id.

logicis principiis. De Materia praeſentium controuerſiarum Theol. De ſucceſſione et Concordia Diſcipulorum Lutheri in Aug. Conf. ſ. l. 1558. 4.

*) Iohannes a Via, Colonienſis Scurra. vid. Epp. ad Camer. p. 749.] Tit. libri eſt: Antwort auf den ungegründeren Abſchied der Confeſſioniſten, darinn angezeigt wird, daſs nit die Catholiſchen Beklagten, ſondern die Confeſſioniſten, Ankläger, ſelbſt Vrſach ſind an Zertrennung des Colloquii, ſ. l. 1557. 4.

t) Reſponſio ad criminationes Staphyli et Auii edita a P. Mel. Witeb. 1558. 4.

Id. ſextil. Anno Chriſti MDLVIII. Commendatus fuerat Senatui illius vrbis a *Philippo Melanchthone*, neque alibi defuturus ipſi locus fuiſſet, ſed Lipſiae contigit opportunus atque commodus. Varia atque multiplex fuit huius viri fortuna. Quicunque noſtra aetate eruditionis et doctrinae fama celebres fuere, cum iis vniuerſis ipſi noticia neceſſitudoque et vſus interceſſit, et hi illum u) carum habuerunt et magnifecerunt. Multis annis fidelem et vtilem operam dedit in regionibus Duringicis, et tandem ingraueſcente aetate inſolentiae et clamoribus acerbitatis turbulentae exagitatus, quietiorem ſedem quaeſiuit, et inuenit reliquae aetati ſuae non longae, vt diximus. Mortuus fuerat ante hunc Vuittenbergae *Iohannes Bugenhagius Pomeranus* paſtor Eccleſiae illius, vir dignitate praeſtans et in rebus maximis cum ſumma laude verſatus, contentus quidem ea conditione et illo loco, in quo primum fuiſſet conſtitutus, cum ad ampliſſimos honores w) potentiamque et opes eximias perueniendi praeclarae occaſiones ipſi darentur: ad quas non ille quidem contenderet, ſed inuitaretur paeneque attraheretur. Spectatiſſima hic cum fide et aſſiduitate mirabili officio ſuo x) annis XXXIIII. functus eſt, et curationi latae praefuit ſtudioſe ac ſollicite, et patiens et nequaquam fugiens laborum. Exceſſit ex hac vita annos natus LXXIII. 1557

 cum

u) In Epp. ad Camer. p. 742. a Mel. vocatur vetus et cariſſimus amicus, et additur: Memini noſtram militiam annorum triginta non ignotam tibi, in qua multa magna negotia et Eccleſiae vtilia communi conſilio égimus.

w) Ad Epiſcopi ſcilicet ſplendorem in Daniam et Pomeraniam vocatus.

x) Ob merita inſignia coniugi ſuae et filio iuniori decreuit Elector Sax. annuam penſionem centum aureorum. Epp. ad Camer. p. 733.

1557 cum quidem aliquot annis fuiſſet perquam imbecillis, ſuperiore fere tempore integris et firmis viribus vſus. Quamuis autem immatura ea mors videri non poſſet, neque aetati ipſius aliena, neque decedenti grauis accidiſſet, diuturnae tamen vitae communiter in rerum praecipuarum ſocietate peractae memoria, et vſus illius deſiderium magno dolore affecit Philippum Melanchthonem et alios, moerentes ob veterem et ſingularem amicum laborumque omnium et curarum participem amiſſum. Hic cum ſenſim viribus tam animi quam corporis deficeretur, et non morbi grauitate ſed diuturnae debilitatis languore velut euaneſceret, animaduertebatur quaſi ſimulacrum prioris viri in omnibus rebus agendis alacris et promti intuentem *Philippum* non leuiter perturbari. Auditaeque ſunt voces ipſius deprecantis, ne ſibi talis ſenectus contingeret. Id quod ſecundum optatum ipſius accidit. Nam ne morbus quidem quo confectus obiit, vel impediuit praeclariſſimas cogitationes pietatis et ſapientiae ipſius, vel obſtitit memorabilibus et eruditis ſermonibus, vel reprimere potuit laborum, quibus conſueuerat, defatigationes, vt deceſſerit non admodum de ſtatu vitae traductae recedens.

§. CX.

Flacianorum iteratae turbae. Caroli V. Imp. obitus.

1558 His temporibus neque Reſpubl. quieta fuit, et in Eccleſia varie turbatum. Atque rurſum de conflanda Synodo verba fieri, et quibusdam tumultuantibus ſine fine, et modo hoc modo illud arripientibus ad exagitandum, iamque inter ſe, iis qui aſſertores defenſoresque verae et ſanae atque ſalutaris doctrinae videri volebant, foede dimicantibus, et contumelioſa ſcripta edentibus, multorum animi graui-

grauiter perturbari. Sed hoc magna pars nihil curare. *Quaſi religionis caput eſſet acerbitas diſſenſionum ac contentionum.* Etſi, vt ingenia atque naturae et inſtitutio, ſic conſilia, voluntatesque et actiones diſſimiles animaduertebantur. Neque probabantur adeo omnibus omnia, quae a ſuis quoque fiebant. Sed Berbetomagi acta valde reprehendi a Flacianis: et dari opera vt iis, qui ſuarum partium eſſent, congregatis decreta de illis fierent. Alii quoque cupidi tranquillitatis atque concordiae, iudicare conuentu acto partis vtriusque laborantibus rebus conſuli poſſe. Sed prudentiores ſtatuebant contrarium de exemplis antiquis et recentibus. Itaque nonnihil quidem negotii factum laborisque et moleſtiae inter tales conſultationes exhibitum fuit *Philippo Melanchthoni.* Sed vltra deliberationes et conatus atque ſtudia tunc non eſt proceſſum. Incidentibus praeſertim et aliis grauioribus negotiis. Nam et Imperator *Carolus* y) omne gubernationis Ius et Imperii maieſtatem tradidit in manus Principum ſeptemui- 1558

y) Ideo Electores et Principes Imperii Francofurti ad M. convenerunt Ferdinandi coronationi interfuturi. Ibi Proteſtantes Principes inter alia de religionis negotio inuicem collocuti aegre tulerunt aduerſariorum criminationes. Quapropter conſultum iis videbatur breuem edere confeſſionem, illique conſentientibus ſubſcribere ſuffragiis. Quod conſilium ad Melanchthonem delatum cum facile placeret viro pacis amantiſſimo et omnium diſſidiorum pertaeſo, compoſitus eſt ab eo libellus, qui Receſſus Conuentus Francofurtani, vel Decretum Francofurtanum vulgo appellatur. Cui ſubſcripſerunt tres Electores, Saxo, Palatinus et Brandenburgicus, Wolfgangus Comes Palat., Chriſtoph. Wirtemb. et Philippus Haſſiacus. Sed proh dolor alii a Flacii partibus ſtantes Principes et Theologi ſubſcriptionem et aſſenſum pertinaciter negabant. Extat ſub titulo: Abſchied der Euangeliſchen Chur- vnd Fürſten in

1558 temuirûm creandis Imperatoribus Rom. Et eſt idem paulo poſt mortuus in Hiſpania *). Conſilium hoc cepiſſe eum etiam ante annos xxx. affirmabatur, ſed tunc et exhauſtis viribus et aduerſis euentis fractus, deſperatione quadam rerum omnium et amiſſione nonnullarum opportunitatum, id executus eſt, quod ratione quadam olim ſe facturum eſſe conſtituiſſet. Audiui, cum aliqui ab ea ſententia abducere ipſum vellent, *Carolum* dixiſſe: Impendiſſe ſe quae habuiſſet omnia et quidem in fulciendum tuendumque maxime Eccleſiaſticum ſtatum: Pecuniam, quae quidem reparari idque damnum ſarciri forte poſſet, ſed amiſſam quoque eſſe exiſtimationem nominis, et valetudinem bonam, et ſtudia hominum, quae recuperaturus eſſet nunquam.

§. CXI.

Cappadocis cuiusdam Caeſarienſis, et Demetrii, Diaconi Conſtantinop. ad Melanchthonem aduentus.

Annis duobus antecedentibus mortem *Philippi Melanchthonis* hoſpitem hinc ad ipſum miſimus *ſenem*

in Religionsſachen zu Franckfurt am M. aufgerichtet A. 1558. in den teutſchen Bedencken Melanchth. p. 541. ſqq. Agit de controuerſis IV. Articulis, de iuſtificatione, de bonis operibus, de S. Coena et Adiaphoris.

*) Digna eſt, quae legatur, Io. Frid. Mayeri diſſ. de morte Caroli V. Imp. euangelica, Lipſ. 1682. 4. Ad magis corroborandam hanc ſententiam addere placet Melanchthonis verba L. V. Epp. p. 729. Scribitur, Toletanum Epiſcopum, pium ſenem, in Hiſpania in carcerem eſſe coniectum, quod Carolo Imperatori dixit, ſe quoque ita ſtatuere, doctrinam de iuſtificatione in noſtris Eccleſiis veram eſſe. Lib. II. Epp. p. 114. In Hiſpania decem regii ſatellites propter piam confeſſionem cremati ſunt, et inquiſitores aliquot conuerſi agnita veritate

ſenem Cappadocem Caeſarienſem *) , qui habebat literas Patriarchae Conſtantinopolis, Graece ſcriptas, quibus itineris ipſius cauſſa indicabatur et commendabatur nomini Chriſtiano. Pro filiis hic ſuis numerare certam ſummam pecuniae debebat, qui interea in poteſtate Turcarum haberentur. Non deprehendebatur fraus vlla, eo magis animi omnium miſericordia ipſius commouebantur, et renouabatur memoria *Philippo Melanchthoni* Baſilii Epiſcopi, quem ciuem huius ſolebat appellare. Venit poſtea ad illum *Demetrius* *) quidam gente Myſus, qui in Graecorum Eccleſia Conſtantinopoli Diaconus fuerat, ſer- 1558

tate ſuppliciis affecti ſunt, et monachi conati ſunt Caroli Imp. corpus effoſſo ſepulchro contumelia afficere, quod vix filius impedire potuit.

z) Epp. ad Camer. p. 735. Senem Baſilii Caeſarienſis ciuem dimiſimus dato viatico, ac diſſuaſi iter Saxonicum, quia milites ibi vagantur — Scripſi nomina vrbium a Salinis ad Ratisbonam vsque, deinde regredi eos ad Rhenum iuſſi vsque ad Geneuam.

*) Raſſius. vid. Epp. ad Camer. p. 751.] L. II. Epp. p. 98. Fuit nobiscum hac aeſtate vir Raſcianus, qui narrat, ſe Diaconum eſſe Eccleſiae Byzantii. Non iudicamus hominem vanum eſſe. Nam mores ſunt honeſti et de doctrina Eccl. pie loquitur. Cumque graecam linguam bene didicerit, ſententias ſcriptorum Eccl. recte recitat. Ait, adhuc multas eſſe Eccleſias in Aſia et in Inſulis, et in Chio, quae Genuenſium eſt, doctrinae ſtudia eſſe.„ Huic reuertenti domum Melanchthon epiſtolam commiſit graece exaratam (quae extat in Fabricii Biblioth. gr. Vol. XIII. p. 468. latine vero L. III. Epp. Mel. p. 77.) ad Patriarcham Conſtantinopolitanum Ioſephum vna cum Auguſtana Confeſſione graece translata, quae a Paulo Dolſcio, non a Melanchthone, vti multi putant, compoſita fuerat. Conf. I. C. Gueinzii Epiſtolam de Aug. Conf. Pauli Dolſcii Medici Hallenſis cura graece reddita, Hallis Sax. 1730. 4.

1558 monis Graeci peritus. Isque ſatis diu in his regionibus commoratus eſt. Et *Sabini* duas filias *) elocauit *Philippus*, et nobiscum luxit obitum filiae atque neptis meae **), et aliis domeſticis incommodis communiter dolore eſt affectus. Sed neque curarum quies erat, quas afferebant et conuentus ordinum Imperii, qui *Auguſtae* habebatur, et ſcripta quaedam de Eccleſiaſtica doctrina ſingularia atque mirifica, nec non edicta ſeuera, et alii item caſus, conatus, molitiones, quae multiplices et mirabiles haec tempora quaſi inundarunt.

§. CXII.

Nic. Gerbelii mors, eius fama ab auctore Rhetorici libelli vehementer laeſa.

1560 Anno Chriſti Ieſu MDLX. menſe Ianuario obiit mortem valde ſenex et iamdudum decrepitus Argentorati *Nicolaus Gerbelius* vir optimus atque integerrimus, et humanitate, ſuauitate morum, doctrina, omni genere ſolidae laudis excellens. Hic Iurisconſultus diu dederat operam collegio in illa vrbe ſacerdotum primario, et aliquando Viennae Auſtriacae cum *Iohanne Cuſpiniano* et illius aetatis opt. diſciplinarum atque artium fama celebribus vixerat familiariter. De quo accidit, quod nullo modo reticendum putaui. Cum enim is eſſet vir ille, quem diximus, et probitate innocentiaque ac ſtudio religioſae pietatis commendaretur inprimis, quae erant laudes in ipſo decorae et illuſtres, et praedicabantur ab omnibus: Quidam ***) in libello Rhetoricorum prae-

*) Annam Euſebio Menio, et Catharinam Mich. Meienburgo.

**) Annae, coniugis Efromi (Rudigeri) et filiae eiusdem.

***) Eraſmus Sarcerius.] Ipſe Gerbelius queritur de hoc

praeceptorum ſuo exponens exemplum actionis capitalis, hunc tanquam Sacrilegii reum nominatim introduxit, et ab accuſatore peragi fecit. Quod factum, vt autor affirmabat, inconſiderate et temere (etſi non eſt iſta in profeſſore Rhetorices bella defenſio) et optimus atque innocentiſſimus vir *Gerbelius*, et amici ipſius grauiter, quemadmodum par erat, et perquam inique tulerunt. Deque ea iniuria tam atroce querelas ſuas ad *Philippum Melanchthonem* detulerunt, cui illius libelli ſcriptor notus eſſet, et ſignificarunt, ſe conſtituiſſe, quibus modis poſſent, pro fama et dignitate nominis *Gerbeliani* propugnaturos, et eam contumeliam ab ipſo propulſaturos vindicaturosque eſſe. Ea res cum et *Philippo Melanchthoni* et nobis omnibus magnum dolorem afferret, videreturque magnopere vel exempli cauſſa animaduertenda, et eſſet tamen autor libri is *), in cuius perſona etiam aliorum reſpectus verteretur, *Philippi* autem *Melanchthonis* animus, vt ſemper, ſic tunc quoque ad pacem atque concordiam inclinaretur, ita ab hoc eſt negotium illud his fere conditionibus transactum: vt criminis infamia ante omnia remoueretur, et nomina temeraria, vt affirmabatur, incuria falſo inculcata ſtatim inducerentur, et ipſe 1560

hoc acerbo caſu in epiſtolis duabus, quae inſertae ſunt tertio libello Epiſtolarum H. Eob. Heſſi et aliorum, edito a Ioach. Camerario (Lipſ. 1561. 8.) plag. M 7, b.

*) Qui Superintendens per loca multa fuit. Vt in eius epitaphio Zacharias quidam cecinit.] Scripta eius permulta recenſet Salig. P. III. Hiſt. A. C. p. 505. (e) Adami in vitis Theol. p. m. 326. ſcribit, eum viginti quatuor Eccleſias Comitatuum conſtituiſſe et iuxta reformatam religionem ordinaſſe. Lemnius hoc verſu in eum luſit: Et ERAS tu SARCina ruri.

1560 autor peculiari ſcripto fateretur iniuriam, eamque a laeſo deprecaretur. Eſt autem omnibus nobis facinus illud viſum perquam indignum et malum, ſiue cogitatum ſeu per imprudentiam commiſſum. Quae enim, ſi propoſito et conſilio factum eſſet, poena autori irrogari deberet, conſtabat. Quis autem a tali culpa fraudem malam abeſſe poſſit dicere? Sed in ſcribendi edendique ſcripta infinita licentia, et leuitate ambitionis, et famam doctrinae affectantium inſanis cupiditatibus, et haec et huiusmodi alia praua atque peruerſa accidere neceſſe eſt, quibus profecto plus damni datur moribus et vitae, quam vllarum rerum demonſtratione aut explicatione bonae vtilitatis conferatur. Atque tum et maiora quoque et caetera omnia fere ſic gerebantur, vt et in praeſentia admodum turbulentae res eſſent, et in poſterum nihil ſpei bonae ſeſe oſtenderet.

§. CXIII.

Melanchthonis beata et placida mors, exequiae, monumentum, morbus.

Sed *Philippus Melanchthon* abducente eum propitio Deo et eripiente flammae inuidiae odiique maioris, et liberante grauioribus malis miſeriisque vel aerumnis potius, euentus iſtos vitauit, et ex periculis laboribusque et angoribus, denique triſtitia aduerſisque omnibus euaſit ea morte, quam illum obiiſſe iam diximus, et de qua extant narrationes copioſae aliorum [a]). Cuius diei anniuerſariam memori-

a) Scilicet Breuis narratio exponens quo fine vitam in terris ſuam clauſerit rev. vir D. Ph. Melanthon, vna cum praecedentium proxime dierum et totius morbi, quo confectus eſt, breui deſcriptione, conſcripta a Profeſſoribus Acad. Witebergenſis, qui omnibus, quae

moriam celebrat nunc quoque perquam ſtudioſe A- 1560
cademia Vuittenbergenſis XIII. Calend. Martii *), cum vixiſſet annos LXIII. et totidem paene dies. Elatus eſt cum funere ſpecioſo totius ciuitatis frequentia,

quae exponuntur, interfuerunt, Witteb. 1560. 4. Haec narratio extat quoque germanice ſub tit. Kurzer Bericht, wie Mel. ſein Leben hie auf Erden geendet. — Witt. 1560. 4. et 8. ſaepius impreſſa. Inter omnia autem ſcripta, quae de morte Melanchth. prodierunt, eminet haec collectio: Orationes, Epitaphia et Scripta, quae edita ſunt de morte Ph. Mel. omnia, cum narratione exponente, quo fine etc. edita a Profeſſoribus Acad. Viteb. Vit. 1561. 8. 1 Alph. 12 plagg. Reimannus in Catal. Bibl. Theol. p. 168. eiusmodi de hoc libro fert iudicium: Collectio praeclara, rara, ad Hiſtoriam Melanchthonis illuſtrandam, et telam, quam Ioach. Camerarius de eo excellenter pertexuit, abſoluendam perutilis et perneceſſaria. In ea enim vitae Epilogus, copioſe in hoc volumine deſcriptus, omiſſus eſt.

*) Mirum omnino, Camerarium in annotando die emortuali erraſſe. Philippus enim obiit XIII. Cal. Maii, i. e. d. XIX menſis Aprilis. Ex Abr. Bucholzeri Indice chronologico ea quae ad A. 1560. de morte Melanchthonis annotavit, adiicere placet: Phil. Melanchthon cum die 7 Aprilis ſub noctem Dominica Palmarum febri correptus fuiſſet, eaque tandem vires in eo languentes extingueret, die Veneris poſt Paſcha Wittebergae moritur, 19 Aprilis, paulo ante horam 7 veſpertinam, cum vixiſſet an. 63. d. 63. eſtque annus hic ab eius aduentu in Acad. Witebergenſem 42. a Conf. Aug. quam ille ſcripſit, 30. a morte Lutheri 14. Natalis Lutheri et Philippi diſtant an. 14. vtriusque etiam obitus totidem annis diſtat. Et ſicut ab initio diſputationum Lutheri contra Scholaſticos vsque ad obitum eius interceſſerunt an. 30, ita ab A. 1530. quo Philippus ſcripſit Aug. Conf. ad obitum Philippi ſunt anni 30. Hiſtoriam vitae eius ad poſteritatem transmiſit Ioach. Camerarius peculi-

1560 tia, ordinis ſcholaſtici inprimis, et proſequentibus exequias illius externis quoque, in quibus et ego fui. Monumentum poſitum eſt ad ſepulcrum in templo ad arcem, opere praeclarum cum verſibus epitaphiis et effigie ipſius. Feſtinaueram autem ego, vt viuentem adhuc reperirem, ſignificatum enim fuerat rem eſſe in praeſente diſcrimine, cum ante dies paucos ab eo diſceſſiſſem, non mala in ſpe, illo ipſum morbo non interiturum. Nam et tunc quinta tentatio (λήψεις Graecis ſunt et παροξυσμοὶ) ſperabatur vel nulla vel mitior acceſſura, et ipſe cupidum me remanendi diutius reuerti domum ad meos iuſſerat vultu hilari et laetis verbis, quod diceret, proximo mercatu, qui iam appropinquabat, ſe ad nos venturum. Addens quidem hoc: vel vna perpetuo futuros aliquando eſſe in aeterna vita. Sed ſeptima incurſio morbi finem fecit vitae in terris ipſius, idque ego in itinere cognoueram. Caetera ab aliis ſtudioſe commemorata a me omitti recte potuiſſe exiſtimaui. Febri illum diſcedentem a nobis Lipſia, tempore parum opportuno, coepiſſe laborare animaduerſum eſt. Quae neglecta ab ipſo, etiam

culiari libro, in quo eum deſcribit vt virum afflictum, qui tamen bonis ſtudiis multum profuerit. Habeo autorem virum nobilem, qui affirmauit, ſapientem Imp. Ferdinandum audita morte Melanchthonis dixiſſe: *Huius viri conſilia ſemper fuerunt moderata.* Eraſmus ei praeter inſignem eruditionem et raram eloquentiam tribuit gratiam quandam fatalem, quam genio ſuo debeat potius, quam ingenio, vt cum eſſet omnibus candidis gratiſſimus, ne apud hoſtes quidem haberet quenquam, cui eſſet admodum exoſus. Ipſe quidem Melanchthon ſaepe repetere ſolitus eſt querelam auium: *Agnoſcimus in noſtris vulneribus noſtras pennas.* Et alius quidam de eo iocatus dixit: *Muſa Melanchth. genuit diſcipulos, et filii deuorarunt matrem.*„

iam ingraueſcens in periculoſum inprimis genus pu- 1560
tabatur euaſiſſe, quod Medici ἡμιτριταῖον vocant. Sed, vt aiebam, haec accurate et copioſe enarrata ab aliis me repetere non eſt neceſſe, vel non etiam oportet.

§. CXIIII.

Poſt mortem Melanchth. controuerſiae eccl. atrocius excitatae et agitatae: ea cumprimis de S. Coena. Melanchth. de hoc argumento conſilium ab aliis poſt mortem ipſius, non ab ipſo editum.

Vt luxerunt autem hunc mortuum boni vniuerſi *), ſic nonnulli petulantes et improbi inſectati fuerunt, controuerſiaeque Eccleſiaſticae coepere fieri atrociores. Renouantibus quibusdam quicquid poſſent contentionum acerbiſſimarum et plane capitalium, et commouentibus maxima et exitioſa mala, quaedam non peſſime etiam ſita, denique molientibus omnibus viribus diſtractionem, qua quod adhuc vtcunque cohaereret et eſſet coniunctum, id penitus diſcerptum dilaceraretur. Erupit autem tunc odium et inimica atque plane hoſtilis alienatio, eo diuerticulo,

*) Ipſe Camerarius in epiſtola quadam ad Ge. Sig. Seldium in Libello nouo Epp. (Lipſ. 1568. 8.) plag. V 2. b, de morte Mel. ita ſcribit: Ingentem dolorem mihi attulit triſtiſſimus caſus mortis P. M. qui feliciſſimo ille quidem ſibi fine ſed luctuoſo nobis diſceſſit XIII. Cal. Maii viribus corporis deficientibus tandem poſt maximos labores et perpetuas curarum variarum moleſtias, cum mens ad extremum halitum integerrima permaneret. Fuit inter nos verae et inuiolatae amicitiae neceſſitudo annis totis XLI. Itaque mihi conſuetudo talis amici erepta non potuit non eius modi deſiderium relinquere, quo grauiſſime excruciari animum neceſſe eſſet. Etſi profecto vehementius angor detrimento publico et formidine eorum euentuum, quos impendere vereor, vel plane cerno.

1560 culo, quod iamdudum quaeſiuerat, cum aggreſſiones apertae minus fuiſſent efficaces, vel ita futiles et infirmae, vt primo conatu ſtatim langueſcerent et frangerentur. Arripueruntque nomini *Philippi Melanchthonis* infeſti diſputationes quaſdam, quae erant ad vulgus commouendum inprimis idoneae, de ſacratiſſima actione in Eccleſia, qua inſtituto Ieſu Chriſti conuenitur ad communionem corporis et ſanguinis ipſius, participantibus iis, qui ſine controuerſia ſunt in coetu Eccleſiaſtico, vt ritu religioſo celebretur conuiuium dominicum, quemadmodum veterum quidam appellauit. Quae res cum ſit eximia et inter illa quae arcana habet et peculiaria congregatio Chriſtianorum, caſta etiam oratione de ea vtendum eſſe ſemper *Philippus Melanchthon* ſtatuit, et non potuit diſſimulare interdum dolorem, quem caperet ex quorundam temerariis et abſurdis declamationibus, cum praeſertim in certamen ventum eſſet, et acerrime pugnaretur tanquam praelio commiſſo, non de veritate doctrinae, ſed ſua cuiusque opinione et verborum locutionisque praeſcripto vſu. Prodierat quoddam de ea quaeſtione ſcriptum *) *Philippi Melanchthonis*, quo conſilio quaue occaſione aut omni-

*) Titulo Iudicii de controuerſiis cum Heidelberg. agitatis, hoc quidem initio: Non difficile, ſed periculoſum eſt, reſpondere etc.] Titulus eſt: Iudicium D. Phil. Melanchthonis de controuerſia Coenae Domini ad Illuſtriſſ. Principem ac D. D. Fridericum, Comitem Palatinum Rheni, S. R. Imp. Archidapiferum, Electorem, Bauariae Ducem, cet. Heidelb. exc. Ludouicus Lucius A. 1560. m. Sept. in 4. plag. 1. Hoc iudicium varie eſt acceptum et plurimi aduerſus illud libelli prodiere. Praecipue vero Tilemannus Heshuſius propterea mortuum Melanchthonem, olim Praeceptorem ſuum, crudeliſſimis lacerauit conuitiis in Reſpon-

omnino cauſa, non habeo dicere, ſed prodierat, ta- 1560
le quidem, vt hoc, qui ex animo religioſae pietatis ſtudioſus et vir bonus eſſet, offenderetur nemo, diligenter etiam et attente conſiderantes multa vtiliter ſubiici admonerique animaduerterent: Non ita tamen quaſi limatum neque perpolitum, quemadmodum in iſto genere ſunt ea quae edi diuulgarique ipſe voluit, et continens mentiones de quibusdam liberiores. Quibus irritatum iſtud genus hominum ferox atque intractatum, excurrit immoderate, et eo eſt prouectum, vt neque pietatis ad Deum, neque officii ad homines, neque exiſtimationis propriae reſpectus vllus curaue eos attingeret. Equidem non dubito, quin apud aliquos ea vel ſuſpicionem vel crimen ſubitura ſint, quae de his negotiis atque hominibus ad talem modum a me exponuntur, tam affectionis cuiusdam priuatae atque ſingularis, quam

ſponſione ad praeiudicium Ph. Melanchthonis de controuerſia Coenae Domini, ſ. l. 1560. 4. Huic adiungendus eſt Nic. Gallus, qui edidit Iudicium P. Mel. de controu. Coenae Domini ſcriptum ad Principem quendam Electorem, cum neceſſariis annotationibus, iisdem veris et piis. Ratisponae Menſe Nouembri 1560. 4. Philippum vero defendere conati ſunt Petrus Boquinus in Iuſta Defenſione Iudicii P. Mel. de Coena Dom. aduerſus iniuſtam vim T. Heshuſii et N. Villagagnonis, Genev. 1562. 4. Paulus Eberus in praefatione Epiſtolae Pauli ad Corinthios, et Paul. Vnicornius in Interpretatione legitima Reſp. P. Mel. poſt mortem ipſius tit. Iudicii — aeditae: Apologiae loco ſcripta aduerſus quorundam ſiniſtras interpretationes, deprauationes et calumnias — — Vrſellis, 1562. 8. idemque in Apologia aduerſus Theologos, qui recens Heydelbergae quendam librum de Coena Domini aediderunt. 1565. 8. conf. quoque Saligii Hiſt. Aug. Conf. Partem III. pag. 462 ſqq.

1560 quam iudicii et ſententiae peculiaris ac fortaſſe parum prudentis. Verum enimuero ob huius illiusue exiſtimationem de me et hac narratione ſermones, cum et initio et inter ſcribendum cogitarim atque praeuiderim euentus fortunam, non putaui quicquam omnium omittendum, quae et vera eſſe ſcirem, et prodita arbitrarer a bonis libenter lectum iri, et nonnihil quoque momenti allatura eſſe, ad curam diligentiamque excitandam tractationis et conſiderationis earum rerum, quarum adhuc reliquas tanquam morbi afflictiones et tabem metuiſſe ſemper magna animi perturbatione *Philippum Melanchthonem* ſcimus, et ſaepe audiuimus dicentem: In hoc extremum periculum et ſummum diſcrimen cauſſam eſſe venturam.

§. CXV.

Aduerſariorum Melanchth. imprudens peruerſitas.

Cum autem iſtas res et haec negotia poſt mortem *Philippi Melanchthonis* tres *) inprimis exagitare et illis inſolentia verborum ciendis, quaſi camerinam, vt dicitur, commouere coeperint, ad inſtitutum fortaſſe argumentum de his et contra illorum impudentem peruerſitatem aliquid a me diſſeri, pertinere videatur. Sed mihi ne nomina quidem iſtorum exprimere ſcribendo libet, et ſupra prauitas malitiaque eorum eſt a me notata. Etſi autem dolendum eſt occaſionem eam tandem nactos eſſe, quam diu quaeſiuerunt, improbos ac malos, vt poſtquam e medio abiit *Philippus Melanchthon* et in hunc caeteroſque declamitare eis audacius liceat, et liberior ſit poteſtas quaſi curriculum furoris ſui conficiendi, in dolore tamen propter miſerias noſtras et auge-

*) Heshuſius, Gallus, Staphylus.] Weſtphalus inter hos clamatores non eſt omittendus.

augeſcentes diſſipationes, erupiſſe tandem omnem 1560
acerbitatem odii et maleuolentiae impetus, gaudio videtur eſſe dignum. Nam neque quid amplius iſti tanquam de penu turbulentae malitiae proferant, reſtat, neque iam praeterea habent quicquam, quod ad *Philippi Melanchthonis* autoritatem diminuendam et nomen infamandum inculcari poſſit. Petebatur ante annos ille aliquot primum obſcurius, mox deinde aperte accuſationibus et reprehenſionibus quorundam quieti et otio inimicorum. Aſſentari potentibus inſimulabatur, et errores ſtabilire, et fulcire manifeſtae impietatis ruinas. Quod rebus perturbatis non eſſet autor deſertionis et fugae, quodque veluti de naufragio tabulas colligi ſtuderet, et perferenda arbitraretur omnia, quae bona conſcientia et ſine ſcelere tolerari poſſent, neque noua vulnera infligenda eſſe cenſeret rebus communibus. De his quas telas grauiſſimorum criminum, et quam ſaeuas accuſationes detexuerit ingrata quorundam improbitas, non eſt fere cuiquam ignotum. Quibus iam in vehementia et inſolentia euaneſcere incipientibus, ecce altera ad vulgus, cuius fere arbitrium ſpectatur, plauſibilior cauſſa offertur, et huius actores iam exultant, et vrgent reum, mortuum illum quidem et fruentem requiete ſempiterna. Quemque tales clamores et inſectationes non amplius attingunt: cum conculcare tamen immanitas odii iacentem geſtiat, et huius nomen cupidiſſime arripiat, ad ipſius quidem, vt putant, ignominiam inprimis, cui infenſi ſunt, et pro maximis beneficiis eam referunt gratiam, vt memoriam eius omnibus probris aſpergere conentur: ſed hoc tamen interea agitur, ne vſpiam ad Reipubl. ſalutem et dignitatem conſentiatur, vtque noua quaedam impedimenta obiiciantur concordiae ſperatae. Veritatem autem perueſtigari, et futiles atque nugatorias fabulas, et decla-

mationes populares cohiberi, non eſſet vtile omnibus. Quod multi, qui in iſta confuſione opinionum et licentia vitae et hominum leuitate magni ſunt ac conſpiciuntur, rebus negotiisque explicatis et conſtitutis, contemnerentur et laterent. Quinetiam non paucis tunc pericula impenderent et cauſſa dicenda eſſet cum factorum tum dictorum. Turbulenta igitur eſſe tempora eis prodeſt, vt captantibus anguillas, ſecundum Graecum Comicum, aquam turbidam. Atque vnus *) ex iſta cohorte, id quod antea quoque indignantes attigimus, procurrens non modo viuos, ſed mortuum etiam *Philippum Melanchthonem* prouocat, et optat ſupereſſe eum in hac vita, vt ſuas vires congrediendo cum ipſo oſtendere poſſit **). Nos vero multo magis et verius, adhuc viuere in terris, ſi ita Deo aeterno videretur, vellemus *Philippum Melanchthonem*, non tam explorata ſpe, facile iſtam temerariam audaciam ab ipſo refutatum iri, quam certa ſententia, non ſolum multorum vociferationes reprimi, ſed tranquillitatem et pacem Reipubl. et doctrinae coeleſtis puram integritatem optimarumque diſciplinarum et artium honeſta ſtudia huius viri reſpectu, cura, diligentia, induſtria, pietate, fide, potuiſſe conſeruari. In quibus quae labes fieri coeptae ſint, nimis eſt euidens, et quid calamitatis immineat, audaciſſima vel potius impudentiſſima iſtorum ſcripta indicio eſſe poſſunt. Nam ſi hoc concedatur et liceat veſaniae: in

*) Heshuſius.

**) Verba Heshuſii haec ſunt: Quamuis ad hanc refutationem paratior fuiſſem, et minus inuidiae me ſubiturum ſperaſſem, ſi hoc oraculum Apollinis toto anno magna religione occultatum Philippo viuente prodiiſſet. Certe non detrectaſſem certamen de hac controuerſia cum ipſo authore, permiſſo Eccleſiae iudicio.

in quoſuis arbitrio ſuo inuehi et quodcunque libuerit ex ore inuerecundo, conceptum animo proteruo emittere, et chartis temere illitum ita in vulgus ſpargere, vt aniculae etiam legere et cognoſcere poſſint, neque doctrina veritatis coeleſtis ſincera retinebitur, et hic furor ſtatum adhuc qualemcunque rerum, et ſtudiorum piorum fortunam conuellet, contemtumque pariet horum, et reddet inuiſa plerisque tribuentibus hanc culpam hominum ipſis ſtudiis. Ac oſtentare ſane videntur iſti et prouocator ille glorioſiſſime, eruditionis literatae copiam. Quam cur aliquis eis inuideat, cauſſa non eſt. Inſerant ſane graeca aliquot verba, et excerpta de commentariolis et libellis Grammaticis quaedam agglutinent, et affectent nitorem orationis *). Nemo vt admirabitur,

 ita

*) Varia tunc quoque a Philippophilis in Heshuſium euolarunt Scripta ludicra et acerba. Placet hic vnicum addere, cuius titulus: Hendecaſyllabon ad Tollmannum Heshuſium a Timotheo Philophilippo 1561.

Hashuſi pater Attici leporis
Muſarum lepor Eruditiorum
Noſtri Argutule Martialis aeui
Noſtri temporis elegans Catulle
Praeſtans et Satyrae dicacis autor,
Quae te ſaecula tam tulere laeta?
Qui tanti genuere te parentes
Tam cultum, lepidum, furore plus quam
Correptumque Poetico, Poetam,
Qui verſus Epigrammatis faceti,
Vates Bilbilicus quibus iocatur
Non de vi neque caede nec veneno
Sed litem tribus eſſe de Capellis
Ad myſteria diſputationum
De coena Domini, memor decori
Ceu Saul inter ineptiens Prophetas
Tam detorſeris elegante ſenſu,
Et tam conuenienter et perite,

Vt

ita fortaſſe hoc reprehendet. Sed id paene eſt horribile, quod dialecticam ſubtilitatem et complexionum ſolertiam eam adhibent, qua, ſua quidem opinione, vincunt atque proſternunt vniuerſos. Eius tamen profecto facultatis niſi viam rationemque demonſtraſſet *Philippus Melanchthon*, quae illa eſſet, genus omnino iſtud ignoraret. Etſi male didicerunt hi, ſi quid tamen didicerunt, et tanquam ſimii id, quod illum facere viderunt, peruerſe imitantes doctis ſunt ridiculi, cum grauiores admodum ipſis etiam iraſcantur, quos maximis in rebus non pudeat ineptire et prodere inſcitiam ſuam, vel ludere etiam ſcien-

Vt quadrare nihil magis queat, nil
Concinnum magis et putetur aptum
Idem quam (bone Iupiter) venuſte
Quanta dexteritate, quam polite
Hunc ex tempore (quantitate iuſta
Vnius modo ſyllabae carentem)
Tornaſti hendecaſyllabum rotundum.
Iam dic tua quae de coena fides ſit.
Num de ſobria, delicate pranſor
Hashuſi, pede coena claudicante
Ceu potum titubare cogit vno
Vt ſcurrilibus optimi Philippi
Manes verſiculis tui Magiſtri
Allatrans rabie probes procaci,
Te tali didiciſſe nil Magiſtro
Tam poſſes rudis vnde Sycophanta
Tam turpis fieri impudensque ſcurra
Quam ſcripti ſcabies tui madentis
Obſcoeno ſale, felle viperino
Tabo ſcommata liuidoque foeda
Et conuicia acutiora ſpinis
Therſitem rabido lupo aut Moloſſo
Mordacem magis alterumque noſtri
Secli Zoilon eſſe te loquuntur
Dignum Cerbere qui voceris Hetzhuſch.

Heu mea Parthenope quae te contagia laedunt,
Talia tune ſinu monſtra fouere ſoles?

ſcientes. Quod tamen haud ſcio an non faciant, cum tanto ſupercilio rationes ſutiles atque diſſentaneas colligant ac concludant. Quemadmodum autem ſimiarum (nam huius animantis ſimilitudo iſti nationi inprimis conuenit) conantium geſtus humanos exprimere, prauitas eminet, ſi vna cum hominibus illae moueantur aut ſaltent: ita iſtorum futilitas fit manifeſtior, quando ſuas nugas doctrinae applicant, et contra ea, quae ſunt ab aliis vtiliter et praeclare ſcripta, ſuas ineptias proferunt. Atque videri poſſit alicui non aliena etiam his Platonica fabri calui et puſilli imago. Vt hic enim pecuniam nactus, iam lautus et ornatus filiam domini ducit coniugio abhorrente, ſic ipſi temere irruentes in profeſſionem omnium praeſtantiſſimam, populari applauſu quaſi ditati, et praeceptoris ſui rapientes eruditionis atque doctrinae opinionem, infelice et praepoſtero vſu veluti progignunt commenta vanitatis atque dementiae ad fallendum et turbas dandum apta atque nata, et accommodata ad accelerandam ruinam Reipublicae, quaſi moereant, nimis tarde eam concidere. Itaque omnem moram aegre ferunt. Nihil placet exquiri aut conſiderari. Sed tanquam equi habenis ruptis inſano curſu efferuntur, quae ipſi arripuerunt ea retinentes, et impetum temerarium facientes in omnes. Interea quid cui congruat atque conſonet, non curant. Tanta ſcilicet acrimonia tamque excellente vi ingenii praediti, vt, quamuis cuncta miſceant, confundant, inuoluant, perturbent, ipſi tamen placere ſibi et caeteros prae ſe contemnere valeant. Quodſi aduerſantes ſibi nullo alio argumento refellere poteſtas detur, tum in promtu eſt aut interrogatio mirabilis et infeſta, nullam attentionis et diligentiae reſponſionem admittens, aut petulans irriſio, qua eludantur ſi qua contradicuntur, aut conuicium maledicum aduerſarios

proterens. Poſtremo omnibus aliis artibus et viribus conſumtis ad Zeli iactationem et oſtentationem Fidei deferuntur. Non cogitantes peruerſum aliquem ſolere et improbum Zelum expertem neceſſariae cognitionis, et omnem Fidei ſanctae doctrinam eſſe conſentaneam oportere, ne analogia illius conturbetur. Hanc ſilentio praetereundam non putauimus vel malitiae improbitatem vel dementiam ſuperbiae, vel odii etiam coecitatem. Quae cuncta modo non magis inſidiantur neque fraudem parant nomini *Philippi Melanchthonis*, ſed manifeſtam faciunt impreſſionem, et quaſi machinis admotis illud oppugnant. Vt Homerica ſcilicet de eo fama ad poſteritatem relinquatur Zoylorum et Daphidarum. Qui non ſtatuam pietate et doctrina praeſtantiſſimi viri, ſed multo illuſtriora monumenta ſcriptorum ipſius, flagellis nefariorum conuiciorum verberaſſe perhibeantur.

§. CXVI.

Eorundem aperta improbitas, ipſum veteratorem appellantium.

Si quid autem eſt profecto vnquam editum, neque argumento concinnum, neque verbis elegans, neque aptum ſententiis, neque oratione compoſitum, ſed diſſolutum, inane, vulgare, arreptum, vt dicitur, e triuiis, id prorſus eſt, quod rabies iſtorum effutit. Tollat enim aliquis importunitatem arrogantiae, leuitatem ſcurrilem inſectationum, petulantiae exultationem, in ſumma, inducantur inepta, friuola, proterua, nugatoria, falſa, futilia, partium quoque iudicio indecora et mala, perparum relinquetur atque ſupererit in iſtis infelicibus chartis, vt admodum pauca aliena, et qui interdum, ſecundum Poëtam:

Purpu-

Purpureus late qui ſplendeat vnus et alter
Aſſuitur pannus.

Cur vero, pugnaces iſti inquiunt, non refutantur noſtra? Cur nemo reſpondere nobis audet? Quia enim ſunt illa talia qualia diximus, et qui ſapiunt cum inſanis inſanire nolunt, neque exiſtimant ea tractanda eſſe, quorum qualicunque contactu, inquinari ipſos neceſſe eſſet. Maluntque expectare tempus, quo illa, quaſi araneolarum telae, ſua ſponte euaneſcant, quam committere, vt ſua veluti propagatione diutius durare poſſint. Maxime autem omnium demiror, quid in animo vni *) ex iſtis fuerit, cum *Philippum Melanchthonem* VETERATOREM nominandum putauit. Si tamen quid inſanis in animo ſit, aut quid hi putent, aut omnino quid ab ipſis fiat, mirandum eſt. Hoc quidem nomine qui recte ſunt vſi, ii ſignificare voluerunt malitioſam improbitatem et fraudes calliditatis et perplexas aſtutias. At enim conſtat omnibus, neque iſti, qui crimen hoc infert, ignotum: Fuiſſe *Philippum Melanchthonem* alieniſſimum in tota vita ſua ab omnibus fraudulentis conſiliis et ſubdolis actionibus fugientem ambigua, et perſpicua ſequentem, inimicum fucatis et tectis et confuſis rationibus, et ei quam Sophiſticen ille ſolebat vocare. Quae tamen minus iam vſurpatur, cum plerique non verſute rem inuoluere conentur, ſed aperte falſa atque ficta aſſerere non dubitent. Quemadmodum ſeruus Comicus ſe non tam furacem eſſe ait, quam antea fuiſſet, quod rapiat propalam. Dat autem hanc eis licentiam cum vitae diſſolutio, tum migratio *Philippi Melanchthonis*. Non faciem enim, quemadmodum de ſe ait apud Homerum Achilles:

Caſſidis ipſius contrariaque ora tuentur,

*) Heshuſio.

Neque eſt vero tanta acrimonia ingenii in iſto manipulo, neque patientia laboris in diſcendo, vt fallaciae concluſionum (quae ſunt Sophiſmata) callidae ſaltem et ſpeciem aliquam habentes ab ipſis vel expectandae, vel magnopere pertimeſcendae eſſe videantur. Cur vero hi defatigarentur cogitando, comminiſcendo, fingendo, quid vel ſententiis implicaretur, vel exornaretur verbis, cum admittat leuitas huius aetatis mendacia manifeſta, et impune dicatur atque fiat, quicquid audet verecundiae expers animus. Sed redeo ad *veteratoris* crimen vanitatis iocularis. Arreptum hoc eſt de illa quaeſtione *), quam commouit non *Philippi* profecto *Melanchthonis* attenta atque religioſa pietas, ſed importuna quorundam vehementia, et ſuperba confidentia, et audacia turbulenta cum pernicie publica et moeſtitia bonorum omnium incredibili. De qua quidem nos diſputare nunc non volumus, neque hoc vlcus intempeſtiua manu tangere, neque adeo rixandi, quae a multis quaeritur, occaſionem ſuppeditare.

§. CXVII.

Eorundem malitioſa temeritas ab aliis edita ſub ipſius nomine ſcripta probris inſectantium.

Ex his autem vnus **), quem neſcio quo pacto vt ſupra nominaremus rei indignitas expreſſit, cum turpiter deſciuiſſet a cauſſa, eſſetque iam aduerſarius manifeſtus, qui cum *infauſta deteſtandaque nuper terra exorta tanquam Gigantea*, et *ſanctiſſimum ſolumque ſalutare Ieſu nomen infamante familia* ſeſe coniunxerat, quamuis, vt in agris conſitis ſues, multos ſcrobes foderet, et paſſim huc atque illuc rueret, ſeque in compluribus veluti herbis ſalutaris

lutaris

*) de S. Coena.

**) Staphylus.

lutaris et purae doctrinae euellendis defatigaret, in vnam tamen maxime partem incubuit vehementia iracundiae ſuae, vt obtrectando *Philippi Melanchthonis* nomini caeterorum omnium cupiditatem atque conatus vinceret, cum iis a quibus aliis in partibus diſſentiebat, oppugnando *Philippi Melanchthonis* dignitatem pietatemque et doctrinam concurrens atque conſpirans (odii inuidiaeque et communium ſimultatum acerbitate eos alieniſſimos tanquam aſpides Ichneumonesque et Crocodilos contra naturam ipſorum conciliante) vt ſanctiſſ. manes ſimul inſectentur, et religioſiſſimum ſepulcrum *Philippi Melanchthonis* perfodiendo violare conentur. Atque iſti cum inter ſe inimicitias aliis de rebus ingentes gerere et vehementer diſſidere videantur, ſpecie quidem differunt, ſed genere prauitatis extremae ſimiles ſunt atque germani. Vtrique enim ii ſunt, quos ipſorum de ſe praeconia non minus quam aliorum delectent, vel qui illa quoque verboſe facere conſueuerint, cum ab aliis aut non omnino, aut admodum parce fiant. Videri igitur aliquid eſſe apud certos homines, quibus ſeſe venditant, et eminere exiſtimatione cupiunt: Verum neque res eaedem ſunt, neque iidem homines vtrisque contingunt. Ita iam forma tantum diuerſa eſt, genus improbitatis vnum. Et congruit nunc iſtud maxime, quod eandem materiam artifices iſti ſumſerunt, de qua criminationes et probra in *Philippum Melanchthonem* mortuum exculperent, illud inquam ſcriptum, cuius paulo ante facta eſt mentio. Primum autem quis non videt, de illo litigare cum *Philippo Melanchthone* neque integri ſenſus neque ſanae mentis eſſe, cum ille viuus non ediderit? Tota enim res haec ad eos *) iam pertinet, qui iſtud diuulgandum curauerunt, magnis

*) Heidelbergenſes Theologos, et ipſum etiam Principem Electorem.

magnis et grauibus de cauſſis, conſilioque prudente, et ratione, quemadmodum nos credere par eſt, vera *). Hi igitur accuſantur cum aliis quibusdam hoc in negotio ſociis, inque hos iſte improuidus impetus ſeſe infert. Sed quid eſt tandem, in quo ſcriptum illud tam male de iſtis mirificis hominibus meritum videri poſſit? Niſi quod cupidiſſime arrepta occaſio eſt, non tam inſectandi *Philippum Melanchthonem*, quam praeſtigiis quibusdam illudendum legentibus, et ad caecandas imperitorum mentes iſtisque offundendam caliginem. Quaeſita eſt inuidia *Philippo Melanchthoni* non ab eorum, quae ſcripſit, vitio, verum ab alienae calumniae interpretatione, vel, verius vt dicam, cauillatione. Etiam de aliis viri illius monumentis idem fieri comperitur. Et cernimus paene indies aliquid tanquam perſonae nouae in ſcena prodire huius non librorum modo, ſed

*) S. R. Büttinghauſen in Beytraegen zur Pfälziſchen Geſchichte Vol. I. p. 132 ex Actis Acad. Heidelb. ſequentia diuulgationem huius conſilii attinentia habet: D. 23. Sept. 1560. Lud. Lucius Acad. typographus offert Rectori iudicium D. Ph. Mel. de controu. coenae dom. ad Ill. Princ. ac D. D. Frider. ſcriptum, atque ſibi Principis nomine mandatum fatetur, vt intra biduum proximum typis excudatur id ipſum, omniaque exemplaria eius Celſitudini tradat. Rector Senatu per iuramentum conuocato negotium hoc diſcutiendum propoſuit, atque vt iuxta deliberationem Senatus, quae hoc anno de typographo et bibliopolis aliquoties habita eſt, cenſores conſtituerentur, iuſſit. Deinde recitato — — vna cum litteris Mel. ad Principem iudicio de coena multisque hinc inde cauſis et rationibus non imprudenter in medium adductis concluſum eſt: ſcriptum iſtud, vt hoc tempore imprimat typographus, non eſſe permittendum.

ſed epiſtolarum et dictorum *). Quae fiunt nunc impune omnia et audacter, ſublato eo, cuius grauiſſimis verbis et verorum ſcriptorum autoritate facile refutarentur, quae eum laederent vniuerſa. Non quod ipſe pro ſe aduerſus aliquos dicturus ſcripturusue fuerit quicquam, qui nunquam ſuae famae aut dignitatis tam ſtudioſus fuit, vt ſe defendendo et a ſe impetum atque vim aliorum propulſando, vehementer aut turbulente diceret aliquid aut ſcriberet, quemadmodum in contentionibus fieri ſolere ſcimus: Sed rem euoluendo et ediſſerendo, ambigua remouendo, propria atque certa ſtabiliendo, falſa confutando, vera aſſerendo, futilia ac nugatoria reiiciendo, id perficeret profecto, vt ſtolidae aut peruerſae leuitatis et impudentiae furioſa temeritas concideret atque reprimeretur, vna *Philippi Melanchthonis* plana et ſimplice vel explicatione vel aſſertione. Eſt autem in his attendentibus inprimis moleſtum atque odioſum, quod mentio fit earum rerum, quas culpantes vel iis non interfuerunt, vel non curarunt admodum cognoſcere, vel demonſtratas malitioſe inuoluendo obſcurant. Inculcantur odioſe nomina quaedam **), et dogmata exponuntur verbis illa quidem aſperius et ſententiis iniquius, et his aduerſatus *Philippus Melanchthon* aliquando fuiſſe et reſtitiſſe fortiter, et cauſſam poſtea prodidiſſe inſimulatur. Sic autem iſta agitur Tragoedia, vt quaelibet diſſenſiones ſtatim mirifico quodam zelo capitales fiant, quique aliquibus non applaudunt, ii ſtatim hoſtes ab ipſis iudicantur. Non libenter verba his de rebus facio, non quod vllorum criminationes pertimeſcam, qui omnes paulo moderatiores, et non ſimili-

*) Manlii et ſimilium nugatorum audaci et impudenti temeritate.

**) Zwinglii, Oecolampadii, Caluini.

militer petulantes atque ipſi ſunt, per contumeliam neutrales aut transfugas etiam appellant, ſed ad alia reſpiciens, quae nunc referri neceſſe non eſt, timidius iſta attingo. Cum autem inſultantes mortuo *Philippo Melanchthoni* cum aliis colligendis declamatores, vt ſibi videntur, ſint acres et vehementes, tum in ſcripti iſtius *), cuius mentio ſupra facta eſt, crimine equitant ferociter, omnibus contumeliis appetentes famam et nomen optimi et ſanctiſſimi viri. Improbaſſe aiunt aliquando eum quaedam. Ille vero ſemper improbauit neque neceſſarias et mirificas quaeſtiones, et multo maxime diſceptationes perniciofas, et rixarum cauſſas. Cum autem cerneret a quibus, quae res, quam alieno tempore proferrentur, neque ita, quemadmodum oporteret, eas tractari exiſtimaret, nunquam diſſimulauit ſibi inexplicatam nouitatem magnopere diſplicere. Itaque aliquorum promulgatores et diſſeminatores, quae vel de induſtria elate vel ingeniorum aſperitate dici horride videbantur, nequaquam collaudauit. Oppoſuitque adeo ſuas etiam tum admonitiones quorundam procliuitati ad inaudita atque noua, vt inconſiderata leuitas coherceretur, quod omnia vbique periculis cerneret eſſe pleniſſima. Haec circumſpectio et ſollicitudines iſtae non modo hac in parte ſed multis aliis notatae et reprehenſae fuerunt. Aliis timorem, aliis prudentiae humanae rationes criminantibus, non etiam nullis Philoſophiae eruditionem hac occaſione exprobrantibus. De quo plura dici nihil attinet, cum praeſertim antea quoque nonnihil ſit commemoratum.

§. CXVIII.

*) Iudicii Heidelbergam miſſi.

§. CXVIII.

Eorundem inepta et praua reprehenſio, ſi quae emendauit, correxit aut explicauit in ſcriptis ſuis Melanchthon, criminantium.

Vt autem fortitudo et robur animi, et fiducia virium, et promta libertas orationis, ſuam laudem habet, ſic, quemadmodum opinor, non eſt vituperanda in magnis grauibusque rebus attentio et cura et prudentia. Quodſi (nam humanum eſt errare) dictum vel minus cogitanter, vel nimis vehementer, corrigendum putaſſet *Philippus Melanchthon*, ideone tam atrociter fuit ille inſectandus? O miſeram conditionem omnium, qui ſcribendo operam quacunque in doctrina nauant! ſi ſunt errata ſtatim ſcelera exiſtimanda, et mutatio ſententiae habenda perfidia, vbi igitur hoc? Diſcipulus eſt prioris poſterior dies †). Quam multa ſaepe nuntiantur negligenter, male, falſo? Quoties ſibi perſuadet aliquis id, in quo decipitur? Quantum etiam momenti in temporibus eſt ſitum? Quibus qui mouetur, is ſtatim ſapientibus iſtis leuis eſt atque inconſtans, vel etiam veterator et verſutus. Immo cothurnus eſt, quicquid ad ipſorum pedis diſtortiſſimum prauiſſimum-

†) Eadem quoque Caluino ob ſaepius mutatas et auctas editiones Inſtitutionis religionis chriſtianae obiecta fuiſſe, non ignotum eſt. Inde Daniel Gerdeſius Tomo II. Scrinii antiquarii p. 459. ſic eum defendere conatur: Quanquam Bolſecus has locupletationes ſub variationum nomine denigrare ſtudeat, atque varia propter eas in Theod. Bezam, Caluini aſſeclam et laudatorem, ſcommata proiicere non vereatur, tamen ea res, quod laudari magis quam exagitari debeat, qui iuſtum doctrinae veritatis pretium ponere didicerunt, atque quantum interſit inter cumulatam ſiue perfunctoriam et ordinatam probeque limatam rerum pertractationem, non ignorant, norunt.

mumque exemplum non quadrat, ſecundum quod ea calceamenta ſuta videmus, in quibus iamdudum turpiſſime, qui illa induerunt, gradientes claudicant, aut certe miſere et deformiter oberrrant. Iam ſublato ſtudio enarrandi aliquid planius, diſertius, rectius, illuſtrius, non parum fructus deceſſerit de doctrinae tractatione vniuerſa. Horum iſtud genus nihil intelligit neque conſiderat. Quod acceptum eſt, id ſicut claudus pilam, quomodo aiunt, retinere, et in ſententia perſeuerare, neque ſi quid in ea abſurdi reperiatur putare corrigendum, neque enitendum, vt commodius aliquid dicatur: Quaſi hoc ſit diſcedere a veritate et prodere cauſſam. Cum quibus de his ne diſputandum quidem eſt ab omnis humanitatis ſenſu nedum prudentiae conſideratione alienis. Eſt autem illis ad huiusmodi omnia ad imperitam multitudinem perquam plauſibile in promtu hoc: Rationis iſta eſſe commenta et argumenta ſapientiae humanae. Cum ipſi quidem de praecipuis et maximis rebus argumentari et ratiocinari inprimis conentur. Minime illi quidem ratione et via atque ordine, ad explicandum tamen id quod volunt et ſuas maxime cogitationes quaeque comminiſci et extruere et conglutinare non dubitantes, modo diuidentes diſſipando, modo definiendo magis ambiguum reddentes id de quo agitur, modo complectendo diſtrahentes et ſoluentes. Neque enim diſtinguere hos diſſimilia, neque diuerſa ſeparare, neque notiones rerum certa deſcriptione demonſtrare videas, et ſumere vel falſa, vel dubia atque diſſentanea, et inferre inducereque abhorrentia, vt ſolum hoc eos moliri putes: Diſturbare bene collocata, et firma conuellere, et ordinata confundere, denique cum ratione quadam inſanire. Hoc vero vitant atque cauent, ne in ipſorum ſcriptis notari reprehendique fere quicquam poſſit, quod nullus in his tanquam

for-

formoſo corpore naeuus conſpiciatur, ſed tota illa futilia atque diſtorta ac foeda ſint. Verum reducatur oratio ad propoſitum.

§. CXVIIII.

Eorundem impudens vanitas fortuito dicta ab eo carpentium et quae excuſare debebant, quaeque antea laudabant, reprehendentium et cauillantium.

Non modo iam moleſta eſt iſtorum hac in parte hoſtilis oppugnatio, ſed cum alia proferuntur, tum, vt vereor, proferentur deinceps illi ex ore forte elapſa, prolata ſine cogitatione accurata, etiam ſurrepta, ſuppoſititia, commentitiaque, de quibus et diſputari in vtramque partem, et crimina facile confingi in *Philippum Melanchthonem* poterunt, rebus, temporibus, hominum etiam voluntatibus atque ſtudiis diuerſis. *Philippus Melanch.* nunquam fauit vel autori vel actori negotii neque neceſſarii et impediti atque turbulenti: Nunquam probauit aut adiuuit, vel potius, quantum potuit, repreſſit aduerſando intempeſtiuas vel etiam temerarias excurſiones. Fuitque ei curae ſemper, vt et ipſe conſiderando inquirendoque verum comprehenderet, et veterum ſententias proferendo, aliorum quoque cogitationes incitatas decertando et excurrentes longius conuerteret, et ad rei ipſius contemplationem diligentiorem reuocaret, ne fugerent, vt dicitur, praeter caſam. Quantum profecerit modo non dicam, cum palam ſit, non paucorum vagas et temere effuſas cogitationes, quaſi in gyrum reductas fuiſſe moderatione *Philippi Melanchthonis*, et hoc perfectum, vt iudicia eſſent attentiora et ſeueriora, certe nemo, praeter inſanos iſtos, nocuiſſe hoc facto ipſum perhibebit. Ea profecto, de quibus vociferatur iſta in caput *Philippi Melanchthonis* coniurata cohors, talibus clamo-

moribus non explicabuntur. Quorum ſunt tam inepta atque ridicula ſcripta, vt contemni ab omnibus ſanis credibile ſit, ſed eadem etiam adeo ſunt rabioſa ac venenata, vt animaduerſionem perquam diligentem commouere debeant. Quam quidem iis, quibus conuenit, curae eſſe aequum eſt. Quantum ſane credendum his ſit, ſi nondum vel iis conſtitutum eſt, in quorum illi fauorem ſe inſinuant, at hinc par fuerit aeſtimare: Quod nunc tam exquiſitis conuiciis furenter inuehantur in eos, a quibus et benigne admiſſi et amanter tractati, et multiplicibus beneficiis aucti et ornati fuere, quosque laudibus aliquando maximis extulerunt, et quorum actiones ſingulari ſtudio defenderunt, cum eis ſeſe per omnia aſſentiri profiterentur. Poteſtne autem ab his conſtantem ſibi voluntatem polliceri, aut eis fretus eſſe aliquis, qui vel exiſtimationis honorumque ſpe, vel emolumenti mercede, a priore ſententia et animi inclinatione illos deſciuiſſe, et amicos cum inimicis commutaſſe ſciet atque perpendet. Nam commune iſtud: Dei reſpectum et veritatis eſſe praeferendum vniuerſis, quantum valere in leuium et infidelium ſermone debeat, quis non perſpicit? Ad Iudaeos, ad Sarracenos, ad quamcunque ſectam tranſirent iſti, idem dicerent. Spectetur igitur hoc potius, quae cauſſae iſtius tantae mutationis fuerint, quid hi ſecuti ſint, in quae iam vnde deſiliant. Quam nihil grauitatis, honeſtatis, religionis, nihil humanitatis ac moderationis conſpiciatur in conſiliis, dictis, ſcriptis, actionibus ipſorum, atque hinc fiat iudicium, quantum eis tribuendum, quid habendum fidei, quo dignitatis gradu collocandi eſſe videantur. Quid autem commiſit aut deliquit obſecro his in rebus *Philippus Melanchthon?* Nam hoc ad veritatem narrationis iſtius vt exquiratur, pertinet. De quorundam audacia

dacia eſt locutus minus clementer. Inſanas extructiones damnauit, quibus non ceſſarent aliqui hyperbolis alias hyperbolas imponere, id eſt, mirabilia dicta mirabilibus exaggerare, et ſecundum prouerbium, arcem aedificare ex arena. Vidit illum aceruum et hanc molem non poſſe conſiſtere. Vidit ita declinari fumum, vt incideretur in flammam. Monuit, hortatus eſt, quos potuit. Increpando etiam quosdam corripuit ſane molli, vt aiunt, brachio obiurgans. Quod ſicubi hic erraſſet, ſi lapſus eſſet, ſi deliquiſſet, erat profecto iſtorum tueri illum mortuum praeſertim, peccatum culpamque quae in eum conferretur, remouere et tegere, defendere, quantum concederetur, amicum, fautorem, beneficum, Magiſtrum, Praeceptorem, quod nomen iſtis morte triſtius eſt. At ipſi quid faciunt? rimantur, quod nusquam eſt, eruunt omnia, ficta atque falſa oſtentant. Tanquam obſcenae aues ad ſepulcrum eius aduolant, aut vt canes cadauera, ſic famam nomenque lacerant. Nam quod ad errores, quos confutare iſti ſe profitentur, attinet, ita ſeſe res profecto habet, vt iſtae confutationes multo quam ea, quae ad confutandum ſumuntur, plures dent errandi occaſiones, praeterquam quod ſunt vaniſſimae, et ſi quis conuicia, probra, maledicta, criminationes eximat, nihil futurum illis ſit inanius. Quin etiam ſi quid forte eſſet in iis, quod dici putaretur recte aut cognitionem haberet cum vtilitate coniunctam, non ab iſtis tamen talibus oporteret audiri. Ac potius, quemadmodum quondam Spartiatis viſum eſſe accepimus, vt vtilia atque bona dicerentur, non ab ignauo, futili, impuro, quamuis eſſet audax et loquax, ita ſi quid notari in *Philippi Melanchthonis* ſcriptis oportere exiſtimaretur, aequum fuerat, non hoc ab iſtis fieri, ſed a conſtantibus, doctis,

piis, religioſis, amantibus patriae. Quaecunque *Philippo Melanchthoni* explicare placuit, et ad quae ediſſerenda tempus otiumque ei conceſſum fuit, ea haud ſcio an melius, dilucidius, verius, fidelius, religioſius expoſitum iri a nullo noſtrae aetatis atque gentis exiſtimandum ſit. Quae reliquit inchoata, aut noluit, aut non potuit impeditus negotiis, tandemque morte ereptus perficere: de iis caterуam iſtam ſilere melius erat, neque hoc ſibi ſumere, vt illa deſtruere et alia neſcio quae exaedificare auderent. Verum de hominum iſtorum improbitate et ſcriptorum impudente vanitate, ad id quod propoſitum eſt ſatis, pro negotii magnitudine parum diximus.

§. CXX.

Dehortatio a ſtudio famam nominis Mel. conuiciis in calumniatores reiectis tuendi, aut ſcurrilia aduerſariorum ſcripta refellendi. Vnica ratio compeſcendi immanem iſtam ſcriptorum ferociam, prohibere, ne liceat cuiuis ſuo arbitrio libellos diſſeminare. Melanchth. innocentia tuta aduerſus quosuis maleuolentium impetus.

De cauſſa atque re ipſa vt neque inſtitutum fuit, neque mihi fortaſſe congruat diſputare, ita liceat, niſi fallor, monere hortarique omnes veritatis coeleſtis patefactae interprete Filio Dei aeterni Deo aeterno amatores, et fideles Ieſu Chriſto autori ſalutis atque vitae, honeſtos denique et bonos: ne temere hac in parte prolabantur atque ruant. Tam amplum, arduum, impeditum negotium non conficietur veſanis clamoribus, neque tam intempeſtiuo ſtridore, neque iſtis conuiciorum plauſtris. In Chriſtiana religione cum vniuerſae virtutis cultus neceſſarius ſit, decus quoddam certe illius atque pulcritudo eminens temperantiae modeſtiaeque, non poterit neque debebit omitti atque negligi. Hippocra-

pocratis veteris Medici hoc eſt: Remedium eſſe interdum bonum, ſi nullum adhibeatur remedium, tam ad aures quam alia multa; quod idem elegantibus verſibus his Naſo expreſſit:

Curando fieri quaedam maiora videmus
Vulnera, quae melius non tetigiſſe fuit.

Et vetus verbum ſtrepitus nocturnos ventorum non durare diu affirmat, ſecundum hanc Graeci verſus ſententiam:

Numquam aquilonem lux nocturnum tertia vidit.

Patiatur pietatis moderatio dicere iſtos quae volunt, neque aegre ferat lenitatem ab eis leuitatis, et cautionem timoris nomine infamari. Non curetur ignominiae falſae macula, quae iſtorum petulantia aſpergitur quietis et ſanis. Non obſtet mentio legum ueterum (nam, vt acuti videantur, aliqui eas tanquam in iudicio, quo reus peragatur *Philippus Melanchthon*, recitant) facta ab iis, qui ſi ſcirent aut cogitarent, quid omnino lex eſſet, non tam ſecure omnes diuinas atque humanas leges contemnerent, et adeo inſolenter perrumperent. Cum ipſorum talia ſcripta ſint, vt, ſi quod vnquam capitale prodiit, et quod in plurimarum legum quaſi plagas incideret, iſtiusmodi centones hos videri, nonnullis eorum quoque qui cauſſae, quae oppugnatur, non fauent, arbitrer. Legibus vnus * ex iſto grege, qui ſe eſſe in quadam ſcholaſtica congregatione νομοφύλακα gloriatur, Imperatoriis teneri *Philippum Melanchthonem* ſcripſit: De Mathematicis et maleficis, quod ſtudia ille Mathematum magnifecerit et commendarit. Huicne reſpondendum quicquam aliquis putet? Alter ** Solonis

 etiam

* Baſilius Monnerus.
** Heshuſius.

etiam antiquam legem recitat: vt orta ſeditione neutri ſe parti adiungere, capitale ſit. O hominem bellum, applicantem et interpretantem Atticam ſapientiam, ſapientiae humanae inimicum. Quodſi Atticis legibus nugator iſte delectatur, cur optimam atque praeclariſſimam legem ſcelerate violat? qua maledicta in mortuos omnia capite ſanciuntur. Talibus igitur ſcriptis an opponere ſuorum aliquid iam quisquam volet? qui quidem ſapiet, neque pariter atque illi delirabit. At clamant iſti, et refellat nos aliquis, inquiunt. Nam ſicut praeſidentes pugiles aut irritatae mulierculae hoc poſtulant, iocantes etiam inſultando ridiculis, et falſa dicta inculcantes ab omni vrbanitate atque adeo humanitate natio aliena. Decedatur potius eis tamquam lutulento porcorum gregi ſemita. Et concedatur eis iſta gloria quod inuicti ſint. Sunt enim profecto iis armis, quibus ipſi decertant, impudentiae, dementiae, clamorum, coeci impetus ruentis in omnia agitatae ferae inſtar. Hoc igitur reſtat, abire pauliſper et abſcondere ſe, dum transeat furoris incitatio. Non eſt pietatis religioſae cumulare rixas rixis, neque Deo aeterno grata acceptaque vel veritatis talis tractatio. Non adiuuant aut ſubleuant talia, aut augent, multo minus ornant Eccleſiam Chriſti. Itaque alia medicina quaerenda, vel ad hanc faciendam praeparatione opus eſt: nimirum, vt quaſi cauis quibusdam includatur et ſepiatur immanis hominum feritas. Nam ita, quorum hae partes ſunt, ii tuto et ſua proponere, et vim aliorum ſuſtinere, et ordine atque ratione quaerere de dubiis, explicare obſcura, manifeſta aſſerere, falſa refutare poterunt. Quibus omnibus iamdudum obſtat et aduerſatur vulgaris iſta importunitas et turbulenta ambitio, et impiae ſeceſſiones, et ſpecies praeſtigiarum, quibus non modo multitudinis

tudinis animi, ſed quorundam etiam praecipuorum decepti fuere. Ne liceat igitur neque poteſtas ſit vlli, ſuam opinionem ſuo arbitrio diuulgare, et condemnare ſententiam alterius. Non declamitare ad populum temere concionando, non ſcriptis impuris diſſentientum nomen atque famam contumelioſe inſectari, ante cognitionem controuerſiae, et ſua cuiusque ſponte ac libidine. Cui ignota autem eſt huius ſeculi licentia dicendi ſcribendique, et imperita plurimorum audacia, et indocta doctrina et incredibilis cum arrogantia tum pertinacia? Hoc quam breuiter nunc dicitur, tam neceſſarium illud quidem exiſtimandum eſt ad ſpem veritatis et inueniendi et retinendi. Sed ſi iſtud obtineri nequeat, et niſi ita adminiſtretur negotium idque perficiatur, ut et ſumma diligentiae cura adhibeatur, neque labori ulli atque ſumtibus parcatur, neque reſpectus admittatur ad commoda ſua cuiusque, ac ſolius Dei aeterni gloriae ſeruiatur, melius fuerit ſcilicet, rerum iſtarum quaſi habenas relinqui, vt ferantur omnia ſicut hactenus, regente hominum nemine. Studium omnino religioſae pietatis facile docebit vnumquemque, quod ſit officium et munus ipſius. Hoc autem deſerentes praetermittendo, aut violantes ſeruiendo cupiditatibus prauis, quicunque tandem ii ſint, horum peruicacem impietatem, breue longumue fiat, non patietur Deus aeternus eſſe impunitam, cuius miſericordiae et benignitati atque clementiae immenſae permittantur caetera. Quorum quidem acerbitas odii in mortuum *Philippum Melanchthonem* nunc incitatur, quam nihil non exquirunt atque ſcrutantur quo laedi fama nomenque ipſius poſſe videatur? Si illum ſe caede, ſi ſacrilegio, ſi perfidia contaminaſſe vel mentiri auderent, quanta alacritate et laetitia facerent? Sed non habent ſcelerati diſcipuli, quod optimi innocentiſſimi-

 que

que et integerrimi Praeceptoris vitae ac moribus probroſum crimen inferant, et doctrina *Philippi Melanchthonis* non modo contra iſtorum maleuolentiae impreſſionem, ſed aduerſus omnem omnium oppugnationem ſatis eſt munita, ſeque tuetur ipſa atque defendit. Boni quidem certe et pii venerantesque Deum aeternum, et honeſta ſtudia amantes, quibus inuiſa eſt non modo ſuperſtitio, ſed etiam barbaria, qui amant veritatem et mendacia oderunt: Hi igitur nihilominus uel ſtudioſius quoque colent memoriam et celebrabunt laudibus *Philippi Melanchthonis* nomen: deteſtantes, tanquam furiarum inſtinctus, latratus iſtorum, de quibus nunc potiſſimum loquimur, et his ſimiles aliorum. Neque ſane illius cauſa grauiter moleſteque ferent maledicta, quae in ipſum coniicere iſti non ceſſant, ſed hoc dolebit: Tantum licere improbitati inuidiae et odii acerbitati, vt praetexens hic aut ille veritatis coeleſtis patrocinium tam grauia vulnera prohibente nemine infligat Eccleſiae Chriſti, adeo hoſtiliter in nomen *Philippi Melanchthonis* inuehendo. Quem profecto quorum furor ad inſectandum arripit, in eo, vt arietes cornua ſtatuae aereae inferentes, ſic ipſi ſeſe incurrendo comminuunt atque frangunt. Neque ab his iam mali quippiam *Philippo Melanchthoni* accidit, ſed ipſi plane ſtimulum, quod dici ſolet, calcibus feriunt.

§. CXXI.

Melanchthonis laus et praeclare geſtorum ſumma breuiter expoſita.

Cum illo vero et eſt actum et agitur optime. Omnia quae ad praeclariſſimam exiſtimationem et ſummam laudem pertinentia optari ab homine fas eſt, ei contigerunt. Puer infantiae opinionem atque ſpem, pueritiae adoleſcens, adoleſcentiae vir ſupe-

ſuperauit admiratione omnium, quam ipſam vicit ſeneſcentis aetatis quaſi viriditas mirabiliter operoſa, neque induſtriae expers neque fugiens laboris, et nullo in munere exequendo languida, et in occupationibus conſuetis perſeuerans. Nunquam ille affectauit titulos neque ambiit honores, et ſummos atque ampliſſimos iudicio conſentiente, et vno omnium ore eſt adeptus. Qui confuſa atque disiecta in doctrina tam caetera quam Eccleſiae collocando atque diſponendo, et implicata quaſi enucleando, et expediendo haerentia, et confirmando dubia, et indiſerta explanando, non modo plurima, in quibus priores errauerant, correxit, et perfecit, vt noſtra aetate eſſet doctrina ſpectata atque illuſtris, ſed ea reliquit elaborata opera ſtudii et induſtriae ſuae, vt ſi non auerti prorſus ruina ſincerae atque purae doctrinae, vrgentibus nobis fata noſtra, certe differri poſſe videatur. Fuerit in ipſo vitii aliquid. Quaedam neſcierit. Lapſus deceptusque alicubi ſit. Fuit enim homo, et ſolius Dei eſſe ſcimus, vt omni labe ignorantiae et macula turpitudinis careat: confirmare tamen hoc vt opinor liceat, inter noſtros homines ſanctitate religionis, ingenii excellentia, ſapientiae virtutisque ſplendore, pietate, humanitate, beneficentia, omnis officii munere, ea quidem conditione, qua ille fuit et tali loco, parem ei hac aetate fuiſſe neminem. Futurusne aliquis ſit poſthac, incertum eſt. Cui vero non eſt perſpecta atque adeo experiendo cognita *Philippi Melanchthonis* facilitas in moribus, bonitas erga ſuos, comitas liberalitasque in omnes? Si quid autem fecit perperam, eo feciſſe profecto perhibere liceat, quod auxit ornauitque indigniſſimos, quosque etiam Reipubl. nocituros eſſe interdum ſuſpicaretur. Tanta autem erat in ipſo conſulendi rationibus et prouehendis

commodis aliorum et benefaciendi quamplurimis cupiditas, vt neque petentibus denegare ſciret quicquam, et vltro deferre quibusuis operam, conſilium, facultates ſuas, impertireque ſoleret. Iſtud igitur ſit peccatum ipſius, quod aluit et fouit improbos, et ſerpentes, ſecundum prouerbium, in ſinu. Accidit hoc ſemper optimis atque probatiſſimis. Quorum tanta ſcilicet eſt et tam abſoluta atque ſimplex bonitas, vt nihil in animum ſuum penetrare patiantur, quod benignitatem impediat aut obſtet humanitati.

§. CXXII.

Obtrectatores ipſius et doctrinae eius cauillatores coercendi.

Atque iis quae dicta ſunt, hoc ſaltem effici confido, vt omnium judicio ſtatuatur: Melius honeſtiusque ſentiendum eſſe de *Philippo Melanchthone* mortuo, quam inter viuos nunc quoque obſeruantibus inuidis maleuolisque et obtrectatoribus ipſius. Qui quid hominum ſint, non dicam, neque eam iniuriam viro optimo et ſanctiſſimo faciam, vt cum iſtis illum comparare voluiſſe videar. Quid igitur eſt? vt tandem noſtra narratio concludatur. Optimus et ſanctiſſimus vir *Philippus Melanchthon* cum ita vixiſſet, quemadmodum vere commemoraſſe me, etiam inimici fateri cogentur, pie et religioſe morte obita, tot commoditatum autor, tot bonorum conciliator, cuius omnibus pietatis virtutisque amatoribus memoria veneranda, et ad poſteritatem etiam glorioſior futura eſt: Hic igitur talis et tantus vir mortuus conuiciis laceratur et ignominiis impiorum probrorum appetitur. Quem doctiores quoque et ſaniores ex aduerſariis, cum vix diligere poſſent, propter conſtantiam tamen et fidem et admirabiles vir-

virtutes plurimas odiſſe non vellent. Quo quidem ille animo, conſilio, propoſito, ſtudio ad cognitionem profeſſionemque ac doctrinam ſacrarum literarum acceſſerit, ſcit Deus aeternus, et eſt ingenio hoc ipſum laboribusque eius et operum bonitate, omnibus mortalibus non maleuolentia atque odio coecis, declaratum. Atque idem Deus iſtorum quoque arrodentium nomen et probrum ſanctitati, labemque integritati *Philippi Melanchthonis* inferre conantium, ſiue in calcaria ſeu carbonaria, vt dicitur, obſcurorum opificum, pectora, voluntatemque perſpicit. Quae quidem ab eis prodita inque lucem prolata ſunt, eiusmodi ſpecimen dant, vt quid cogitent velintque agendo demonſtretur. Ex quibus hoc non eſt poſtremum: quod, cum inter viuos inuidia ſoleat vigere, mortuos autem inimici quoque odiſſe deſinant, tanta iſtorum non inhumanitas eſt, ſed immanitas, vt in *Philippum Melanchthonem* mortuum *) ſuos demum ſtringant gladios et tela intendant. Qui, quoad vixit, et negotiis maximis grauiſſimisque Reipubl. et Eccleſiae Chriſti eſt adhibitus,

*) Paulus Eberus in praefatione praefixa Melanchthonis commentario in priorem epiſt. Pauli ad Corinthios: „Qui quaſi parum a ſuis alumnis et diſcipulis eſſet flagellatus dum viueret, etiam mortuus conquieſcere non poteſt, quin ex iis, quos in ſua menſa diu aluit, quibuscum non modo publice doctrinam ſed priuatim etiam quae habuit et potuit conſilia et ſecreta ſua communicauit, quibus etiam cor ſuum, ſi licuiſſet, ex pectore exemptum impertiuiſſet, aliqui in exangue corpus ſepulti ſaeuiant, vindictae ſtudio tanto et acerbitate tanta, vt credam, ſi coram ipſis miſerum et iam putreſcens cadauer Philippi expoſitum ſit, eos dentibus more canum irruituros et fruſtulatim carnem eius laceraturos eſſe.„

propoſita, cunctis in medio, quaſi palma, ſtudio ſalutis et incolumitatis publicae cum conſeruata veritate coniunctae, vicit omnes et religione pietatis, et induſtria atque ſtudio ac laborum defatigatione, et conſtantia atque fide, et tempeſtiua moderatione. (Quamuis hanc culpare aliqui audeant, non modo nomini *Philippi Melanchthonis* ſed paci et quieti inimici.) Neque quisquam eſt repertus, qui ſe ei praeponere non dubitaret. Atque haec ſunt ignota nemini. Vt autem luctus funeris *Philippi Melanchthonis* caritatem bonorum, ita quorundam laetitia odium etiam malorum indicauit. Quorum vtrumque famam exiſtimationemque hominum meliorem reddere conſueuit. Vitam autem talem, qualis expoſitione noſtra indicata eſt, poſt grauiſſimos et maxime vtiles labores, poſt operam publice priuatimque nauatam, poſt ſtabilitam illuſtratamque doctrinam veritatis coeleſtis et bonarum artium, poſt ſubleuatos, adiutos, auctos, ornatosque innumeros ſine diſcrimine, omnis otii quietisque expertem ille placidiſſimo et optatiſſimo fine clauſit, ea aetate ſua, et eo tempore Reipubl. vt quemadmodum vtens verbis Pauli Apoſtoli aiebat, decedere hinc et migrare ad Chriſtum cupientem permulta impellerent. Cum eo igitur, vt diximus, optime praeclariſſimeque eſt actum. Noſtra cauſa viuere ei licuiſſe diutius, optandum, et ſtare quaſi in acie, non modo aduerſus manifeſtos hoſtes, ſed qualescunque tranquillitatis turbatores, qui glorioſa temeritate optantes hunc viuere, conſpectum omnino et faciem illius ferre ſuſtinereque non poſſent, fugientesque eo viſo et arma abiicerent, et alas demitterent, quantumuis modo ferociter ac ſuperbe procurrant atque euolent. Non ſane laeditur omnino *Philippus Melanchthon* ab iſtis tanquam viperarum ſibilis, aut hyaenarum bubonum-

numue diris funeſtisque cantibus ac ſonis. Quo iſta licentia pertinere euadereque poſſit, quorum maxime intereſt, ii ſcilicet conſiderabunt, et cum ſibi tum aliis in hoc periculo proſpicient. Quoties exiſtet, quod alicuius ambitioni impedimento ſit, quod cupiditati obſtet, quod opinioni refragetur, toties arripietur occaſio vel conſtituta disiiciendi, vel exulcerata amplius lacerandi, vel excitato incendio vires addendi ſuggerendo materiam. Quando igitur concordabitur? quando de vlla controuerſia decidetur? quod negotium aut quae res tranſigetur vnquam? Nos, vt qui e longinquo praelium ſpectant, mouentur illi quidem alterius vtrius partis fortuna, et optant, ſperant, metuunt, opitulari neutris valent: Sic quid facere poſſumus aliud? quam perturbari iſta cernentes animo, et precari veluti in Tragoedia chorus:

Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.

Id eſt, vt iſta elata atque contumax et inſolens petulantia in viuos atque mortuos, et turbatrix in praeſentia quietis, et ſpem tranquillitatis in poſterum praecidens et incutiens metum ſaeuiſſimarum procellarum et horribilium tempeſtatum, reprimatur ac coherceatur ab iis, a quibus et poteſt et debet. Non autem neceſſe eſt exempla veſtigare euentuum, qui iſtiusmodi conceſſos diſſimulatosue conatus ſunt conſecuti.

Ante oculos interque manus ſunt omnia noſtras,

ſecundum poëtam. Vigilent igitur et attendant ii quorum maxime res agitur, quorumque eſt proprium ac peculiare munus, et praeſtandi officium patriae, et ſibi quoque ac ſuis prouidendi. Nos caeteri, animae viles, vt idem Poëta ait, poterimus ſilere

ſiſtere confirmati vtcunque ad ea ferenda, quae acciderint.

§. CXXIII.

Narrationis huius concluſio, qua iſtius quam tenuerit rationem explicat.

Abſoluimus id opus quod ſuſcepimus ad elaborandum, id eſt, veram de *Philippo Melanchthone* narrationem, et officium perſoluimus debitum non ſolum amicitiae noſtrae, ſed omnino meritis ipſius. Neque me fugit legentibus haec eorundem repetitionem iniucundam eſſe et inde faſtidium poſſe exiſtere. Tota enim, vt ita vocem, farrago huius libri, quid aliud complectitur? quam curas, labores, ſollicitudines, dolores, denique miſerias *Philippi Melanchthonis.* In quorum expoſitione eaedem ſententiae iisdem ſaepe verbis iterum atque iterum recenſentur. Sed dabitur venia mihi, vt ſpero, a non iniquis lectoribus, qui ea ſum perſecutus, quae in re ipſa ineſſe animaduertiſſem, vt et verum indicium noſtrum, et ſimplex narratio teſtimonii loco haberi debeat. In aliis ſiue quis minus quam oportuerit omittendo, ſeu inculcando plus quam decuerit, eſſe dictum, ſeu notandum in verbis compoſitioneue aliquid forte putauerit, etiam eum ignoſcere velim non tam feſtinationi meae (non parum enim temporis in his conſcribendis abſumſimus) *) quam lapſibus, qui ſunt etiam acutiſſimorum, ſapientiſſimorumque et

*) Iam die XV. Nouembris anni 1564. Huberto Langueto ſcripſerat: Nusquam in hac narratione (ſcilicet vitae Melanchthonis) ego mihi ſatisfacio. Et dum hanc retracto et inquiro in perſcripta, ita editio dilata hactenus fuit, quam maturari initio cupie-

et doctiſſimorum. Narrationes ſane has verboſiores et totam expoſitionem pleniorem efficere, adiiciendo commemorata ab aliis, atque adeo noſtra ediſſerendo prolixius, et quaſi dilatando, fuiſſet in proclini. Ego vero et in meis ſeruandum mihi modum putaui, ne euagarentur illa longius, quam viderentur debere, et quae aliunde peti facile poſſent, ea noſtris inſerere nolui, quod eſſe rectius arbitrarer, vnumquemque illa per ſe cognoſcere, aut recordari ipſum. Sunt autem plurima et ab ipſo *Philippo Melanchthone* et ab aliis conſcripta de plerisque negotiis tractatibusque et diſputationibus religionis cauſſa habitis, agitatis, ſuſceptis, quorum neque intercidit memoria, et quae ſunt articulate edita in vulgus, vt, ſi quis forte requirat, in promtu ſit aſſumere, et eis haec noſtra quaſi accumulare. Fortaſſe autem non breuitatem aliqui in his accuſabunt, ſed mentione de quibusdam nimis verboſa offendentur. At mihi, ſi praeterire ſilentio quaedam voluiſſem, quae notari aut reprehendi quoque poſſent tanquam alieniora, aut minus aliquibus iucunda, aut non etiam nullis odioſa: ne vel diligentia ſtudii, vel cura veritatis deſideraretur, verendum fuit. Expoſui igitur haec ſimplice narratione et quaſi iuratus verbis conceptis, et ex animi ſententia, ſic, bonorum vt his grauatum iri confidam neminem. De aliis neque magnopere ſollicitus ſum, et diſplicere noſtra illis quam grata acceptaque eſſe malim. Vt iſta autem proferrem atque ederem, id quod vere cum Poëta affirmare poſſum:

non

cupiebam. Nunc etiam neſcio quo pacto cura iſta langueſcit. Sed opuſculum ſtudebimus omnino abſolui.„ conf. Ioach. Camerarii Epp. L. V. poſteriores p. 281.

non gloria nobis
Cauſſa, ſed vtilitas officiumque fuit.

Vt enim de *Philippo Melanchthone*, qui vix alio familiarius quam me eſſet vſus, commemorare comperta mihi atque explorata, ad officium meum pertinere, ſic cognitionem iſtorum aliquam legentibus vtilitatem allaturam eſſe duxi. De quo tamen ſtatuat quisque quod volet, (et eſſe enim diuerſa iudicia diuerſorum ſcimus, neque poſtulamus, vt contra ſententiam animi ſui de his aliquis decernat) et euentus, qui Deo viſus fuerit, et hic noſtrae expoſitionis finis eſto.

DOCVMENTA
AD ILLVSTRANDAM VITAM MELANCHTHONIS.

CONSPECTVS DOCVMENTORVM.

I. Io. Reuchlini epiſtola ad Phil. Melanchthonem, 1518.
II. Excerptum ex Didymi Fauentini adu. Thom. Placentinum pro Martino Luthero Theologo oratione.
III. Melanchthonis epiſtola ad Io. Oecolampadium de S. Coena, 1529.
IIII. Locus de Sacramento corporis et ſanguinis Chriſti in Conuentu Marburgenſi 1529.
V. Andreae Oſiandri epiſtolae II. ad W. Linccum et D. Schleupnerum 1530. ex MSt.
VI. Philippi Landgrauii Haſſiae literae ad Legatos ſuos Auguſtae, 1530. ex MSt.
VII. Senatus Norimbergenſis literae ad Legatos ſuos ibidem, 1530. ex MSt.
VIII. Epiſtolae variorum de itinere Melanchthonis in Galliam A. 1535.
1) Barnabae Voraei epiſt. ex MSto.
2) Io. Sturmii ep. ad P. Melanchthonem.
3) Melanchthonis epiſtola ad Io. Sturmium.
4) Melanchthonis epiſtola ad Io. Bellaium Langaeum.
5) Franciſci Regis Galliae literae ad Melanchthonem.
6) Melanchthonis ep. ad Guil. Bellaium Langaeum.
7) Melanchthonis ep. ad Io. Sturmium.
VIIII. Formula concordiae Vitebergenſis de S. Coena, 1536.
X. Melanchthonis epiſtola ad Ioach. Camerarium de Conuentu Smalcald. 1537.
XI. Io. Cochlaei ep. ad Frid. Nauſeam de obitu Georgii Sax. Ducis, 1539.
XII. Andr. Oſiandri et W. Lincci ep. de Colloquio Wormatienſi 1541. ex MSt.

XIII. Melanchthonis ſcripta duo de Coena Domini exhibita Ratisbonae 1541.
XIIII. Epiſtola a Melanchthone nomine Proteſtantium ſcripta pro ciuibus Metenſibus A. 1542.
XV. Lutheri epiſtola ad Melanchthonem 1546. ex MSt.
XVI. Melanchthonis epiſt. ad Chriſtoph. Carleuizium 1548.
XVII. Conuentus ob Interim A. 1548. habiti.
XVIII. Melanchthonis epiſt. ad Paſtores Eccleſiae Hamburgenſis, 1549.
XVIIII. Melanchth. ep. ad Leonhardum Culmannum, 1555. ex MSt.
XX. Melanchth. epiſt. ad Hieron. Baumgartnerum, 1555. ex MSt.
XXI. Eiusd. Conſilium in cauſa Oſiandrina Norimbergae mota, ad Ioach. Camerarium, e Melanchth. autographo.
XXII. Pauli Eberi epiſt. ad Io. Bugenhagen, 1557. ex MSt.
XXIII. Theologorum Aug. Conf. Proteſtatio exhibita Praeſidenti d. 21 Octobr. Wormatiae, ex MSt.
XXIIII. Scriptum Collocutorum Aug. Conf. qui in vrbe Vangionum fuerunt 1557.
XXV. Melanchthonis reſponſio ad controuerſiam ortam Heidelbergae de coena Domini 1559.
XXVI. Epitaphium Philippo Melanchthoni deſtinatum.
XXVII. Exemplum ſcripti quod ſandapilae, in qua exuuiae Melanchthonis erant, impoſitum fuit.

N. I.

Io. Reuchlini epiſtola ad Melanchthonem.

Ecce adſunt literae piiſſimi Principis, manu ipſius ſubſignatae, quibus pollicetur tibi beneficium et propitium ſe fore. Quare nunc haud affabor te poetice, ſed vera vtens Dei promiſſione Abrahae fideli facta. Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monſtrauero, faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Haec Geneſis XII. Ita mihi praeſagit animus, ita ſpero futurum de te, mi Philip-

Philippe, meum opus et meum ſolatium. Veni igitur animo laeto et hilari. Sed prius omnia tua per aliquem vectorem in bigis ad me Studgardiam transferri facias. Ibi namque ſeligemus, quae tibi ſunt opus futura Vuitenbergae, et me ordinante fient omnia. Quod ſi voles (id enim conſulo) vade prius ad matrem per Phorcen, vt ſalutatis tuis omnibus redeas ad me. Sed tamen in tempore quanto potes breuiſſimo, ne optima conditione itineris Principis fruſtreris. Ego illi omnino reſcripſi te venturum. Atque vt videas, quantum te aulici et cubicularii illius nobiles viri faciant, mitto etiam literas D. Spalatini, qui cum Principe in rheda ſiue lectica ſolitus eſt ferri. Haec ſumma rerum eſt. Omnia prius quae ad rem attinent, collige, vel in capſam vel in vas aliquod conueniens include, et currui cum vno equo Studgardiam vehenda committe. Idque quantocyus. Deinde omnibus amicis Tubingae valedicto corripias te in patriam ad matrem, et in itinere tranſi per Phorcen, et Auguſtino atque ſorore mea ſalutatis a matre confeſtim ad me non tardigradus veni, ſed aduola. Principum res ſunt mobiles, ne forte recedat Princeps ab Auguſta ſine te. Haec conſulo, et vt ſis infracto animo, non mulier, ſed vir. Non eſt acceptus Propheta in patria ſua. Vale feliciter. Studgardiae in vigilia Iacobi Apoſtoli. Anno M.D.XVIII.

Io. Reuchlinus LL. D.

Erudito bonarum artium Magiſtro Philippo Melanchthoni, propinquo.

N. II.

Excerptum ex Didymi Fauentini aduerſus Thomam Placentinum pro Martino Luthero Theologo oratione.

Anno abhinc tertio Romanenſes indulgentiae, quas vocant, in Saxonas ac Myſos, neſcio quorum praepo-

ſtera liberalitate profundebantur. Conductus erat, qui populo rei nimirum pretioſae auctionem faceret, Dominicaſter quidam, mercis ſuae, vt ne quid in demortui manes dicam inhumanius, praeco immodicus. Ibi cum boni quidam indigne ferrent his artibus compilari patriam, iniquius ferens Lutherus ſimplicium animis illudi, et in templo Dei hos, vt Nazianzenus ait, χριστοκαπήλους, pro ſacra doctrina prodigioſa mendacia, pro Chriſto Romanenſes Bullas docere, facturus boni paſtoris officium, propoſuit quaedam de Indulgentiis paradoxa, idque modeſte, nihil ſtatuens aut decernens, ſed diſputans tantum, pro more ſcholarum. Admonuit et modeſta concione vulgum Eccleſiae, ne nimium tribueret Romanenſibus mercibus. Paulo poſt et paradoxa ſua edito reſolutionum, ſic enim inſcripſit, libro confirmauit. Quae cum iam pro roſtris omnibus Dominicaſter ille nequicquam inſectaretur, coeptum eſt et Romanis armis bellum geri. Romam Pontificiis literis arceſſitur Lutherus, quo fere tempore comitia Auguſtae Sueuorum habebat Maximilianus Caeſar, quo cum et Romani Epiſcopi Leonis X. legatus Thomas Caietanus purpuratus Dominicaſter veniſſet, Auguſtam iam vocatur Lutherus redditurus ſententiae ſuae rationem, coram Pontificio legato. Is cum pertinaciter imperaret palinodiam, infecta re diſceſſum eſt. Hic quid peccauit Lutherus? Romanenſibus praedonibus Germaniam, Eccleſiam mendacibus doctoribus liberauit. Tu vero quam belle vindices indulgentias, poſthac videro. Iam volitabat per hominum ora Lutherus, probabant, quae de indulgentiis prodiderat, optimi quique, et in his etiam principes quidam Epiſcopi: damnabant non niſi qui ventri ſuo male metuebant fraterculi quidam. Et actum videbatur de indulgentiis, cum eam rurſus Camarinam mouet Eccius, quem hic videtis in latere Rhadini, inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho, haerere, non ille quidem, vt arbitror, fame adactus, ſed ambitione, ne gliſcente indies Lutherani nominis gloria triumphi, quos

quos iam ſibi pepererat, obſcurarentur. Erant, qui triſtem Theologiae ſcholaſticae ruinam miſeratum, cui tot palmas debebat, ſuſcepiſſe rem affirmabant. Iam enim ea docendi ratio, vnde velut ex fonte quidquid eſt in Chriſtianiſmo malorum, dimanauit, labefactari coeperat, vbi poenitentiae, quam vocant, et condonationum formulae conuulſae ſunt. Nec obſcure ſeſe iactabat ipſe Theologiae ſcholaſticae vindicem, ſedis Romanae, Eccleſiaſticarum Synodorum defenſorem, nihil dubitans ſe velut Atlantem quendam coelum iam humeris ſuſtinere. Et fauebant inſanis hominis conatibus ferocientes fraterculi, Scholaſtici Theologi, adeoque examen illud perditorum hominum, quod a Rhadino ſtare videtis, alii ventris, alii gloriae ſuae periculum proſpicientes, niſi vinceret Eccius. Conuenit autem, vt de ſumma rerum ſcholaſtico certamine decerneretur. Edita ſunt themata de libero arbitrio, de chriſtiana gratia, de indulgentiis. Nam de his hactenus diſceptatum erat. Quibus Eccius dogma de Romani Epiſcopi Monarchia plauſibile addidit, callido nimirum conſilio, nempe vt Romani Pontificis authoritate facilius opprimeretur Lutherus, quando illum nihil non poſſe vulgo perſuaſum eſt. Diſputatum eſt Lipſiae Myſorum frequente theatro. Sed quod fieri ſolet in huiusmodi certaminibus, dum aurae populari inſeruitur, vtrinque magis fortiter, quam theologice res acta eſt. Qua fide diſſeruerit Eccius, teſtantur editi diſputationis commentarii. Nam ibi primum et inſcitiam, et animi ſui malitiam prodidit. Poſt eam diſputationem dentatis chartis res agi coepit, vbi cum extra controuerſiam ſuperior eſſet Lutherus, ringi aduerſarii ac rumpi, iungere copias, famoſis ſcriptis vulgus abalienare, corrumpere amicorum quorundam iudicia, audere quidquid ingenioſus liuor, nam huius artes ego qui commemorem? ſuppeditabat.

N. III.

Melanchthonis Epiſtola ad Io. Oecolampadium *).

Aliquot accepi tuas Epiſtolas, quae, quoniam extant in eis multae non obſcurae ſignificationes veteris tuae erga me beneuolentiae et voluntatis in amicitia conſtantiſſimae, valde gratae mihi fuerunt. Nam meus animus idem eſt erga te, qui fuit ſemper. Ego autem admiratione doctrinae et virtutis tuarum incenſus, ſemper et amaui te plurimum, et ſingulari quadam pietate colui. Atque vtinam ea eſſent tempora, vt frui hac noſtra amicitia poſſemus. Sed incidit horribilis diſſenſio de Coena Domini, quae veterem conſuetudinem officiorum, quibus inter nos certare ſolebamus, impediuit, beneuolentiam vero erga te meam non labefecit. Itaque ſi quid in me deſideras officii, tempora magis quam fidem meam accuſare te velim. Quod ad cauſam, quam agis, attinet, valde doleo, ea de re diſſenſionem exortam eſſe, quae a Chriſto ad glutinandam charitatem inſtituta eſt. Scis autem me hactenus magis extitiſſe ſpectatorem huius fabulae, quam actorem. Et multas graues habui cauſas, cur non admiſcuerim me tam odioſo certamini. Interea nulla alia cura vllius rei animum meum magis exercuit, quam huius negotii. Et non modo cogitaui ipſe, quid in vtramque partem dici poſſit, ſed inquiſiui etiam veterum ea de re ſententias. Ego enim nolim alicuius noui dogmatis in Eccleſia vel autor vel defenſor exiſtere. Cum omnia, quae in vtraque parte firmiſſima videntur, expendi, dicam pace tua, non tamen eo in ſententiam tuam. Nullam enim firmam rationem inuenio, quae conſcientiae diſcedenti a proprietate verborum ſatisfaciat. Nihil autem ad hunc diem de hoc negotio ſcripſi, quia videbam futurum, quicquid ſcriberem, vt me allegari a Luthero tanquam domeſticum teſtem, iniqui iudices dicerent.

*) Extat T. II. Declamationum Mel. p. 666 ſqq. (ed. Argent. 1546.)

rent. Nihil autoritatis in noſtra ſententia futurum erat, quia in alterius gratiam ſcripta videretur. Sed ſpero te melius de meis ſermonibus ſentire:

ἐχθρος γαρ μοι κεινος ὁμως αιδαο πυλησιν
ὁς χ' ἑτερον μεν κευθει ἐνι φρεσιν, ἀλλο δε βαζει.

Qualiscunque enim ſum, certe nunquam amaui Epicureos iſtos, cuiusmodi multi ſunt hoc tempore, qui religionem irrident, et quibus voluptati eſt de maximis rebus homines fallere. Semper, vt ſcis, ſtudioſus fui doctrinae Chriſtianae, fuitque ob eam cauſam mihi curae, vt eam diligenter cognoſcerem: nec ſine paruo negotio, dum quaero, quid ſequi tuto poſſim, extricaui me ex amicorum meorum diſputationibus, cuius rei nonnulla extant teſtimonia. Quodſi gratiam aucuparer, non ignoro, quam multos magnos et eruditos viros habeat veſtra factio, horum amicitiam non contemnerem. Itaque ſi mihi veſtra ſententia de Coena Domini placeret, ſimpliciter profiterer. Vos abſentis Chriſti corpus tanquam in tragoedia repraeſentari contenditis: ego de Chriſto video extare promiſſiones: ero vobiſcum vsque ad conſummationem ſeculi, et ſimiles, vbi nihil eſt opus diuellere ab humanitate diuinitatem, proinde ſentio hoc Sacramentum verae praeſentiae teſtimonium eſſe. Quod cum ita ſit, ſentio in illa Coena praeſentis corporis κοινωνιαν eſſe. Cum proprietas verborum cum nullo articulo fidei pugnet, nulla ſatis magna cauſa eſt, cur eam deſeramus. Et haec ſententia de praeſentia corporis conuenit cum aliis ſcripturis, quae de vera praeſentia Chriſti apud nos loquuntur: nam illa eſt indigna Chriſtianis opinio, quod Chriſtus ita quandam coeli partem occuparit, vt in ea tanquam incluſus carceri ſedeat. Tu colligis abſurda multa, quae ſequantur hanc ſententiam. Colligis etiam quasdam veterum ſententias, quae pro te videntur facere. Sed abſurda minus offendent eum, qui meminerit de rebus coeleſtibus ex verbo Dei, non ex Geometria faciendum eſſe iudicium, quique

 tenta-

tentatus didicerit, nullam eſſe rationem, quae conſcientiam ſatis docere poſſit, cum a verbo Dei diſceſſerit. In iis locis, qui citantur ex veteribus, agnoſco quandam eſſe diſſimilitudinem, ſed tamen ex his, ſi quis prudenter eliget grauiſſimorum autorum dicta, inueniet pleraque, quae oſtendunt hanc, quam nos ſequimur, veteris Eccleſiae, quatenus nobis nota eſt, communem fuiſſe ſententiam: tametſi tu quidem homo diſertus quosdam locos nimis callide interpretaris, et ad tuam cauſam detorques. Veteres cum de reſurrectione diſputant, allegant Coenam, nec inepte, meo quidem iudicio: ſignificauit enim Chriſtus Apoſtolis ſe reſurrecturum eſſe, quia ſui corporis κοινωνίαν inſtituit. Neceſſe enim erat, vt viueret corpus, quod nobis impartiendum erat. Quodſi veteres ſenſiſſent abſens corpus repraeſentari, quomodo inde probarent reſurrectionem? quia etiamſi non reſurrexiſſet, tamen abſens corpus et conſumtum repraeſentari potuit, ſicut in fabulis Hector repraeſentatur. Sed non inſtitui nunc diſputationem, tantum haec ſcripſi, vt meam erga te beneuolentiam perpetuam cognoſceres, neque tamen volui, quid ſentiam, diſſimulare. Teque rogo, vt conſideres, quantam rem, quamque periculoſam ſuſceperis. Verum illud eſt, nimium altercando amitti veritatem, atque haec multo magis periclitatur in his tam violentis concertationibus. Quare ſatius eſſet hac de re aliquot bonos viros in colloquium vna venire. Video quae ſemina harum diſputationum ſparſa ſint in veterum libris, ſunt et in quibusdam nuper natis ante hunc tumultum. Video cauſam veſtram praeſidiis ingeniorum niti, et vos habere ſtudia theatri, non tantum manifeſta, ſed occulta etiam, quae haud ſcio, an efficacius vobis ſuffragentur, quam manifeſta. Satis nota eſt mihi tua modeſtia, quare non arbitrabar opus eſſe, vt te admonerem, vt cogitares homines ingenioſos et prudentes interdum labi poſſe, et in negotiis ſpiritualibus inprimis periculoſa eſt ingenii fiducia. Scis ſcriptum eſſe: abominatio apud Deum eſt, quicquid eſt

eſt ſublime in mundo. Et multo plures ſunt, quam putentur, qui tantum ea ampleſtuntur in religione, quae ingeniis eruere ac comprehendere potuerunt. Poſtremo te rogo, vt hanc meam epiſtolam optimo atque amiciſſimo ſcriptam animo boni conſulas. Vale. Spirae An. 1529.

N. IIII.

De Sacramento corporis et ſanguinis Chriſti.

Decimo quarto credimus et certo ſtatuimus omnes de Coena D. N. I. C. quod vtraque parte Coenae ſecundum inſtitutionem vtendum ſit. Et quod Miſſa non ſit opus, per quod viuis aut mortuis impetretur gratia. Quod etiam Sacramentum altaris ſit ſacramentum veri corporis et ſanguinis I. C. et quod ſpirituali manducatione illius corporis et ſanguinis ſingulis Chriſtianis praecipue opus ſit. Similiter quod vſus Sacramenti perinde vt verbum a Deo omnipotente ſit ordinatus, vt ad veram fidem et dilectionem conſcientiae imbelles moueantur per Spiritum Sanctum.

Et quanquam in eo (an verum corpus et ſanguis Chriſti corporaliter ſit in pane et vino) hoc tempore nondum conſenſimus: tamen vtraque pars, quantum omnino ferre poteſt vniuscuiusque conſcientia, caritatem mutuam praeſtare debet. Vtraque etiam pars Deum omnipotentem ſedulo inuocare debet, vt per Spiritum ſuum nos in vera ſententia confirmare velit, Amen.

N. V.

Andreae Oſiandri epiſtolae II. ad Wenc. Linck et Domin. Schleupnerum.

I.

Gratiam et pacem a Deo Patre noſtro et Domino I. C. Quis finis horum comitiorum ſit futurus, nulli adhuc

 conie-

coniecturis conſequi poſſunt, quanquam bona ſpes eſt, Chriſtum glorioſe acturum, et ſunt inter Papiſtas multi, qui nobis fauent. Sunt et in Italia docti viri, quos Pontificiae tyrannidis pertaeduit. Peruenerunt enim ad nos propoſitiones quaedam Italicae ſatis Lutheranae, quas Philippus vidit et probat: Praeterea Monachus a confeſſionibus Caeſaris Philippo familiariter vtitur, et probat aperte noſtram de iuſtificatione et bonis operibus doctrinam, maledicitque iſtis Germanis aſinis nobis in hac parte obgannientibus, et ſine cauſa diſcordiam mouentibus. Caeſaris autem concionator multo aequior eſt, probatque vniuerſam noſtram doctrinam, et iubet magno eſſe animo. Denique nemo eſt, qui non cupiat hanc cauſam aequis et chriſtianis conditionibus componi, praeter quosdam Germanos Epiſcopulos, Tyranniculos et Pſeudotheologaſtros, qui reuera furiis obſeſſi nihil niſi ſanguinem ſitiunt. Deus reddat illis, ſi non reſipuerint, ſecundum opera ipſorum.

Philippus multis laboribus, vigiliis, curis maceratus et exhauſtus nonnunquam melancholica quadam triſtitia et quaſi deſperatione vexatur, nulla extante cauſa, quae noſtros pleroſque valde deiecit. Ego autem ſtatim deprehendi ac ab aliis didici, naturalem illud eſſe ſanguinis melancholici motum: in eiusmodi tamen paſſione cogitat, dicit, ſcribit et facit, quae cauſam noſtram non meliorem reddunt, eſtque obſeruandus et obiurgandus, ne admittat, cuius nos omnes poenitere poſſit. Id Luthero quoque notum cauſam dedit acrius ad eum ſcribendi, et reliquos, vt eum increparent, hortandi. Eius epiſtolas aliquot (quia iam nihil melius poſſum) vobis mitto, libenter ſcripturus poſthac iucundiora, ſi potero.

Eſt in Hiſpania mulier quaedam Euangelii ſtudioſa, quae libellum edidit dignum, qui publicaretur. Itaque ab Epiſcopo quodam verſus in latinam linguam excuſus eſt. Philippo promiſit quidam, eum ſe ei exhibiturum, quod ſi fiet, vel deſcriptum ad vos mittam.

Augu-

Auguſtenſes adeo puſillanimes immo frigidi ſunt, vt Vrbanum Regium a ſe vocatum eſſe profiteri nolint. Cum, hoc an facturi eſſent, a Conſule, Senatu et a plerisque priuatim requiſierit (mera ſtultitia ſapientum iſtorum mercatorum) hac inſigni ingratitudine motus promiſit Duci a Lunenburg, ſe cum eo abiturum, et faciet. Finitis autem comitiis quid putatis miſeram plebeculam facturam (nam reliqui quoque Euangelici diſcedent ob eandem cauſam) cum ſe deſtitutam eſſe videbit? Argentinenſes ſcripſerunt confeſſionem ſuae fidei exhibendam, ſed quia miſcuerunt articulum de Coena, nulla vrbium regni adhuc ſubſcribere voluit. Adeo eorum doctrina fugit lucem. Et credo Argentinenſes quoque ceſſuros, praeſertim ſi Caeſar inſtiterit. Ceterum vos pro nobis ac tota cauſa orate, ſicut et nos oramus, et ſi vacat, nonnihil ſcribite, praeſertim ad Vitebergenſes, et hasce literas Ebnero et Spenglero item Praepoſito meo impartiminor. Gratia Dei vobiscum. Datum Auguſtae feria tertia poſt Viſitationis Mariae 1530.

2.

Gratiam et pacem a Deo Patre et D. I. C. Equidem libenter ſaepe ſcriberem et multa, ſed ita ſunt res noſtrae, vt nemo ſciat, quid futurum ſit. Itali et plerique Germani ſatis modeſte ſignificant ſe pacis ſtudioſos. Verum Eccius, Faber, Cochlaeus et ſimiles cum Epiſcopis et Principibus, quos ipſi ad effundendum ſanguinem innoxium inſtigarunt, a furiis agitantur, et nihil niſi ſanguinem cogitant. Confeſſio noſtra Romam miſſa eſt, quod magnum argumentum eſſe arbitror quaeſitae et quaerendae pacis. Sed ſunt, quae diuerſum ſignificant. Nam ante paucos dies quidam occulti amici ſignificarunt nobis, tres articulos excogitaſſe Papiſtas, de quibus nobiscum agant. Primum: an plura velimus Caeſari proponere controuerſa, quam fecerimus, inſidiantes ſcilicet nobis, vt ſi diceremus: non, reſponderent: ergo quae tacetis, reuocatis, et re-

 uocan-

nocanda ſentitis. Sin plura diceremus, reſponderent: ergo controuerſiarum non erit finis. Secundus: An Caeſarem laturi ſimus iudicem? Tertius: ſi non, vt omnia reſtituamus in integrum ad proximum vsque concilium. Sed nos haec vana eſſe arbitrabamur, donec res ipſa declarauit non eſſe nobis temere praedictum. Nam prima quaeſtio nobis a Caeſare propoſita eſt, ad quam valde caute et circumſpecte reſpondimus, vt neque reliquas controuerſias, quae in confeſſione non ſunt, diſſimularemus, neque tunc eas moueremus, ſed Papiſtis permitteremus, an eas mouere vellent, nos eſſe reſponſuros, vt ita omnem inuidiam quaeſtionum non neceſſariarum in eos reiecerimus. Si ſecunda quaeſtio, an Caeſarem iudicem laturi ſimus, mouebitur, ſicut vereor, dabo operam, vt ibi quoque cautiſſime et ſapientiſſime reſpondeatur. Nam ibi cardo totius rei verſatur. Sunt vero, qui putent iſtis omnibus transactis tunc demum, ſi nos perſtiterimus, ad tractatum aequitatis et concordiae Papiſtas acceſſuros. Verum mihi videtur res valde dubia propter ſanguinarias cogitationes noſtrorum. Dominus diſſipet conſilia impiorum. Hac nocte repente mortuus eſt quidam magnus, nomen ignoro, quem certo putauerunt ducem exercitus contra Lutherum futurum, paulo poſt fortaſſe ſcribam certiora.

Martinus Philippo iterum ſcripſit in prioremſententiam ſpiritu plenas literas. Vxori meae dicite, nam ſcribere non patitur anguſtia temporis, ſperare me propediem domum reuerſurum et veſtimenta accepiſſe. Nam ſi non accederetur ad conditiones pacis, ſatius eſt, me abeſſe ab Auguſta, quam adeſſe. Sin accedetur, credo Lutherum venturum et ſic nihil opus erit mea praeſentia. Verum ego nollem interim abeſſe, cum mouebitur quaeſtio: an Caeſarem laturi ſimus iudicem? Valete et Dominum orate, vt ſuum verbum tueatur. Datum Auguſtae 12. Julii poſt prandium 1530.

N. VI.

N. VI.

Philipps Landgrafens zu Heſſen Schreiben an ſeine zu Augſpurg hinterlaſſene Räthe und Geſandten.

Philips von Gottes Gnaden Landtgrafe zu Heſſen etc.

Lieben Räte vnd Getrewen, Ich hab Ewr Schreiben mit ſampt dem neben bericht vnd Mitteln genugſam geleſen. Ich kan aber bey mir nit befynden, das ſoliche Mittel, ſie ſeyen auch von Papiſten oder Euangeliſchen fürgeſchlagen, anzunemen ſeyn. Dann es ſein Mittel eines Betrugs zu beſaren, vnd ſein allein Mittel für die Papiſten, dann ſie wiſſens nit mit Gewalt zu dempffen. Nemen ſie nun liſt darzu vnd darum Summa Summarum iſt mein maynung, bleybt bey meiner Verzaichnus, die ich euch mit meiner Hand geben hab. So aber die Papiſten wolten jn jren Landten die Prediger des lautern raynen Euangelii zulaſſen, vnd der Pfaffen Ee Cloſter Perſonen Ee nit verpitten, auch die Todten pitt vnd heiligen anruffen ſampt dem Canon fallen laſſen. So wer jnen jn andern dingen vil ymb lieb willen nachzulaſſen, die predig des Euangelii würde wol mit der Zeit ausreutten, vnd im Fall obſchon die Meſs in der Papiſten Landt ſampt der dotten pitt noch ein weil ſollt weren, were auch zuzulaſſen, ſo ferr das die predig des Euangelions vnd Ee der Geiſtlichen vnd Reichung des Sacraments jn beeder geſtallt nit gewehrt oder verhyndert würde etc. Doch vor allen Dingen das wir andern in dem wie gemeldt, jn vnſern landen ſolliche Meſs vnd thodten bitt nit leiden dorffen. vnd ſo die Predig vnd Ehe etc. ſampt Reichung der Sacrament jn der Papiſten land ſchwangck kemen, wurd on Zweiffel das vbrig bald vergeen vnd die warheit vberhand nemen. So aber die Papiſten in jren Teuffels roſen ſitzen wollen pleyben, vnd jn jren landten nit geſtatten die warheit des Euangelii lautter zu predigen, noch die

Ee

Ee frey laſſen vnd die Sacrament nach Chriſti Einſatzung zu reichen wers begert. So ſolt jr nit vmb ein Har weichen. vnd iſt alsdann kein lieb anzuſehen. Dann es dienet nit zu furderung des Euangelii, ſonder zur gar Ausreuttung. Paulus beſchnit Timotheum do er meinet es dienet zu furderung des Euangelii. Da ſie es aber mit gewalt haben wolten, das er Titum beſchneiden ſolt, wollt ers nit thun. Dann was iſt ſich guts zu vermuten. Dhweil ſie des Teuffels Regiment nit verlaſſen, vnd doch die Warheit erckennen, vnd vns gern vnſer freyheit vnd lere in Chriſto pynnden wollten. Da iſt nit Zeit weichens Sonder ſteen bis in den todt bey der warheit. Vil weniger iſt der Biſchoff Iurisdiction zuzulaſſen. Dhweil ſie das Euangelium in jren landen nit zu predigen, noch zu treiben geſtatten wollen. Dann da wurd ein fein Narrenſpiel aus werden, So die ſollten Examinatores yber Chriſtliche prediger ſein, die ſelbs in der lere vnd leben Cayphas Annas vnd Pilatus wern. Aus diſem vnd meinem neben Schreyben werdt jr euch wol zu halten wiſſen, darzu ſo habt jr mein handtſchrifft vff alle fälle, der wiſſt jr euch zu gebrauchen, kans nit gut werden, mus mans Gott befelen. Willigt aber der Churfürſt in etwas, ſo möcht jrs an mich pringen. Zeigt den Stetten diſe meine handtſchrifft vnd ſagt jnen, das ſie nicht Weyber ſeyn ſonnder Menner, Es hat kein Nott, Gott iſt auf vnſer ſeitten, wer ſich gern fürchen will, der furcht ſich.

In keinen Weg verwilligt, das man die Zwingliſchen mit gewalt dempffe, noch veriage oder vberziehe. Dann Chriſtus hatt vns nit beruffen zu vertreyben, ſonder zu heilen.

Greifft dem vernunfftigen weldtweyſen verzagten, Ich darff nit wol mer ſagen, Philippo in die wurffel. Datum Friedewald Mondtag nach Bartholomei. Anno etc. XXXo.

Friedrichen Drotten zu Sultz
Niclaſen Mayer Licentiaten

Erhard

Erhard Schnepffen Predicanten, Jorgen Nuſsbickern.

Yetzo zu Augſpurg vff dem Reichstag verordneten Räthen.

N. VII.

Schreiben des Nurnbergiſchen Raths an ihre Geſandten in Augſpurg, Clementen Volckamer und Jheronymus Paumbgartner.

Lieben freunde, Wir haben Euer ſchreiben vnd dann dein Clementen Volckamers brief an vns die Eltern inſonders geſtelt jetzo bey der Poſt empfangen, zweiueln gar nicht, ſich werden noch gar mancherley ſeltzamer betrohung vnd teglicher enderung in dieſer des Glaubens ſachen zutragen, vnd ob ſich gleich dieſelbe handtlung jetzo zum beſchwerlichſten erzaigt, vnd vns dann Gott durch ſolche handlung anbeut, vnd zum gethailten furlegt, aintweder bey ſeinem wort zu bleiben, vnd Chriſten zu ſein, oder aber davon zu weichen, vnd an Jhme treulos zu werden, So müſte freylich der ein ſchwach glidt Chriſti ſein, vnd Gottes wort, warheit vnd Euangelion nie erkant haben, der ſich noch mit einem beſchwerlichern, ſorglicherm Exempel, ſo ihme hierinn zu gewarten vorſtehen mag, davon ſchreckhen lieſs, dann wie erſchröcklich es iſt, in die hennde des lebendigen Gottes zu fallen, vnd offenliche erkannte warheit zu verlaugnen, wiſſen allein die nicht, ſo aintweder Gottes Güte, Troſt vnd Gnad nie geſchmeckt, oder gar kein Gewiſſen haben. So es dann nun ſtehens oder fliehens gilt, gebüret vns warlich mehr auf Gott, in deſs hand vnſer leben ſterben vnd verderben ſtehet, dann auf die ganze Welt zu ſehen, dem gedencken wir auch vermittelſt ſeiner göttlichen hülff zu vertrauen. Achten nicht, ob man ſich jetzo gleich ſo gar rauhe, vngnedig vnd beſchwerlich erzaigt, daſs demſelben gegen euch oder andern

dern Geſandten jetzo zu Augſpurg etwas thettlichs nachuolgen ſolle. So wollen wir auch gerne ſehen, obwol etliche Stett ſo verrucht vnd vnuerſtendig weren, ſich wider Gottes Wort zu Kaiſ. Maj. vnd den andern Reichsſtenden durch bewilligung vnd annemung des Kaiſ. abſchieds zu verbinden, mit was Gewiſſen, Ehren vnd Glimpf ſie auch immer verantworten wolten, die andern ihre Mitgenoſſen von Stetten, die man die Zwinglischen nennt, lauth eines ſondern artickels in Abſchied verleibt, helfen zu vertilgen, in Bedacht, was Ihnen morgen gleichfalls auch begegnen mag. Aber wir müſſen hierinn Gottes ordnung vnd willen gewarten, der wird das Ende vil anderſt, denn es ihme noch gleich ſiehet, oder jemand vermuten mag, ſchicken, So auch der Churfurſt hieher gelangt, vns mit ſeiner Churf. Gn. vnterreden, wie nun hierinn zu handeln ſey. Darum wollet getroſt ſein, vnd Euch deſs verſehen, dieweil wir je nicht vns ſelbſt oder vnſern zeitlichen eigen nutz in dieſer ſachen, ſondern allein Gottes Ehre vnd vnſer hail ſuchen, vnd dadurch vns ſelbs vnd alles was Gott verliehen, in fahr ſtellen müſſen, Gott werde vns auch vor vnſern widerwertigen wol wiſſen zu erhalten. Was ſich dann iedesmals zutregt, wollt vns, wie biſshero mit vleiſs beſchehen, berichten. Daran erzaigt Ihr vns ſonder gutes gefallen, in Freundſchafft gegen euch zu erckennen. Datum Mondtag 26. Septembris 1530.

N. VIII.

Epiſtolae variorum iter Melanchthonis in Galliam concernentes.

I.

Barnabae Voraei epiſtola ad N. N.

Quum ſuperioribus annis in Gallia res noſtrae eſſent in pulcherrimo ſtatu h. e. in dies ſingulos euangelica veritas

tas illuſtraretur, ecce daemon aliquis fanaticos quoſdam homines excitauit, qui non ſatis eſſe putarunt laeta fieri principia, niſi aſtutis, vt ipſis videbatur, ſed vt res indicat, ſeditioſiſſimis et ſtultiſſimis rationibus regna et gentes perturbarent. Per menſem enim Octobrem libellos vno tempore de ordinibus eccleſiaſticis, de miſſa, de eucharistia, nocte per vniuerſam fere Galliam in omnibus angulis et platearum diuerticulis affixerunt immanibus et tragicis exclamationibus libertatem praedicantes, ante Regis etiam conclaue agglutinarunt. Qua re concitatus magiſtratus, inflammatus Rex, grauiſſima iudicia conſtituerunt, et quia huius ſeditionis authores Luthero accedere videbantur, omnis culpa in Lutheranos, vt vocant, reiiciebatur. Multi coniecti ſunt in carceres, plures aufugerunt, ex deprehenſis XVIII. poenas dederunt, in quos vt animaduerteretur Chriſtianiſſimo Regi fuit omnino neceſſe. Aliter enim nec populo ſatisfieri, nec prope naſcenti iam ſeditioni occuri reſiſtique potuiſſet. Maior tamen modus in tanta perturbatione et animaduerſione adhibitus eſt, quam vt vobis renunciari audio. Amplius enim octodecim vſtulati non ſunt, neque eorum quisquam fuit, qui harum ſchedarum conſcius particepsque non fuerit. Neque vero poſthaec Chriſtianiſſimus Rex rem ferro aut armis geri exoptat, qui et ſuapte natura adductus et bonorum virorum conſilio perſuaſus eruditos ac pios homines coram audire decreuit. Quumque Philippi Melanchthonis eximia eruditio, ſingularis prudentia et integritas ab omnibus praedicaretur, et ad componendam hanc in religione controuerſiam videretur idoneus, me cum literis ad eum dimiſit, vt ſi quo modo fieri poſſet, in Galliam veniret.

De indicendo celebrandoque Concilio ad vniuerſos Germaniae ordines literas miſit, vt de loco et tempore conueniatis, ac de loco quidem facilius inter nos (vti res ipſa breui per ſe locutura eſt) quam vt multis eſt perſuaſum, conuenietur. Tantum enim et gratia et voluntate apud eundem Chriſtianiſſimum Principem valetis, vt cum multis

multis aliis in rebus, tum praecipue in hac iuſta ſanctaque cauſa ſe ad voluntates veſtras ſit accommodaturus.

2.

Io. Sturmii ep. ad Phil. Melanchthonem.

Si in amicorum negotiis tibi aliquando literae meae fuerunt gratae, ſi vnquam bonorum virorum res ſaluas eſſe cupiuiſti, eo maiori curae tibi eſſe debent, quo magis in communi ſalute et tranquillitate retinenda verſantur. Vt enim in turbulentiſſimis maximeque pernicioſis tempeſtatibus ita iactamur, ex optimo et pulcherrimo ſtatu, cuius nobis viri prudentes autores fuerunt, in maximas calamitates et ſummas aerumnas ineptiſſimorum hominum conſiliis delapſi ſumus. Scripſi tibi ſuperiori anno, quam pulchre ſtaremus, quam bene de Regis aequitate ſperandum eſſet, gratulabamur tum nobis inuicem, ſed eam occaſionem homines furioſi prope omnem abſtulerunt. Per menſem enim Octobrem, quod non ſatis eſſe putarunt laeta fieri principia, quod metuerunt, parum multos fore ſuarum partium, niſi aſtutis, vt ipſis videbatur, ſed vt res indicat, ſtultiſſimis et ſeditioſiſſimis rationibus regna et gentes perturbaſſent, libellos vno tempore de ordinibus eccleſiaſticis, de Miſſa, de Euchariſtia per vniuerſam fere Galliam nocte in angulis affixerunt immanibus et tragicis exclamationibus, ante Regis etiam conclaue agglutinarunt, quo certiora et magis pernicioſa pericula crearentur. Nam perturbatus hac re populus, territae multorum cogitationes, concitati magiſtratus, inflammatus Rex grauiſſima iudicia conſtituerunt, nec immerito, ſi tamen in ea re modus ſeruari poſſet. Ex conſciis quidam deprehenſi poenas dederunt, quidam mature ſibi conſulentes aufugerunt. Qui ad ſe ea pericula ſpectare non putabant, qui non contaminati erant eo ſcelere, hi etiam in partem poenarum veniunt. Delatores et Quadruplatores publice comparantur, cuilibet ſimul et accuſatori et teſti

teſti in eadem cauſa eſſe licet. Non vana ſunt, quae ſcribo, et ſic habeto, me nec omnia ſcribere, nec ita ſcribere, vt ipſarum rerum luctuoſiſſima conditio requirit. Octodecim vſtulati ſunt, plures capti idem ſupplicium expectant: Serpunt quotidie latius pericula, neque quisquam eſt, qui bonus ſit, qui neque extimeſcat calumnias ac iudicia, neque dolore indigniſſimorum ſpectaculorum conficiatur. Regnant aduerſarii noſtri et eo magis, quod iuſtis de cauſis obtinuiſſe videantur, vt in pacandis ſeditioſe concitatis rebus regnent. In tot tantisque malis ſolum haec ſpes nos reficit, ſi immanis iſta ſeueritas populo diſplicere incipiat, ſi rex intelligat nimium ſitire calamitoſorum hominum ſanguinem, a quibus alieniſſima eſſe deberet vindictae cupiditas, (odio enim magno, non aequitate agere videntur) ſi videat μιαιφονους hominum mentes, inclinabit, vt ſperamus, eius animas et meliora capiet conſilia. Eſt hoc exiguum ſolatium, ſed tamen non diffidimus Deum eſſe, qui moderaturus ſit has tempeſtates, et portum aliquem profugiumque oſtendat, qui nobis viros bonos adhuc reſeruat, qui gratia et autoritate plurimum poſſunt, qui aliquando libere, quod cogitant, audebunt dicere. Huius rei nobis iſtud eſt indicium. Per Langios, quorum familiam tibi notam eſſe credo, obtinuimus, quo in nos, qui Germanici nominis ſumus, minus odioſe animaduerteretur. Edixit Rex, vt quicunque ex Germanis coercerentur, in re capitali, vna cum cauſa et actis in Germaniam quisque ad ſuum Principem remittantur *). Praeter haec etiam illud me recreat, quod fere exiſtimem, vt tu ad nos venias, vt aliquando in tuo complexu conquieſcamus. Barnabas Voraeus, quem noſti, qui tibi has literas reddidit, quem ego tanti facio, quanti eum,

*) Vsque ad haec verba iam impreſſa legitur haec epiſtola Sturmii in Sculteti annalibus Euangelii renouati inſertis Herm. von der Hardt Hiſt. Reform. litterariae Parti IV. p. 194. ſed quae ſequuntur, ex MSt. exhibemus.

eum, cui vitam debeo, cum collectis rebus meis iſtuc cogitarem, ſolus vt manerem perſuaſit. Cum Rege diu de te locutus eſt, multa de tua integritate, eruditione et modeſtia praedicauit, atque ita, vt de omnibus qui noſtris temporibus et haberentur et ſunt praedicauit, non rogatus ſe diſcipulum tuum eſſe dixit, expoſuit omnem vitae et religionis rationem. Libenter ea Rex audiuit, et quaſi non tunc ſolum tuas laudes facile admiſiſſet, ita conſtituit, vt videretur, ſi quo modo venire velis, te praeſentem audiat inter vos cum paucis aliis conſtituatis, qua ratione hi tumultus componi poſſint, vt aliquando finis aliquis ſit ſolicitudinum et flammarum. Non haec ſcriberem, ſi non ita eſſe putarem, neque quisquam me cogeret his temporibus, vt aliquid de tuis rebus ſcriberem, niſi viderem funeſtiſſimam earum rerum faciem corrigi poſſe. Cum enim flammas et incendia inſpicio, cum conſidero multorum ac honeſtiſſimorum miſerabiles exitus, non poſſum communibus aerumnis atque publico dolori lachrymas non praebere. Cum vero Regis dubitationem atque inclinationem animaduerto in iſta rara et ſingulari ſeueritate, ſentio reſpici a Deo calamitatibus affectas et afflictas hominum conditiones, cuius rei quod poteſt maius eſſe argumentum, quam tuam prudentiam hoc tempore requiri, quoniam nunquam magis quam nunc veſtra cauſa oppugnatur. Credo ego bonum natura et ingenio Principem virum non poſſe reſiſtere conſiliis multorum impiorum, et commoueri eorum quotidianis ſermonibus, et tamen dolere multitudine rerum et magnitudine ſuppliciorum, cupere etiam remedium adhibere, ſi quo modo poſſit huic malo. Vt enim iraſcatur, iuſtiſſimas habet cauſas, vt vero angatur tantopere ratio ei et iudicium dictat. Videt in altera cauſa, quae vetuſta eſt, tamen multa eſſe vitia, in altera, quae veritate nititur, plurimum periculi a cupidiſſimis et ſeditioſiſſimis hominibus. Vt igitur haec corrigantur, vult doctiſſimorum eſſe conſilia et iudicia. Qua in re ita erga te affectus eſt, vt ſine te nego-

negotia proponi deligi et conſtitui firmarique non poſſe exiſtimet. Itaque nunc tu attentaris, vt ſi quo modo ad nos venire velis, Rex tibi proſpiciat praeſidiis et pignoribus, vt tuto iſtinc abeas et ſecure tranquilleque ac honorifice ad tuos rebus maximis et ſalutaribus confectis redeas. Itaque ſi te praeſentem viderimus, ſimul ſalutem noſtram conſpiciemus. Si in his iactationibus ac turbulentiſſimis tempeſtatibus te aduentantem audiuerimus, non dubitamus nobis ſtationem et portum oſtendi, ſed ſi negligas et contemnas Regis poſtulata, eadem ſpes, quae nos hic retinuit, in ipſis vſtrinis vinctos ſuſpenſosque detinebit. *κρεισσειων γαρ βασιλευς*, et tu alioqui noſti regum animos. Quare cogita, te non iam a me rogari, ſed ab omnibus hominibus, non ſolum ab illis, qui grauiſſima ſupplicia perpeſſi ſunt, neque tantum, qui eundem indigniſſimum finem metuunt, tuam praeſentiam exoptari, ſed aduocari te Dei Chriſtique voce. Itaque depone Caeſaris Regumque nomen, nec reſpice vtriusque gentis aut amorem aut alienationem. Cogita eorum cauſam agi, qui in flamma perniciosiſſima, in incendio luctuoſiſſimo iactantur pro Chriſti gloria, quos etiamſi mors ipſa non territat flagrantes diuino illo igni, tamen nos illud monere debet, poſſe vos haec ſine ſumma cura ſolicitudine et lachrymis reſpicere, qui in eadem naue fuimus, qui autoribus harum rerum fauemus, qui eandem cauſam ſuſcipimus. Quid a te requirant et quomodo agendum ſit, ex Voraeo cognoſces, quem ob communem ſalutem debes amplecti. Nam niſi hic eſſet, niſi Epiſcopus Parrhiſienſis, niſi Langius huius frater, vir prudentiſſimus atque optimus, niſi tales viri extitiſſent, videres Germaniam repleri exulibus. Itaque caetera ex hoc cognoſces. Ego rei magnitudinem, varietatem, pericula, et indignitatem explicare non poſſum. Lutetiae pridie Nonas Martii 1535.

3.

Melanchthonis ep. ad Io. Sturmium *).

Cum de Gallicis rebus vndique ad me literae mitterentur, multis de cauſis ingentem animo dolorem accepi. Videbam enim, quantum vulnus acciperet cauſa noſtra, quae certe ad Eccleſiam pertinet, praeiudicio tanti Regis. Dolebam eum temeritate hominum impudentium irritatum eſſe. Cogitabam, ſine modo graſſaturam eſſe iracundiam, poſtquam indoctis ſemel oblata eſſet occaſio, quam cupidiſſime expectarunt. In his curis mihi crede, mi Sturmi, valde de tua ſalute etiam ſolicitus fui. Quem etſi ſcio maxime abhorrere ab omnibus abſurdis opinionibus et ſeditioſis conſiliis, tamen in communi odio noſtrarum literarum tibi quoque nonnihil periculi eſſe verebar: itaque cum Bucero egi, daret operam, vt Auguſtam aut Tubingam accerſereris. Nunc autem hoc nomine mirabiliter me recrearunt literae tuae, quod et declarant, te ſaluum eſſe, et ſpem quandam oſtendunt, fore mitiorem Regis animum.

Quod vero me grauiſſima oratione hortaris ad iter, de quo ſcribis, ſuſcipiendum, nulla mihi in vita incidit difficilior deliberatio. Ac nolim exiſtimes, me retineri domeſticis vinculis, aut pericula defugere. Nulla mihi res humana proponi tanta poteſt, cui non anteferam gloriam Chriſti, ſalutem tot piorum, tranquillitatem Eccleſiae. Sed vna cura me non tantum exercet, ſed plane excruciat. Dubito enim, an aliquid proficere poſſim. Haec me vel dubitatio, vel deſperatio deterret, quam ſi mihi eximere poteſtis, libenter iſtuc ſtatim aduolabo, nec me terrores vlli, nec vlla vincula remorabuntur. Et quoniam ſcribo ad amicum et de re maxima agam aperte, vt decet et cauſa poſtulat, teque rogo, vt cum amicis ipſe etiam deliberes, non quid mihi expediat, ſed quid Galliae, quid Eccleſiae proſit. Hoc caput eſt deliberationis.

Exiſti-

*) Extat P. I. Mel. Conſ. lat. p. 221.

Exiſtimo magnam paſſim varietatem opinionum in Gallia, et multos eſſe fanaticos ſpiritus, qui ferunt abſurdas et perniciofas opiniones. Nam hinc quoque nuper expulimus aduenam iſtinc quendam, qui de diuinitate Chriſti ſcelerate diſputabat. Sunt et alii ſeditioſi, qui ſtolide tumultuantur, vbi nihil opus eſt, vtrosque et ipſe iudico ſeuere coercendos eſſe, et facile eſt de his dare conſilium. Sed ſunt alii quidam, qui neque impias opiniones habent, neque ſeditioſi ſunt, ſed, dicam enim plane, qui modeſte probant, quae a noſtris pie patefacta ſunt. Iam ſi id agatur, vt etiamſi leuiores quidam articuli nobis donentur, tamen reliqui grauiores obruantur et deleantur, ego neque cauſae publicae neque Eccleſiae profuero. Quid quod ea conſilia non reddent tranquillam Galliam. Fac me impetraſſe, vt nemo afficiatur ſupplicio, qui exuit cucullum; quid fiet in caeteris durioribus articulis? Num iubebo interfici eos, qui non probant manifeſtos abuſus των λειτεργιων, aut cultus Diuorum? et hae res quantas excitent tragoedias, non ignoras. Iam in his vbi nihil impetrauero, tamen plectentur boni, et ego videbor ſuffragator et approbator talium ſuppliciorum, dicent me commodius ſentire, fuiſſe me contentum illo leuiorum articulorum quaſi munuſculo, in reliquis omnibus cum ipſis eſſe ὁμοψηφον. Quodſi quaedam hic pro tempore largiar, id praeiudicium afferent in ſynodum. Nam huiusmodi multa ſaepe iam mihi acciderunt. Habes argumentum meae deliberationis, quod praecipue me deterret ab itinere. Iam cogita illas phalangas monachorum, et ſcis quam ſint ὑπερηφανοι, et quibus artificiis teneant faſcinatos nobilium animos, ſed haec me non valde mouent. Illud vnum, quod dixi, deterret me, quod vereor, vt impetrari ea poſſint, quae ad gloriam Chriſti, ad tranquillitatem Eccleſiae et Galliae neceſſaria eſſe duco. Ac plane venio in eam ſententiam: Regem ſi quidem velit conſulere et gloriae Chriſti et tranquillitati Eccleſiae, ſummo ſtudio adhortandum eſſe, vt curet maturari Synodum, vbi

communiter poterit iniri ratio conſtituendae Eccleſiae. Caetera conſilia vel inutilia vel etiam periculoſa mihi videntur. Haec itaque ſimplici animo ad te ſcribo, non tergiuerſandi cauſa: ſed vt vos, quibus Gallia nota eſt, cogitetis: an expediat me ſuſcipere iter. Quodſi ita exiſtimabitis, libenter parebo conſilio et voluntati veſtrae. Neceſſe tamen erit rem me ad Principem meum referre, quem in re tanta non defuturum eſſe ſpero publicae vtilitati. Diſputabitis hoc quoque, an, etiamſi non poſſint obtineri ea, quae volumus, proſit iam meo congreſſu quaſi praemolliri animum ad cognitionem in Synodo. Tantum eſt enim odium nominis noſtri apud aduerſarios, vt niſi aliqua Regum ſtudia habuerimus, ne cognitio quidem ſperanda ſit. Sed totam rem tuae fidei et prudentiae commendo. m. April. 1535.

4.

Melanchthonis epiſtola ad Io. Bellaium Langaeum, Epiſcopum Pariſienſem *).

Etſi multorum literis et praedicatione cognoui te et rectis ſtudiis magnopere fauere et cupere Eccleſiae tranquillitati vera ratione conſulere, tamen certo conſilio nihil ad te literarum dedi hactenus. Nunc autem in tanto communi periculo non ſolius Galliae ſed vniuerſae Eccleſiae totius orbis terrarum non potui me continere diutius, quin apud te, ſi nihil aliud, tamen deplorarem Eccleſiae calamitates. Nam cum regnum Gallicum longe florentiſſimum ſit, et (ſi licet dicere) caput Chriſtiani orbis, magnam vim habet exemplum praeſtantiſſimae nationis. Si igitur ſemel apud vos decretum fuerit, non ſolum fanaticos ſpiritus aut ſeditioſos coercere, ſed prorſus nullam admittere emendationem doctrinae Eccleſiaſticae, et praeſentia vitia Eccleſiae ſumma vi defendere, magna de ſpe boni viri vbique gentium deiicientur, qui quanta ſit autoritas Galliae, non ignorant. Sequentur enim exemplum

*) Extat P. I. Melanchth. Conſil. lat. p. 219.

plum Galliae caeterae nationes. Qua ex re quantum periculum Eccleſiae, quae caedes ſecuturae ſint, quae doctrinae diſſipatio, quae confuſio rerum, nihil opus eſt apud te virum ſapientiſſimum diſputare. Itaque te propter gloriam Chriſti rogo, vt, quod facis, mitigare animos Principum ſtudeas, et hortator ſis, vt rationem ineant, qua ſanari Eccleſia poſſit, non magis magisque lacerari. Iudico et ipſe coercendos eſſe et fanaticos ſpiritus, qui perniciofas opiniones habent, et homines ſeditioſos, ſed quoniam abuſus quidam reprehenſi ſunt, multi pii et docti viri quaerunt purum doctrinae genus, non cupiditate vlla, ſed ſtudio verae pietatis. Ac praeſertim Gallica natio eximium habet pietatis ſtudium. Scio fatum eſſe Eccleſiae, vt in tales ſaeuiant indocti et impii, ſed tamen prudentes viri mitigare hos impetus debent. Vides de maximis rebus exortas eſſe controuerſias, quae vix poterunt armis opprimi. Ac mihi neque ad tranquillitatem Eccleſiae, neque ad autoritatem eorum, qui praeſunt, vtilis videtur iniuſta ſaeuitia. Cumque maxime ſit optandum, vt Epiſcoporum autoritas magna ſit, non alia ratione id effici poſſe videtur, quam ſi dent operam, vt genus doctrinae extet certum, quod ſanet ambigentes animos. Ita poterunt obſiſtere fanaticis ſpiritibus, ſi ſtudia bonorum et doctorum retineant ipſi. In quam ſententiam plura dicerem, niſi ſcirem te haec omnia pro tua ſapientia longe melius perſpicere, quam a me dici queant. Tantum orandum te duxi, vt complectare animo Eccleſiam, quandoquidem in ea vrbe gubernas Eccleſiam, quae principem ſcholam habet totius Chriſtianae reip. Nec dubito, quin in tanto doctiſſimorum hominum coetu permulti ſint, qui et optime conſultum velint Eccleſiae Chriſti, et intelligant, quibus rationibus concordia recte conſtitui poſſit. Horum omnium oculi atque animi in te non ſolum tacitis votis intuentur, ſed etiam lacrimis petunt, vt autoritate tua horteris principes viros, ne iniuſta crudelitate laceretur Eccleſia, ne opprimantur vera ſtudia, ne

obruatur gloria Chriſti, ne diſſipentur reſpublicae. Nec vero tantum Gallia te hoc orat, ſed etiam omnes boni et docti in vniuerſa Germania, qui et autoritatem tui muneris intelligunt, et norunt te propter excellentem doctrinam et pietatem maxime dignum eſſe, cui in illa celeberrima vrbe Eccleſiae gubernatio commendata ſit. Ego quidem et mollire controuerſias ſemper conatus ſum, idemque adhuc ago, meamque ſententiam ſemper cum Eccleſiae, hoc eſt, doctorum et bonorum ac tui ſimilium iudicio coniungam. Vale.

5.

Franciſcus dei gratia Francorum Rex dilecto noſtro Philippo Melanchthoni ſalutem a).

Singulare tuum ad ſedandas eas, quae in doctrinam Eccleſiaſticam inuectae ſunt, altercationes, ſtudium intellexeram, antea quidem ex Guilielmo Bellaio Langaeo, (Langio) cubiculario atque conſiliario noſtro, quo ego praecipue ſum vſus ad eam rem adminiſtro et interprete: nunc vero ex literis ad eum tuis, et ſermone redeuntis a te Barnabae Vorei (Vocei) Foſſae intellexi etiam, te hoc laboris perlubenti (praelubenti) animo ſuſcepturum, vti ad nos (me) primo quoque tempore te conferas, deque vnione doctrinarum cum ſelectis aliquot noſtratibus Doctoribus hic apud nos coram diſſeras, atque rationes ineas, quo reſarciri poſſit pulcerrima illa Eccleſiaſticae politiae harmonia, qua vna (re) etiam quum *) ego mihi nihil vsquam vnquam maiore cura, ſtudio, ſolicitudineque animi amplexandum eſſe duxerim, committere nolui, quin hunc ſtatim Voreum Foſſam ad te dimitterem cum his veluti publicae fidei obſidibus literis, obteſtarer etiam, abduci te vllius perſuaſione vt ne ſinas ab hoc pio ſanctoque

a) Extat P. I. Mel. Conſ. lat. p. 219. Ej. ſelect. aliquot epp. p. 94.

*) etiam quum] deſunt.

que inſtituto. Venies omnino mihi gratiſſimus, ſeu priuato tuo, ſeu publico veſtratium nomine adueneris, meque reipſa experieris et priuatim Germaniae veſtrae dignitatis et publicae in vniuerſum quietis ante omnia eſſe (atque adhuc ſemper fui) ſtudioſiſſimum. Vale, ex oppido Guyſe (Gulſi) die 28. menſis Junii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, triceſimo quinto.

Francois Bayrd ſſt.

6.

Melanchthonis ep. ad Guilielmum Bellaium Langaeum *).

Clariſſime Domine. Nihil mihi poſſet accidere triſtius, quam ſi de cauſis, quae meum iter remorantur, ſecus ſuſpicaretur Chriſtianiſſimus Rex, aut etiam Celſitudo tua, quam res habet. Sed, vt ſpero, liberabit omni ſuſpicione viri optimi et fideliſſimi D. Voraei teſtimonium, qui ſcit, quantum contenderim apud Ducem Saxoniae, mihi vt poteſtatem faceret ſuſcipiendi hoc iter. Nam hoc tempore, cum ſchola ſeceſſerit propter peſtilentiam, neceſſe mihi omnino fuit rem ad Principem referre: ibi quam duriter exceptus ſim **), Voraeus exponet. Nunquam ſenſi aſperiorem Principem, nihil fingam, ſed vt in tantis rebus decet, verum ſine vlla figura, ſine vlla ſophiſtica dicam. Primum reſpondet, opinionem de meo itinere offecturam eſſe maximis ſuis vtilitatibus, quod ipſe iter ad Regem Ferdinandum haberet. Etſi autem diſputabam me priuatim meo nomine iter facere, tamen hoc argumentum ita vrgebat et exaggerabat, vt cedendum mihi duxerim, ne viderer mei Principis ſeu ſpei ſeu vtilitatibus officere cupere. Sed meo iudicio altera cauſa verior fuit, cur me non dimiſerit. Legit meum conſilium,

*) Extat haec epiſtola in Opuſculis de pace et concordia Eccleſiae reſtituenda, edit. cura et ſumptibus Ioachimi Laegeri, Brunſuici, 1650. 4. plag. Ll 2 b.

**) MS. „fuerim.

um, quod ad vos miſi *), in quo nihil reprehendit, praeter vnam quandam leuiſſimam ſententiolam de vtraque ſpecie, quod ſcripſi, ſublata prohibitione poſtea ſanciendum eſſe, ne altera pars alteram damnet. Aliae controuerſiae multo maiores ſunt. Itaque de hoc negotio ſcripſi minus vehementer: id mihi velut crimen obiicitur. Nec profecto me illa ineruditorum iudicia mouent, et ſaepe iam in ſimilibus actionibus de pace plagas accepi, ſed quia ipſi me largiorem aut timidiorem exiſtimant, cauendum putant, ne ſi quid ego condonauero, praegrauentur praeiudiciis. Incendit etiam animos ineruditorum excerptum quoddam ex illo conſilio, quod neſcio per quos lingua germanica ſparſum eſt, in quo quia de poteſtate Eccleſiaſtica honorificentius quaedam dicuntur, inepti et indocti interpretantur me totam cauſam prodidiſſe. Vocor transfuga, deſertor, cum quidem idem toties iam in publicis libris de eccleſiaſtico ordine ſcripſerim, ſeu de canonica Politia. Hos clamores putat Princeps et ſibi et cauſae nocere. Itaque non ſolum dimittere me noluit, ſed etiam contumelioſe mihi reſpondit: non enim diſſimulo. Etſi autem conſtitui me ipſi purgare, tamen hoc tempore iter ſuſcipere nolui, tantum eam ob cauſam, ne iniqui homines calumnientur, me voluiſſe vtilitatibus mei Principis officere. Vides quanto in diſcrimine verſer, quantum exarſerit odium, non aliam ob cauſam, niſi quod et ipſam religionem doceri pie et dilucide explicari cupio, et quaedam moderanda eſſe cenſui in vtraque parte, vt ſarciatur communis Eccleſiae concordia. Nec pugnant mecum eruditi, ſed tantum indocti mihi ſuccenſent. Quid in ciuilibus diſcordiis omnibus aetatibus acciderit moderatis ciuibus, non ignoras. Ad haec exempla cum refero animum, non recuſandam mihi eſſe fortunam illorum duco, qui cum moderate ſentirent, ab iratis ciuibus lacerati ſunt. Mihi hominum iniquitas neque ſtudium pietatis neque moderationem animi eripiet. Et de itinere pollicitus ſum Voraeo,

*) Vid. infra, n. 8.

Voraeo, me venturum, Deo volente, proximo vere Francofordiam; vnde, ſi tibi videbitur, excurram iſthuc. Tuam Celſitudinem viciſſim adhortor, vt poſtquam ſemel hanc curam ſuſcepiſti, digniſſimam magno et praeſtanti viro, ſanandae Eccleſiae, alteram partem etiam ad moderationem adhortere, ne res bonae et Eccleſiae vtiles opprimantur, neue magis laceretur Eccleſia. Iniuſta crudelitate video Chriſtianiſſimum Regem incitari ſcriptis magnorum hominum aduerſus nos, ſed et reuerendiſſimi ac ſapientiſſimi viri Cardinalis fratris tui et tuis conſiliis ſpero animum Regis flecti poſſe et adduci, vt potius det operam, vt illuſtretur gloria Chriſti, quam vt mos geratur alienae crudelitati. Neque enim dubium eſt, opus eſſe Eccleſiae quarundam rerum explicatione. Sed haec fortaſſe coram copioſius. Bene valeat Celſitudo tua. Quinto Calend. Sept. Anno 1535.

7.

Melanchthonis ep. ad Io. Sturmium *).

Voraeus ipſe teſtis eſt (erit) ſummam me contentionem adhibuiſſe, vt mihi Princeps permitteret (concederet) abeundi poteſtatem. Verum impetrare non potui, et cauſas D. Langaeo copioſe perſcripſi. Praecipua eſt illa, quod metuunt praeiudicia, et me putant aliquanto minus vehementem et pertinacem eſſe, quam ſunt alii. Et profecto ſic eſt. Non puto contendendum eſſe, niſi de magnis et neceſſariis rebus, nec tueor (volo tueri) omnes *ἀκριβολογιας* (*και ψυχρολογιας*). Vtinam liceat doctis libere colloqui de magnis rebus. Nunc autem *δημοκρατια* aut *τυραννις* indoctorum eſt in vtraque parte. Rixantur de nonnullis leuiculis rebus, et interdum ſuis affectibus aſſentiuntur (ſeruiunt). Vidiſti Sadoleti ſcriptum, qui cum in poſteriori parte eadem dicat, quae nos

*) Extat P. I. Conſ. lat. Mel. p. 223. et in Manliana collect. Epp. Mel. p. 168 ſqq.

nos †), tamen in nos inuehitur. In priori parte enarrationis mihi pleraque ſatis probantur, ſed vt mihi videtur (vt vides), currit aliquando ἐκτος της ὁδȣ. Budaei ſcriptum (etiam tranſitum) vidi, neque me haec etiam deterrent, quo minus iter iſtuc ſuſcipiam, imo incendunt potius, vt et ipſis aperiam (penitus) animum meum, et viciſſim audiam, quid in commune conſulant ipſi. Ego quidem a bonis et doctis nunquam diſſentiam in Eccleſia. Sed pro tua excellenti doctrina vides, vetera quaedam errata opus habere emendatione. Nec diſſimulo etiam euectos eſſe noſtros interdum ὑπερ τα ἐσκαμμενα, et multa mitigaui. Itaque ſi quid opis afferre Eccleſiae poſſimus, annitemur omnibus viribus, atque hoc ſtudium nulla mihi eripiet hominum nequitia. Magno in periculo inter noſtros propter hanc moderationem verſor, vt ſolent in ciuilibus (diſcordiis) moderati ciues vtrinque male accipi, planeque fatum Theramenis mihi impendere videtur. Credo enim Xenophonti, hunc fuiſſe bonum virum: caeteris (Lyſiae) non credo, qui eum vituperant (vituperat), ſed voluntate rectae conſcientiae me ſuſtento, et intuens in vetera et honeſta exempla aequiore animo fero communem fortunam. Caetera audies ex Voraeo. Bene vale.

8.

Epiſtola Melanchthonis ad Guil. Langaeum *).

Nobiliſſimo et clariſſimo viro D. Gulielmo Bellaio Langaeo, Patrono ſuo S. D.

Illuſtriſſime Domine, Geſſi morem voluntati tuae, et collegi praecipuos articulos **), de quibus ſunt controuer-

†) defendimus, iniuſte facit, quod adeo hoſtiliter in nos inuehitur.

*) Ex collectione epiſtolarum clarorum virorum in operibus Paul. *Colomeſii*, editis a Io. Alb. Fabricio, Hamb. 1709. 4. p. 547.

**) Inſertum: „*Lutetiae A. 1607. editos cura Iac. Aug. Thuani.*„

uerſiae, et oſtendi quandam in his moderationem, vt mihi quidem videtur, non inutilem Eccleſiae. Nec dubito quin de omnibus iſtis articulis facile conueniri poſſet, ſi Monarchae aliqui efficerent, vt aliquot boni et docti viri amanter et libere inter ſe colloquerentur: ſunt enim controuerſiae non ita multae: ſed ineruditi non vident quibus de rebus agatur, et interdum praeter rem tumultuantur. Nam in vtraque parte diſcordia publica, vt fit, locum praebet multis indoctis. Atque hos articulos, quos mitto, eo congeſſi libentius, vt magis perſpici poſſet, proprie de quibus rebus agatur. Non hoc agitur, vt Politica Eccleſiaſtica, aut Poteſtas Pontificum aboleatur. Non hoc agitur, vt veteres ordinationes ſine diſcrimine mutentur. Praecipui ex noſtris maxime cupiunt vſitatam Eccleſiae formam conſervare, quantum poſſibile eſt. Conſenuerunt etiam pleraeque controuerſiae mollitae tempore. Quare rogo vt quod facit Celſ. tua propter Chriſti gloriam, hortetur ſummos Monarchas ad concordiam pie conſtituendam, dum locus eſt moderatis conſiliis. Qualia impendeant tempora, ſi nemo praeſentibus diſſidiis medicinam faciat, quanta diſſipatio Reip. et Eccleſiae futura ſit, ſi res ad arma deducitur, melius videt Celſitudo tua quam ego. Illud autem dignum officium eſt magno ac tui ſimili viro, in tantis periculis non deeſſe ſaluti Reip. et Eccleſiae. Sed nihil opus eſt te currentem, vt dici ſolet, adhortari. Illud tibi polliceor, me conſilia mea ad tuam et caeterorum bonorum virorum voluntatem ſumma fide accommodaturum eſſe, et effecturum vt intelligas, me tranquillitatis publicae cupidiſſimum eſſe. Bene ac feliciter vale. Cal. Aug. 1524. †)

Celſitudini tuae deditiſſimus
Ph. Melanchton.

9.

†) Legendum: 1535.

9.

Epiſtola Io. Langaei epiſcopi *).

Langaeus epiſcopus Pariſienſis, Philippo Melanchthoni S. D.

Barnabas Voraeus, qui nunc ad te cum literis et mandatis regiis reuertitur, hic eſt de rebus omnibus, quae ad ſuſceptam a te pacificationem **) attinent, ampliſſime edoctus: mihi vt ſuperuacaneum videatur, aliquid ſcribeſe. Itaque te adhortor, atque per Chriſtum obteſtor, occaſionem rei gerendae inter mortales omnium pulcherrimae ne differas. Vale. Ex oppido N. die 16. Junii 1535.

10.

Epiſtola Lutheri ad Electorem Iohannem Fridericum ***).

Gnad vnd Friede mit meinem Pater noſter, Durchleuchtiger, Hochgeborner Fürſt gnädiger Herr, Ich bitt ganz vnterthäniglich vnnd auffs höchſte E. Churf. G. wöllen M. Philippo im Namen Gottes erlauben in Frankreich zu ziehen, zu ſolcher Bitt bewegen mich der ehrlichen vnnd frommen Leute klägliche Schrifft ſo dem Fewer kaum entgangen ſeynd, vnd auff M. Philipps Zukunft den König mit allem Fleiſs dahin bracht, daſs diſs mordens vnnd brennens ein ende worden iſt, ſolt nun den guten leuten jr Troſt fehlen, möchten die Bluthunde Vrſach gewinnen, die Sache mehr zuverbittern vnnd mit brennen vnnd wüthen weiter fahren, daſs ich achte M. Philipps kan faſt nicht wol mit gutem Gewiſſen ſie inn ſolchen Nöthen laſſen, vnnd ſie jhres hertzlichen nöthigen Troſts berauben, ohn was Argwohns der König ſelbſt vnnd

*) Ex *Io. Manlii* farragine epiſtolarum Ph. Mel. p. 166.

**) Vid. ſupra, n. 4.

***) Exſtat in Pezelii chriſtl. Berathſchlagungen vnd Bedenken Ph. Melanchthonis, Neuſtadt an der Hardt 1600. 8. pag. 5. 6.

vnnd die ſeinen ſchöpffen würden, vielleicht auch von vns allen, weil er auff M. Philipps zuſagen, ſo gnädiglich ſelbſt ſchreibet vnd Bottſchafft ſchickt, E. Churf. G. wöllen es auf Gottes Gnade die drey Monat M. Philipps wagen laſſen, wer weiſs was Gott thun will, welches Gedancken ſeynnd je allzeit höher vnd beſſer, denn die vnſern, ſo were mir auch für mein Perſon leid, daſs ſo viel frommer Hertzen, die M. Philipps kläglich ruffen vnnd gewiſslich ſein warten, ſolten beraubt werden, auch vielleicht viel andere böſe Gedancken von vns faſſen, Bitt derhalben noch einmahl, E. Churf. G. wöllen ſolche Bitt M. Philipps gnädiglich erhören, vnd nicht abſchlagen, vnſer Gebett iſt ohne das E. Churfürſt. G. für Gott täglichen erbotten, darzu auch inn fleiſſigem Werck, derſelbe ſtercke vnnd leyte E. Churf. G. mit ſeinem heiligen Geiſt zu ſeinem gnädigen guten Willen, Amen. Dienſtags nach Aſſumtionis 1535.

D. Martin Luther.

N. VIIII.

Concordia inter Doctores Wittebergenſes et Doctores ciuitatum imperii in Germania ſuperiori de praeſentia corporis et ſanguinis Chriſti in Coena Domini, ſcripta iuſſu et rogatu vtriusque partis a Ph. Melanchthone, A. C. 1536.

Audiuimus D. Bucerum explicantem ſuam et aliorum, qui vna adfuerunt, ſententiam de Sacramento corporis et ſanguinis Chriſti hoc modo:

I. Confitentur juxta verba Irenaei, conſtare Euchariſtiam duabus rebus, terrena et coeleſti. Itaque ſentiunt et docent, cum pane et vino vere et ſubſtantialiter adeſſe, exhiberi et ſumi corpus Chriſti et ſanguinem.

II. Et quanquam negant fieri transſubſtantiationem, nec ſentiunt fieri localem incluſionem in pane, aut durabilem aliquam coniunctionem extra vſum Sacramenti: tamen

men concedunt ſacramentali vnione, panem eſſe corpus Chriſti, (corpus eſſe cum pane) hoc eſt, ſentiunt porrecto pane ſimul adeſſe et vere exhiberi corpus Chriſti. Nam extra vſum, cum aſſeruatur in pixide, aut oſtenditur in proceſſionibus, vt fit a Papiſtis, ſentiunt non adeſſe corpus Chriſti.

III. Deinde hanc inſtitutionem Sacramenti ſentiunt, valere in Eccleſia, nec pendere ex dignitate miniſtri aut ſumentis. Quare, ſicut Paulus ait, etiam indignos manducare, ita ſentiunt porrigi vere corpus et ſanguinem Domini etiam indignis, et indignos ſumere, vbi ſeruantur verba et inſtitutio Chriſti. Sed tales ſumunt ad iudicium, vt Paulus ait, quia abutuntur Sacramento, cum ſine poenitentia et ſine fide eo vtantur. Ideo enim propoſitum eſt, vt teſtetur illis applicari beneficia Chriſti, (et fieri eos membra Chriſti) et ablui ſanguine Chriſti, qui agunt poenitentiam, et erigunt ſe fide in Chriſtum.

Cum autem pauci conuenerimus, et opus ſit vtrinque hanc rem ad alios concionatores et ſuperiores referre, nondum licet nobis de concordia paciſci, priusquam ad alios retulerimus.

Cum autem omnes profiteantur, ſe iuxta confeſſionem et Apologiam Principum Euangelium profitentium in omnibus articulis ſentire et docere velle, maxime cupimus ſanciri et conſtitui concordiam. Et ſpes eſt nobis, ſi reliqui vtrinque ita conſenſerint, ſolidam futuram eſſe concordiam.

Subſcripſerunt

D. Wolffgangus Capito Miniſter Eccleſiae Argentinenſis.

M. Martinus Bucerus Miniſter Eccleſiae Argentinenſis.

Lic. Martinus Frechtus Eccleſiae Vlmenſis in verbo Miniſter.

Lic. Iacobus Ottherus Miniſter Eccleſiae Eslingenſis.

M. Boni-

M. Bonifacius Lycoſthenes Eccleſiae Auguſtanae Miniſter in verbo.
Wolffgangus Muſculus Eccleſiae Auguſtanae Miniſter in verbo.
M. Geruaſius Scholaſticus Memmingenſis Eccleſiae Paſtor.
M. Iohan. Bernhardi Francofurtenſis Eccleſiae Miniſter.
Martinus Germani Furfeldenſis Eccleſiae Miniſter.
M. Matthaeus Aulberus Paſtor Eccleſiae Reutlingenſis.
Iohannes Schradinus Diaconus Reutlingenſis.
Martinus Lutherus Doctor Wittebergenſis.
Iuſtus Ionas D.
Caſpar Cruciger D.
Iohannes Bugenhagius Pomer. D.
Philippus Melanthon.
Iuſtus Menius Iſenacenſis.
Fridericus Myconius Gothenſis.

N. X.

Melanchthonis Epiſtola ad Ioach. Camerarium.

Cum ſcirem conuentum indictum eſſe, vt Principes de Synodo deliberarent, nos de doctrina colloqueremur; veni huc animo mirifice anxio. Nam qualia Principum conſilia futura eſſent, praeuidebam; et, ſi certamen acrius exiſteret inter Theologos, diſcordias videbam futuras horribiliores. Non enim ignoro, quo propendeant animi certorum, et quibus ſuam fabulam ſinguli ſaltent. Venerunt huc Lutherus, Pomeranus, Spalatinus, Oſiander, Vitus (Theodorus), Vrbanus Regius, Amsdorfius. Nam reliquos nominare nihil attinet. Ex iis, qui diſſentire a noſtris putantur, nemo affuit praeter Blarerum et Bucerum. Duae autem cauſae fuerunt inſtituti congreſſus theologici: altera, vt de doctrina fieret collatio non futilis,

lis, ſed accurata, vt tollerentur diſſidia, et conſentiens doctrina et explicata in noſtris Eccleſiis extaret. Altera, vt deliberaretur, qui articuli ad extremum defendendi ſint ac retinendi, et anteponendi communi tranquillitati et omnibus rebus humanis, qui concedendi Pontifici *και τω ἐκκλησιαϛικω πολιτευματι* propter pacem et ad communem Eccleſiae concordiam reſtituendam, ſi res ad moderationem aliquam deduceretur. Honeſtiſſimum profecto conſilium fuit inſtitutae vtriusque diſputationis, et ortum de multis noſtris querelis et ſermonibus; ſed neutra proceſſit. Primum de rebus concedendis nullam prorſus volebant fieri mentionem indocti et vehementiores. Aiunt obfuturam nobis nunc in ipſa *ἐπιτασει* fabulae inconſtantiae opinionem, non ſolum apud alios, ſed etiam apud noſtros; futurum etiam, vt cedentibus Caeſar acrius inſtet. Haec pariunt ſuſpiciones bonis et moderatis multiplices, et ſollicitudinem augent. Deinde ne doctrina accurate conferretur, nominatim petitum eſt, ne certamen aliquod augeret diſcordias, et foederis diſtractionem afferret. Vidi haec pericula impendere, priusquam huc veniremus, ac monui noſtros, ſed erant pleni bonae ſpei. Proinde hic, ne nihil ageremus, ac plane *κωφα προσωπα* eſſemus, iuſſi ſumus componere aliquid de Petri ſeu Pontificis Romani primatu, de poteſtate et iurisdictione Epiſcoporum. Haec ſcripſi mediocriter et exhibui. Iuſſi ſumus et *παρεργως* percurrere articulos Confeſſionis, et audire, ecquis diſſentiat in aliquo articulo, aut improbet aliquid. Ac Principes diſerte teſtati ſunt, ſe formulam concordiae conſeruaturos eſſe: fuit breue colloquium. *Περι των μυϛηριων* dixit Bucerus plane et clare, affirmans praeſentiam Chriſti, ſatisfecit noſtris omnibus, etiam iis, qui ſunt duriores. Blarerus generalia ſic ſatis, adeſſe Chriſtum. Poſtea quaedam addit ambigua. Oſiander vrgebat eum paulo acrius, ſed quia nolebamus excitari certamen vehementius, interpellaui diſputantem. Ita diſceſſum eſt, vt inter caeteros omnes conſenſus conſtitutus ſit,

hic

hic vero non repugnare videretur. Scio haec eſſe infirma, ſed aliud agi hoc tempore non potuit, praeſertim abſente Luthero, qui doloribus calculi acerrimis confli-ctabatur. Haec fuit καταςροφη congreſſus των μυςαγωγων. Principes deliberarunt: An Synodus praeciſe recuſanda ſit, an vero promittendum, nos miſſuros eſſe noſtram legationem, ſed non conceſſuros iudicium pontificiae parti, verum petituros, vt Regum et Monarcharum autoritate delecti homines idonei cognoſcerent has controuerſias. Haec fuit magna et difficilis deliberatio. Noſtra ſententia ſemper fuit, ne ſimpliciter recuſaretur Synodus, quia etiamſi Papae non liceat eſſe iudicem, habet tamen ius indicendae Synodi. Deinde iudicium conſtitui a Synodo debet, ſed homines acutiores diſputabant has meas rationes argutas quidem eſſe et veras, ſed inutiles. Eam eſſe tyrannidem Pontificis, vt poſtquam conſenſiſſemus, nos venturos eſſe in Synodum, interpretaturi eſſent, nos etiam Pontifici tribuere iudicandi autoritatem. Vidi aliquid eſſe periculi in mea ſententia, etiamſi erat honeſtior, ſed vicit altera ſententia, re diu acerrimeque diſputata, vt haec fatalia mihi videantur. Periculum eſſe video ingentis motus, niſi Deus ſuccurrerit. Quanquam ſaepe dixi, rectiſſime eos tantum hac recuſatione vti, ſi nolint quaedam moderari et concedere aliquid τω ιερατικω ταγματι. Illud mihi acerbiſſimum eſt, videre haeſuram ad poſteros diſcordiam aeternam, et haec fortaſſis barbariem horribilem et vaſtitatem in hac natione omnium artium et officiorum ciuilium afferet. Vide, quam nunc delectet illa barbaries etiam quosdam, qui auertere maxime debebant. Sed magna eſt in omnem euentum conſolatio in bonitate cauſae. Reſponſum eſt igitur legato Caeſaris, recuſari hanc ſynodum Mantuae indictam, et peti, vt curet Caeſar indici liberam Synodum. Caeſaris orator multa contra diſputauit: Caeſarem curaturum, vt in illa Synodo rite conſtituatur iudicium, ſed haec in genere di-

ſta non mouent noſtros. Habes omnia, quae adhuc quidem hic acta ſunt. Smalcald. Cal. Martiis, A. 1537.

N. XI.

De obitu Georgii Saxonum Ducis ex epiſtola quadam Io. Cochlaei ad Fridericum Nauſeam.

Perdidimus intra ſeptem ſeptimanas duo lumina noſtra, duo integritatis et innocentiae candelabra, primo filium Ducem Fridericum, deinde patrem Ducem Georgium, quem heri multis cum lachrymis ſepeliuimus, et hodie multo largioribus fletibus Deo in ſacrificiis noſtris commendauimus. Recrudeſcit igitur et inualeſcit nunc apud multos.grauis in medicum ſuſpicio, quod potione nefaria ambos interfecerit. Ego quidem tam immane ſcelus de homine docto ac diuite non libenter credo. Neque tamen de negligentia eum excuſare auſim, quod non iuerit perſonaliter in apothecam, vt videret, ne quid alieni admiſceretur. Filius eo die, quo ſumta potione obiit, nouas induerat caligas, vt rediret in gynaecium ad nouellam vxorem. Pater quoque pridie quam obiit, etſi langueret, non tamen lecto addictus erat, ſed cauſas audiuit, atque etiam ad coenam iuit in gynaecium, a cibo tamen abſtinens, ſumturus a quatuor medicis et clyſterium inferne, et potionem ſuperne. Quibus ſumtis, tanto per eam noctem vexatus eſt dolore, vt mane ſummo accerſierit Paſtorem Dresd. confeſſorem ſuum, Theol. D. qui coram eo celebrans ſacram ei dedit communionem, et extremam quoque vnctionem. Et ſecuta fuit tanta totius corporis defectio, vt iacuerit aliquandiu immobilis. Deinde reſpiciens coepit orare Pater noſter, Aue Maria, Credo. Cumque crebro diceret, benedictus Dominus Deus in omnibus operibus ſuis, emiſſis ſingultibus duobus leniſſime inclinato capite expirauit. Obiit Filius 26. Februarii, Pater 17. Aprilis. Frater noſtri Principis ac Patris Patriae Dux Henricus propter Lutheraniſmum alienatus

a fra-

a fratre morienti non affuit: eodem tamen die Dresdam e Friberga in ſera nocte de obitu illius certior factus aduenit. Sed neque Dresdae neque hic Miſnae interfuit ſacris, quae more catholico peracta ſunt. At pia nobilitas, Conſiliarii domeſtici, et aulae proceres honeſtiſſime interfuerunt omnibus ſacris, nec voluerunt quicquam de more intermittere. Nunc igitur in ſummis verſamur periculis. Catholici enim proceres nolunt introduci Lutheraniſmum. Qua de re cras ſerio tractaturi ſunt Dresdae cum Duce Henrico. Crediderim equidem ipſum ſenem poſſe perſuaderi, vt nobis ritus noſtros antiquos permittat, ſed vereor, ne vxor et Anthonius de Schonberg eum omnino auertant — — (Ex Miſna 18 April. 1539.

N. XII.

Andr. Oſiandri ep. de Colloquio Wormatienſi.

Gratiam et pacem etc. Poſt ea, quae ex proximis litteris cognouiſtis, cum iam noſtri colloquium vrgerent, varie tentatum eſt a Granuela, vt noſtros a formula Hagenoica deduceret, aſſerens commodius ad veritatem indagandam et ad celeritatem negotii fore, vt arctius colloquium, nempe vtrinque trium tantum inſtitueretur. Noſtri conſtanter recuſarunt, idque aliquoties, nam nos non adhibebamur. Tandem eo ventum eſt, vt proponeretur noua formula nobis quoque praeſentibus (nam a noſtris adhibebamur non ſine cauſa, vt poſt intelligetis) nempe vt vndecim quidem ſtatus, ſicut antea conuenerat, colloquio intereſſent, ſed vnus tantum vtrinque collocutor conſtitueretur, qui nomine vndique vocum loqueretur. Vtque a notariis non omnia, ſed praecipua tantum capita earum rerum, de quibus inter nos vel conueniret, vel controuerſia maneret, notarentur, et ſi quis diuerſum a maiore parte ſuorum (propter Palatinos, Brandenburgicos et Cliuenſes hoc inuentum erat) diſſentiret, is poſſet ſententiam ſuam ſcriptis tantum Praeſidentibus inſinuare,

ſinuare, non voce teſtari, eaque ſcripta in manibus Commiſſarii eſſent, nec cogeretur cuiquam, niſi placeret, communicare, aliaque nonnulla quae in formula ſcripta comprehenduntur. Noſtri deliberationem inſtituunt. Granuela ad conuiuium adhibet Philippum, Vicecancellarium Saxonicum, et Iacobum Sturmium, ac neſcio quos alios. Res mihi ſtatim ſuſpecta, nam et Philippus, vt eſt vaferrimus, ſe non ad Granuelanum iturum, ſed aliis illuc euntibus ſe cum Norimbergenſibus coenaturum, et tamen aliud cogitabat ac faciebat.

Quid Granuela poſt coenam, quam fatentur fuiſſe iucundiſſimam, cum illis locutus ſit, non eſt huius loci recenſere, certe Philippus more ſuo perturbatiſſimus et plenus ſolita puſillanimitate diſceſſit, reliqui quoque proximo diluculo in deliberatione ſic ſe gerebant, vt nemo non ſentiret eos mutatos et transformatos eſſe. Quid multa? Oritur nouum quoddam inter noſtros corpus, quod in deliberatione contendere audebat, et impudentiſſime contendebat: genuinum ſenſum formulae Hagenoicae eſſe, non vt vndecim vtrinque ſuo quisque ordine loquerentur in colloquio, ſed vt vno tantum loquente vndecim eſſent, qui conſultarent, quid ille dicere deberet, et in hoc adhibitos eſſe impari numero, vt plurium ſuffragia in deliberando ſemper vincerent. Videte per Deum immortalem, quid non audeat mutabiliſſimum animal, homo. Hoc pulmentum cum iam olim coqui inceptum eſſet per nebulones quosdam a noſtris, qui Caeſaris fauorem per fas et nefas aucupantur, cumque iam eſſet noſtris vt ederent proponendum, nos theologos quoque, quos antea neglexerunt, adhibuerunt, vt rerum ignari ſubito aſſentiremur, deinde culpa in nos deriuaretur. Fingitur enim nihil in hoc negotio concludendum, niſi Theologis prius auditis. Iubemur itaque inter nos colloqui. Fit. Dicuntur ſententiae contrariae illorum practicis, eaeque optimis et grauiſſimis rationibus munitae, quas et Philippus admirari ſe ſimulabat. Iubetur eas Dominis proponere.

nere. Tum bonus vir nil aliud niſi hoc illis narrat, duas eſſe ſententias, vnam leniorem, ſcilicet manendum in formula Hagenoica quoad fieri poſſit: alteram duriorem, *herter vnd etwas rauher*, ſcilicet neceſſe eſſe, vt maneatur in formula Hagenoica. Cauſas autem omnes tacet. Addit nos rogare, vt ipſi, quid optimum ſit, ſtatuant. Hunc dolum cum perfeciſſet noſter Sinon, poſt, ſimulata aegritudine, ad eam deliberationem non rediit. Illi vero nondum aſſecuti, quod volebant, reiiciunt deliberationem in alteram diem. Conuenitur mane hora 6. Interim nihilominus conſcribitur reſponſio in ſententiam peiorem, quaſi iam ſecuri eſſent, quid nos conſulturi eſſemus. *Doltzick* bonum et conſtantem virum praeſtitit. Interea *Iacob. Sturm* domi perſuaſerat ſuis, et habebat in omnes actionis partes idoneum, ſimiolam Butzerum. Mane praeoccupant, praehenſant, ille nobiles, hic theologos, ſatagunt, inculcant, orant, promittunt, nihil fore periculi, vt omnes in ſuam ſententiam pertrahant. Conſidetur, rogantur ſententiae, primum a Philippo, qui ad hoc ſemihorulam aderat. Reſpondet, quaeſo a te, D. I. Sturmi, cum in omni deliberatione intuendus ſit finis, vt prius dicas mihi tuam ſententiam, an conſilia in hunc finem ſint dirigenda, vt colloquium deſtruatur, et nos diſcedamus, an vero vt colloquium procedat? Ille accepta occaſione diſputauit ſesquihoram fere, non de hoc, quod quaeſitus erat, ſed vt ſuam omnibus opinionem probaret, nobisque tempus dicendi auferret. Succinunt alii eiusdem farinae. Rogantur tandem iterum ſententiae, non a Theologis iam, vt coeptum erat, ſed ab aliis. Vbi quisquis aliud quam Sturmio videbatur, dicebat, interrumpebatur, confutabatur, et impediebatur. Philippus interim ſe ſubduxerat, pomo contentionis iniecto. Poſt prandium iterum conuenitur, rogamur, imo iubemur colloqui, et ſententiam noſtram communicatam illis indicare. Ego negabam me cum quoquam velle colloqui, ſi non ſententiae noſtrae nudae et ſuis rationibus orba-

orbatae proponerentur ſicut heri, nos nihil niſi riſum aut inuidiam concitare, ſatius eſſe vt omnino taceremus. Rogor iterum a Crucigero, quid Dominis reſpondendum, reſpondeo, vt, cuius ſententiam ſcire velint, eum rogent. Poſtea facta dicendi facultate fortiter impugnaui eam opinionem, quae tum tantis ac tam feruentibus ſtudiis agitabatur. Capita meae ſententiae erant.

Eſſe periculoſum coram Deo et Magiſtratu, diſcedere a formula Hagenoenſi vel ab eo intellectu, quem Magiſtratus noſtri habuiſſent, cum nos mitterent, quemque hodie genuinum crederemus.

Eſſe turpe, quia toties proteſtati ſe facultatem ab ea diſcedendi non habere a ſuis Dominis.

Eſſe etiam adhuc periculoſum, nam vno articulo Hagenoicae formulae derelicto non poſſe amplius quenquam contra voluntatem Caeſaris retineri. Item de falſa deinde interpretatione dixi, eſſe contra naturam rei, contra naturam linguae, contra ſententiam eorum, qui nobis mandata dediſſent, contra conſuetudinem eccleſiaſticam, contra ſenſum communem, contra intellectum aduerſae partis, contra intellectum praeſidentium, qui in ipſa actione ſic ſe intelligere vt nos declaraſſent, contra praeiudicium colloquii Auguſtani in hac eadem cauſa habiti, quia illic non duo tantum aliis clam ſuggerentibus locuti eſſent, ſed ſuo quisque ordine etc. Tum interrogaui ſi Principes iraſcerentur, quod a formula Hagenoica ſe deduci paſſi eſſent, vel ſi publico ſcripto teſtari vellent ſibi Hagenoicam formulam falſa interpretatione extortam, illique conſtanter negarent ac mentiri noſtros dicerent, an tamen ſatis fore crederent, ſi contra tot cauſas recte intelligendi afferrent vnam falſam interpretationem priuatim inter paucos, noctu in conuiuio in vino ortam. Nam praetendebant ſe ex Granuela intellexiſſe, quod haec deberet eſſe ſententia formulae Hagenoicae etc. quid ſi negaret ille aut rideret nos verba conuiualia praetuliſſe publicis actis. In hanc ſententiam cum fuſius peroraſſem, plerique occulte fremebant

mebant et indignabantur, noſter quoque. Sed ego non curo. Malo cauſae ne tanti ſceleris particeps fierem, quam hominum fauorem retinere. Poſt me Brentius dixit, ſed Butzerus tam impudenter eius orationem interrupit, vt multis alapa dignus iudicaretur. Quid tamen effecerimus, apparet ex reſponſione, quam noſtri dederunt. Virtemberg. et Luneburg. ſimpliciter contradixerunt, ideoque cum reſponſio daretur, adeſſe noluerunt. Poſtero die, cum ciues quidam cum equite noſtro in proximas villas ob emendum Ebnero vinum exiuiſſent, retulerunt famam inter ruſticos eſſe, Granuelam quosdam e noſtris pecunia corrupiſſe. Et hodie poſt concionem Philippus Brentio dixit famam eſſe, Cancellarium Palatini, qui ſolus inter Praeſidentes aequus et bonus eſt noſtrae cauſae, a Granuela pecunia tentatum, ſed non potuiſſe corrumpi. Eadem die mane Butzerus ad Landgrauium profectus eſt, quid practicaturus neſcitur. Quid futurum ſit, an colloquium procedat vel non, nondum coniicere poſſumus, ſed breui cum res ipſa declarauerit, perſcribam. Valete et pro nobis orate. Dabam Epiph. 41.

Wenc. Linckii ep. ad Iuſt. Ionam de colloquio Wormatienſi.

Gratiam et pacem a Deo patre per I. C. Dominum noſtrum Amen. Ne videar tui oblitus, optime Iona, vtque praeſtem officium et amicitiam noſtram veterem renouarem, decreui litteras ad te dare, ſaltem bonae voluntatis indices, etiamſi rerum materia ſit inanis. De rebus et actis huius conuentus exiſtimo te ſatis edoceri per tuos, hinc praeter rem exiſtimo de his multa ſcribere. Sedemus hic in medio ſcorpionum, et practice diſcimus intellectum multarum ſcripturarum, quod ſit lingua doloſa, quod omnis homo mendax. Eripe me Domine ab homine malo etc. Non enim niſi technis agitur nobiscum, fucis ac dolis, nihilque minus quaeritur, quam vt colloquium

um vere Chriſtianum habeatur. Interpretantur autem decretum Hagenoenſe et Caeſaris reſcriptum de ſecreto et priuato colloquio. Quare non obſtante longo tractatu de vocibus dandis et notariis conſtituendis tandem voluerunt, vt ex vtraque parte non niſi vna vox ederetur. Deinde vt a qualibet parte tres priuatim colloquerentur. Quorum dum nullum noſtri vellent acceptare, propoſuerunt, ſe colloquium iuxta formam Haganoicam inſtituere, ſed dicebatur Baioaricos et Moguntinos contradixiſſe. Diſcedendum igitur erit nobis, vt puto, rebus infectis, nec niſi ſaccos plenos miſeriarum domum deferemus. Nihil enim aliud ſpirare videntur Papiſtae, quam minas, caedes et bella. Nam fama eſt, Papam promiſiſſe Caeſari X. auri Tunnas, ſi bellum contra nos inſtituat. Baioariorum ſimul omnes expenſas ſoluturum, etiam quas hactenus fecit pro apparatu bellico. Granueli quoque filio galerum cardinalitium, et neſcio quae alia. Fiat quod bonum eſt in oculis Domini. Caeterum non habemus noua te digna. Ora Dominum pro nobis, in quo vale felix Amen. Inter aduerſarios, qui ſunt a parte Papae, magna fuit altercatio. Primo namque non poterant bene ferre Legatos Palatini, Brandenburgici et Iuliacenſis, quod nobiſcum ſentirent. Deinde nec Eccius concordare potuit cum Monachis, eo quod ei contradicerent, vnde aliquoties ſecedere coactus eſt caeteris interloquentibus. Item Minorita quidam prouincialis, qui intererat colloquio nomine Epiſcopi Salzburgenſis, excluſus dicitur ab eorum conſiliis, quia dixerat nos habere fundatam cauſam, viderent ipſi, quomodo ſua quoque fundarent, hinc receſſit. Eccius item cum de originali peccato legeret, omnes homines naſci in peccato originali, adiecit, excepta Maria Virgine. Pelargus Monachus de ordine Praedicatorum id audiens reſpondit, quid hoc eſt? et dum iterum ille ſic legeret, excanduit Monachus. At Eccius ironice dixit: Ego bene cogitaui, quod hanc picam ad ſaltandum prouocarim. In ſumma nihil minus ſtatuerunt

aduer-

aduerſarii, quam nobiscum colloqui. Primum quod Legatus Papae mandatum habet non admittendi, quia cauſſae religionis nequaquam priuatis colloquiis, ſed generali concilio ſint agitandae. Deinde quod nihil de ſuis adinuentionibus velint remittere, quod Nauſea quoque Philippo conqueſtus dixit, ſuos in nullo velle cedere vel reformari, cum tamen multa ſint reformanda. Cochleus quoque dixiſſe fertur, ſe non ad aliud colloquium eſſe miſſum, niſi quatenus nos reducat ad Eccleſiae gremium. Sed eo Eccius dixit, ſe habere mandatum, vt nihil remittat de veteribus ritibus. Ex quibus omnibus liquet, eos nec velle nec poſſe colloqui cum fructu ſinceritatis. Interim detinemur. Vale iterum. Datae Vormatiae 10. Januarii 1541.

Clariſſimo Viro D. Iuſto Ionae Eccleſiae Vitenbergen. praepoſito fratri et amico ſuo chariſſimo.

N. XIII.

Scripta duo de Coena Domini exhibita Ratisbonae Anno 1541.

Chriſtus inquit: Accipite, manducate, hoc eſt corpus meum, et deinde: hic eſt ſanguis meus. Ideo fatemur in Coena Domini vere et realiter corpus et ſanguinem Chriſti adeſſe, et cum pane et vino exhiberi.

Triplex autem finis eſt, primus, vt hac ſumtione admoniti recordemur paſſionis et reſurrectionis Chriſti, et erigantur piae mentes fide, agnoſcentes filium Dei pro nobis paſſum eſſe, nosque ſumto corpore et ſanguine Chriſti factos eſſe membra, et habere reconciliationem propter filium Dei. Hac fide per ſacramentum applicatur nobis gratia.

De hoc fine concionatur ipſe Chriſtus inquiens: hoc facite in mei recordationem. Vult enim nos retinere memoriam paſſionis et promiſſi beneficii. Nec vult tantum hiſto-

hiſtoriae memoriam conſeruari, ſed vult, vt haec beneficia in vſu Sacramenti nobis fide applicemus.

Secundus finis eſt, vt Deo pro immenſa miſericordia erga nos, et filio pro nobis dato viciſſim gratias agamus in vſu huius Sacramenti.

Tertius finis eſt, vt facti membra vnius corporis Chriſti admoneamur de mutua dilectione. Quare Paulus inquit: Sicut vnus eſt panis, ita vnum corpus multi ſumus. Semper autem de Sacramentis regula tenenda eſt, eſſe ea principaliter teſtimonia voluntatis Dei erga nos, ſeu gratiae: poſtea alii fines accedere poſſunt.

Docemus et hoc, neminem ad vſum huius Sacramenti idoneum eſſe, perſeuerantem in delictis contra conſcientiam, nec admittendos eſſe eos, qui obnoxii ſunt manifeſtis criminibus. Docemus igitur Apoſtolicam regulam: Probet ſeipſum homo, et ſic de hoc pane edat. Vt autem Irenaeus inquit: Euchariſtiam conſtare duabus rebus, terrena et coeleſti: Et Paulus inquit: Panis, quem frangimus, participatio eſt corporis Domini; ita nos docemus, cum pane conſecrato exhiberi corpus Chriſti ſumentibus. Nec docemus fieri transſubſtantiationem, vt vocant, ſeu abiici ſubſtantiam panis, et ſequimur multorum ſanctorum Patrum firma et perſpicua teſtimonia.

Alterum ſcriptum pro defenſione praecedentis ſcripti.

Illuſtriſſime Princeps et illuſtris Domine. Magnitudo negotii, in quo verſamur, non poteſt non afferre moras aliquas. Ideo reuerenter precamur, vt boni conſulatis, quod non citius reſpondimus. Nec mirum eſt, propter abuſus multorum ſeculorum difficiles iam de Coena Domini deliberationes eſſe. Sperabamus autem reuerendis et doctiſſimis viris, delectis ad colloquium, ſatisfacturam eſſe confeſſionem doctrinae noſtrae de Coena Domini

mini nuper exhibitam, quae ad communem concordiam certe profutura erat.

Nam perſpicue teſtati ſumus, nos amplecti et tueri communem conſenſum catholicae Eccleſiae, quod in Coena Domini conſecrato pane et vino, vere et realiter adſint et ſumantur corpus et ſanguis Domini. Teſtati ſumus etiam in Auguſtana Confeſſione, nos improbare eos, qui negant adeſſe et ſumi verum corpus Chriſti. Abhorremus enim a profanis iudiciis in hac cauſa, vt ipſa formula exhibita et Apologia iam olim edita teſtantur, Nec in libro, quem Inuictiſſimus Imperator a nobis inſpici voluit, plus eſt, quam in noſtra formula, niſi quod in margine libri quaedam verba, vt apparet, ab alio autore, adiecta ſunt.

Miramur igitur, reuerendos Dominos delectos non fuiſſe contentos noſtra ſimplici et perſpicua confeſſione, quae certe ad concordiam profutura erat. Retinet enim id, quod doceri neceſſarium eſt. Sed delecti addiderunt alios articulos, quos omittere ad concordiam vtilius eſſet.

Primum enim cum retineamus doctrinam de praeſentia corporis Chriſti, quid opus eſt, quaerere de modo? Recentes ſunt hae diſputationes de transſubſtantiatione, et ſunt diſſimiles, nec intellectae ipſis Scriptoribus. Tantum abeſt, vt populus intelligat. Loquimur igitur verbis Pauli et veterum Patrum.

Cum Paulus dicat: Panis, quem frangimus, eſt participatio corporis Domini, nos quoque dicimus, cum pane conſecrato vere adeſſe et ſumi corpus Chriſti. Sic et Irenaeus locutus eſt: conſtare Euchariſtiam duabus rebus, terrena et coeleſti. Nec dubium eſt, quin terrenam vocet panem. Huic adiungit rem coeleſtem, videlicet corpus Chriſti. Sic Cyrillus: Dominus fragmenta panis dedit, inquiens, hoc eſt corpus meum: non ait, dediſſe accidentia panis. Noua eſt haec imaginatio, quae fingit accidentia ſine ſubiecto. Vnde natae ſunt infinitae

quae-

quaeſtiones inutiles de muribus rodentibus conſecratum panem, et ſimiles indignae Eccleſiae grauitate. Denique eo proceſſerat vanitas diſputatricis illius Theologiae in hac quaeſtione, vt fuerit opus emendatione. Interim ſilentium erat de veris vtilitatibus tanti muneris.

Epiphanius diligenter deſcribens et dogmata Eccleſiae et deinde Sacramenta, inquit: Cibus quidem panis eſt, ſed in eo eſt corpus Chriſti, quod viuificat. Diſerte inquit, in eo. Nondum enim orbis terrarum vocabulum transſubſtantiationis audierat.

Cyprianus inquit: Nec poteſt videri ſanguis eius, quo redemti et viuificati ſumus, eſſe in calice, quando vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur.

Auguſtinus ſatis ſibi conſtat, ſi dextre intelligatur. Quod videtur, panis eſt, quod fides poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti. Et perſpicua eſt Gelaſii Romani Pontificis teſtimonium, qui inquit: Certe Sacramenta, quae ſumimus, corporis et ſanguinis Chriſti, diuina res ſunt, propter quod, et per eadem diuinae efficimur conſortes naturae. Et tamen non deſinit eſſe ſubſtantia vel natura panis et vini. Sic et Nicaena Synodus loquitur: Non attendamus ad panem et poculum in diuina menſa propoſitum, ſed attollentes mentem fide, cogitemus, iacere in ea menſa agnum Dei. Coniungit igitur panem et corpus Chriſti.

Nec ignoramus recentiores Scriptores poſtea philoſophatos eſſe de abiectione ſubſtantiae panis. Et maxima turba eſt recentium ſcriptorum. Sed nos cum Paulo et vetuſta Eccleſia loquimur. Et haec ſententia praecidit quasdam periculoſas diſputationes.

Audimus autem D. Eccium nuper poſt exhibitam formulam coram vobis contumelioſe in nos inuectum eſſe, et crimen nobis obieciſſe falſi, quod fraude corrupta aut ſuppoſititia teſtimonia citemus. His calumniis fidem teſtimoniis noſtris detrahere conatur. Sed erit iudicium ſanorum, prudentum et eruditorum virorum toto orbe terra-

terrarum de vtraque re: vtri plus fidei et iudicii in citando adhibeant.

Non venimus rudes ad hanc cauſam, ſed peruestigata eſt nobis tota antiquitas, et quaſi cum Eccleſia ipſa deliberantes inquiſiuimus omnium veterum ſententias, vt noſtris Eccleſiis firmam et ſalutarem doctrinam traderemus, et acquieſcimus in ea ſententia, quam exhibuimus. Quam et piam et ad ſedandas diſcordias vtilem eſſe iudicamus. Sed ſi D. Eccius volet excitare maiora certamina, prouidendum eſt bonis gubernatoribus, ne tales contentiones inflamment et augeant diſſidia.

Haec commemorauimus, vt cum conſtet, nos retinere veram praeſentiam, ne cogamur, recipere ea, quae addidit recentior aetas de abiectione naturae panis. Adiecti ſunt articuli de reponendo Sacramento, et de repoſitae partis adoratione, qui, vbi eſt vſus integri Sacramenti ſeu vtriusque ſpeciei, locum non habent. Nam vinum repoſitum ſtatim corrumperetur. Nec nos vſum vnius partis, aut abuſus inde ortos confirmare noſtra approbatione poſſumus, ſicut in multis Eccleſiis nec quondam reponebatur, quod ſupererat poſt communionem, vt docet cap. 3. de conſecrat. Ideo articulos a delectis oblatos non recipimus. Et reuerenter oramus, vt hanc noſtram reſponſionem Celſitudines veſtrae boni conſulant. Nosque ad reliquam collationem offerimus.

His addit Pezelius ſequentia.

Hoc ſcriptum D. Granuelanus primum non voluit accipere, poſtea a prandio oblatum a Cancellario Saxonico et Alexandro von der Than accepit, et rurſus delecti tertia hora conuenerunt.

Sequentia axiomata ſcripſit Philippus Lantgrauio Philippo Haſſiae Principi Ratisbonae.

I. Tunc fit Sacramentum, cum omnes cauſae concurrunt, et ſeruatur intentio eius finis, qui inſtitutus eſt, conſequen-

ſequendi. Vt ſi quis vteretur baptiſmo magice pro morbi alicuius depulſione, iam non eſſet baptiſmus. Coena fit ad ſumendum. Ergo tunc tantum Sacramentum eſt, cum accedit ſumtio.

II. In Sacramentis debet eſſe certitudo. In actione tantum eſt certitudo. Ergo tutiſſimum eſt actione contentum eſſe.

III. Praeſentia eſt voluntaria. Non eſt conuerſio phyſica, aut localis incluſio. Ergo eſt actionis praeſentia.

IIII. Deus non eſt alligandus, vbi ipſe ſe non alligat. Chriſtus non alligauit ſe ad panem extra vſum, quia adeſt propter hominem, non propter panem.

V. Textus dicit, accipite, manducate, hoc facite.

VI. Chriſtus adeſt hominis cauſa, non propter panem, ſicut verba recitantur, non propter panem, ſed propter auditorem.

VII. Sacramentum conſtat verbo et ſigno, quae in vſu non debent diuidi. Fit diuiſio, cum datur panis ſine recitatione verborum, ſine concione.

Ergo eſt abuſus.

N. XIIII.

Epiſtola ſcripta nomine Proteſtantium pro quibusdam verſantibus in periculo Metenſibus ciuibus, quam compoſuit Phil. Melanchthon.

Illuſtriſſime Princeps, conſanguinee dilecte. Etſi non ignoramus, apud exteras nationes interdum de nobis iudicari durius, propterea, quod iis, qui Eccleſiaſticos abuſus pio ſtudio et veris rationibus taxarunt, non aduerſati ſumus: tamen cum ſciamus, Caritatem veſtram ſingulari prudentia et grauitate praeditam eſſe, arbitramur eam de nobis quidem iudicium adhuc ſuſpendere, donec hae controuerſiae aliquando legitima ratione audiantur et cognoſcantur, praeſertim cum manifeſtum ſit, multos eſſe veteres morbos Eccleſiae, de quibus neceſſe eſt tandem

pios

pios gubernatores populi Chriſtiani deliberare. Vere enim hoc affirmare poſſumus, nos ex animo ſemper optaſſe, vt pie cognitis rebus gloria Dei illuſtraretur, ſaluti hominum conſuleretur, et communis concordia et Eccleſiae pax conſeruaretur. Nam cum haec profeſſio nobis ingentia pericula, labores, ſumtus afferat, non eſt exiſtimandum, nos priuata cupiditate huic negotio fauere: non enim ob alias cauſas abuſus corrigi permiſimus, niſi propter gloriam Dei et Eccleſiae ſalutem. Quare cum cognitionem Eccleſiae ſemper flagitauerimus, nequaquam accuſari poſſumus tanquam ſeiuncti ab Eccleſia. Et omnes ſapientes Principes vbique oramus, ne quid de nobis ſecus ſtatuant ſine cognitione, quae decet Eccleſiam Dei. Haec petitio cum ſit aequiſſima, impetret a Caritate veſtra, ne grauatim has noſtras literas accipiat, quas de tranquillitate ciuitatis Metenſis ſcribendas eſſe duximus. Cum enim nuper eo legatos noſtros miſiſſemus nullius priuatae vtilitatis cauſa, ſed tantum vt ciues ad concordiam hortaremur, et viam oſtenderemus piam et ſalutarem, intelleximus quosdam inimicos iis, qui doctrinam puriorem expetunt moliri, vt ad ſua odia adiungant Carit. V. et auxilio Car. V. perterrefaciant aut opprimant honeſtos homines nobiles et plebeios, qui et ſunt tranquilli et fideles in omnibus ciuilibus officiis praeſtandis, nec aliud petunt, niſi vt habeant in aliquibus Eccleſiis doctrinam puram, et vſum Sacramentorum ſincerum. Scimus autem Car. V. naturae bonitate et voluntate ab iniuſta aſperitate abhorrere; ſed tamen calumnioſis delationibus interdum optimi ac mitiſſimi gubernatores incenduntur, vt non ſuae moderationi ſed alienis affectibus morem gerant. Promittunt ciues Metenſes, pro quibus ſcribimus, ſe in omnibus ciuilibus officiis omnia obedienter facturos eſſe, ſe nulla in re paci communi defuturos. Tantum Eccleſias ſuas recte conſtitui volunt. Id ſi impedietur, primum gloria Dei laeditur, deinde multa animarum et ciuitatis pericula ſequuntur. Poſtquam ſparſa eſt

lux aliqua Euangelii, multos abuſus iam intelligit populus. Hos ſi cogitur obſeruare contra conſcientiam, excutitur eis vera inuocatio Dei. Nam cum haeret metus in conſcientia, qui deponi non poteſt, fugit mens, non inuocat Deum. Quid eſt autem triſtius et deteſtabilius, quam impedire veram inuocationem Dei? Accidit etiam interdum, vt in tali perturbatione animorum concipiantur, vel ab erronibus audiantur falſae opiniones, vbi deſunt boni concionatores, qui publice doceant. Nocent autem prauae opiniones et animabus et paci publicae. E contra vero pia et ſalutaris doctrina etiam pacem ciuitatum munit. Conſtat enim doctrinam de omnibus ciuilibus officiis in hac ipſa luce Euangelii magis illuſtratam eſſe, quam antea vnquam. Et quanquam optandum eſt, omnes vera inuocatione et piis moribus Deum colere, tamen hi, qui doctrinam puriorem expetunt, non ſunt impedituri ceremonias caeterorum, qui ſecus ſentiunt. Viciſſim aequum eſt, non labefactari conſcientias horum, qui abuſus intelligunt, et vitare cupiunt. Rogamus igitur Carit. V. et amanter et diligenter, ne ſe incitari ſinat contra partem ciuitatis, quae Eccleſias recte conſtitui cupit, nec adiuuet eorum iracundiam, qui ciuilem ſanguinem haurire cupiunt. Nam haec cauſa qualiscunque videtur, certe nec poteſt nec debet promiſcuis et multis ciuium caedibus diiudicari. Nec vero dubitamus, quin Carit. V. pro ſua virtute digna bono principe maxime deteſtetur ciuilem crudelitatem, et velit vicinam ciuitatem tranquillam eſſe. Sic autem retineri tranquillitas poteſt, ſi neutra pars alteram vi impediat. Haec mutua moderatio maximeque ciuilis multis Germaniae ciuitatibus ſalutaris fuit. In quibus paulatim veritate clarius illuceſcente et diſſenſio mitigata eſt, et ſanatae ſunt voluntates. In his locis ſi violenta conſilia initio tentata eſſent, omnia funditus periiſſent. Semper in ciuium diſſenſionibus magis ſalutaria fuerunt mitia conſilia quam violenta. Quare Carit. V. pro ſua bonitate et ſapientia annitatur, vt tali moderatione

conſu-

conſulatur ſaluti ciuitatis Metenſis. Haec vt ſcriberemus ad Car. V. non priuato affectu, ſed honeſtiſſimis et publicis cauſis adducti ſumus, vt honeſti et innocentes homines, quorum multi propter virtutem et facultates patriae magno praeſidio atque ornamento ſunt, et vero timore Dei mouentur ad quaerendam de Chriſto ſaluatore puram doctrinam, ſint in tuto. Tales Principum beneuolentia tuendi ſunt. Ideo rogamus, vt has noſtras literas Car. V. in optimam partem accipiat, nosque noſtra officia Car. V. ſumma beneuolentia deferimus. Bene et feliciter valeat Car. V. Datum 7. Nouemb. 1542.

N. XV.

Lutheri epiſtola ad Ph. Melanchthonem ex MSC.

Accepi gratiſſimas litteras hodie Principis vocantis me domum, mi Philippe, et feſtino abire ſatur plus quam ſatis. Tamen cura, vt mihi occurrat nuntius, qui afferat modicum corroſiuae, qua crus meum aperiri ſolet. Nam pene totum ſanatum eſt vulnus, quod quam periculoſum ſit, noſti. Namque hic non habetur eiusmodi corroſiua. Ketha mea nouit, quo loco in hypocauſto poſitum ſit hoc genus cantari iam neceſſarii. Papa Paulus tertius tertio Ianuarii mortuus eſt et ſepultus, id quod pro certo huc ſcribitur eſſe verum. Epiſcopus Colonienſis vocat Comitem Albertum ad Comitia Comitum Northuſium primo Martii, acturus ibi cum illis de rebus ad Comitem pertinentibus. Nam excludi ſentit per N. Comites ex Epiſcopatu Colonienſi. Cetera Deo volente coram breui. Nam me hic abrumpere volo. Vale in Domino 14. Ianuarii 1546.

N. XVI.

Melanchthonis epiſtola ad Chriſtoph. Carleuizium *).

Cum de beneficio illuſtriſſimi Principis Electoris ac de tuo ſtudio in cauſa Ionae amanter ad me ſcripſeris, et adiunxeris adhortationem, vt conſilia inſtituta de concordia Eccleſiarum meo loco adiuuarem, de vtroque negotio neceſſario reſpondendum eſſe cenſui; teque oro, vt hanc meam epiſtolam longiorem, quam quales ad occupatos ſcribere ſoleo, non grauatim legas. Totum enim me tibi aperio. Primum autem gratias ago Illuſtriſſ. Principi et tibi, quod aetatis et domeſticarum calamitatum Ionae miſeratio plus apud vos valuit, quam iniuriae memoria. Nec enim ignooras, quantum decus ſit parcere ſubiectis, vt ille inquit, ſi tamen naturae ſunt ſanabiles. Nunc de adhortatione: primum hoc tibi affirmo, me optare, vt Illuſtriſſimus Princeps de ſua et conſilii ſententia ſtatuat, quod videbitur maxime ſalutare fore et ipſi et reipublicae. Quidquid ergo decreuerit Princeps, etiamſi quid non probabo, tamen nihil ſeditioſe faciam, ſed vel tacebo, vel diſcedam, vel feram [a]), quicquid accidet. Tuli etiam antea ſeruitutem paene deformem, cum ſaepe Lutherus magis ſuae naturae, in qua φιλονει-

νια

*) Extat tomo Lugd. Epp. Mel. p. 20. et in Relatt. Innoc. A. 1730. p. 381 ſqq.

a) Cum Flacius illiusque aſſeclae calumnioſiſſime haec verba interpretentur, afferam apologiam ex Scholaſticorum Vitebergenſis Academiae Epiſtolis (Viteb. 1571. 4.) plag. z. 3. hac explicatione vtentium: *Cedam*, ſi cedere mihi et euadere licuerit, *aut tacebo*, i. e. non turbabo remp. nec veſtro periculo fortis ero, nec meae ſalutis cauſa, vt me ſeruem, coelum terrae miſcebo, nec machinationibus et practicis commouebo ſeditiones, ſed tacebo ad vos quidem, meo vero loco et meo periculo, vbicunque opus erit, vel ex carceribus dicam, quod ſentio: ſicut hoc declarauit ipſe. Si neutrum mihi contigerit, feram, quicquid acciderit, ero paratus ad exilia, ad ſupplicia, ad mortem.

κία*) erat non exigua, quam vel perſonae ſuae, vel vtilitati communi ſeruiret. Et ſcio omnibus aetatibus vt tempeſtatum incommoda, ita aliqua in gubernatione vitia modeſtis arte ferenda et diſſimulanda eſſe. Sed ſi non modo ſilentium a me flagitari dicis, verum etiam ſuffragationem, non dubito te Virum ſapientem et hominum naturas introſpicere, et ſagaciter de ingeniis ac voluntatibus iudicare. Non ſum natura φιλονεικος, ac ſi quis alius, conſociationem hominum valde amo. Nec moui has controuerſias, quae diſtraxerunt Rempublicam; ſed incidi in motas, quae cum et multae eſſent et inexplicatae, quodam ſimplici ſtudio quaerendae veritatis, praeſertim cum multi docti et ſapientes initiis applauderent, conſiderare eas coepi. Et quanquam materias quasdam horridiores autor initio miſcuerat, tamen alia vera et neceſſaria non putaui reiicienda eſſe. Haec cum excerpta complecterer, paulatim aliquas abſurdas opiniones vel ſuſtuli vel lenii. Cumque tribunitia paſſim in tota Germania plebs in conuiuiis, et indocti Concionatores in templis igni oleum adderent, primum in inſpectione Eccleſiarum multa correxi, quo tempore ita accenderunt aduerſus me aulam propter ſtudium moderationis nonnulli, qui iactitant ſe nunc veluti caduceum tenentes in Conuentu Auguſtano concordiae autores eſſe, vt vita mea in diſcrimen veniret. Ac poſtea annis fere viginti alii me frigus et glaciem nominarunt, alii me aſſentari aduerſariis dixerunt. Memini quendam mihi obiicere, me ambire galerum Cardinalitium. Hac iniquitate iudiciorum nihil motus, cum in his operis ſcho-

*) Melanchthon ipſe ob hoc verbum ſe defendit in epiſtola quadam ad Theod. a Moltzan: Fortaſſe, quid ſignificet φιλονεικος, Ariſtarchi noſtri non conſiderant. Non eſt crimen, ſed παθος vſitatum heroicis naturis, quod nominatim Pericli, Lyſandro, et Ageſilao Scriptores tribuunt, et omnino erant in Luthero heroici impetus. Nec mirum eſt, nos, quorum naturae ſunt ſegniores, interdum mirari illam vehementiam, praeſertim cum tam multis controuerſiis motis quaedam haereant.

laſticis dici de Eccleſiae doctrina neceſſe eſſet, res neceſſarias, quanta potui proprietate expoſui, multas praeſcidi inutiles quaeſtiones, quosdam ſcopulos praeterii, ne accenderentur maiora diſſidia, et profuiſſe hanc propriam explicationem ad conſenſum Eccleſiarum in multis regionibus non obſcurum eſt. Sed quidam ideo mihi iraſcuntur, quod inuitaſſe iuuentutis ſtudia ad doctrinae noſtrae genus exiſtimor, et confirmaſſe multorum voluntates. His idem reſpondeo, quod mota republica Attica et translata gubernatione ad quadringentos reſpondit Piſandro Sophocles interroganti, cur ſtatum quadringentorum adiuuiſſet? Quia, inquit, nihil vidi in republica fieri melius potuiſſe. Non inflectere me ad aduerſarios volui, vt me hortabantur multi potentes viri, quia iudicaui rectius et his regionibus nunc quidem conuenientius eſſe, harum Eccleſiarum ſtatum, quibus officiis poſſem, tueri et ornare, quanquam et hic ſtatus non meo, ſed aliorum conſilio conſtitutus erat, in quo etſi quaedam mihi diſplicebant, vt in omni gubernatione aliqua ſunt vitia, tamen in hoc agmine, in quo ſtudium erat quaerendae veritatis, eſſe malui, quam apud hoſtes, qui iniuſtam ſaeuitiam exercebant: et deinceps quoque tranquillitati harum Eccleſiarum libenter ſeruiturus ſum. Sed turbari eas vel mutato genere doctrinae, vel pellendis honeſtis viris nequaquam velim, deque eorum noua diſſipatione cum cogito, ingenti dolore iam quoque afficior. Nihil tam tenerum eſt, nihil facilius turbatur, quam inuocatio Dei in mentibus hominum. Nec maius vllum malum eſt, nec acrior vllus dolor, quam inuocationis labefactio.

Aſſentior, inquies, nec mutabitur genus doctrinae. Tanta eſt Caroli Imperatoris pietas, vt ſanare et coniungere Eccleſias velit. Credo Imperatoris voluntatem bonam eſſe, et video mediocres conditiones proponi. Sed tamen pauca quaedam mitigari optarim. Multa ſponte et liberaliter largior, de quibus acerrime pugnarunt alij. Politiam Eccleſiaſticam, vt Epiſcopis et ſummo Epiſcopo tribua-

tribuatur autoritas, quae deſcribitur in libro Auguſtano, conſeruari opto. Fortaſſis natura ſum ingenio ſeruili. Sed tamen vere ita ſentio, modeſtiam eſſe conuenientem bonis mentibus, gradus gubernatorum non labefactare. Forma vetus Collegiorum magno conſilio conſtituta eſt ad exemplum Eccleſiae, quae in populo Iſraelis fuerat, vt ibi doctrinae cuſtodes et teſtes eſſent, et ſunt in Collegiis illis alicubi docti viri, nec exiſtimandum eſt, ad diuturnitatem aulas Principum illiteratorum futuras eſſe in cuſtodienda doctrina diligentiores. Libenter et ceremonias, quas liber praecipit, recipio. Scio enim diſciplinae partem eſſe ceremonias, et opinor vitam meam teſtari, me diſciplinae et ordinis amantem eſſe, et conſtat meis ſcriptis qualibuscunque inuitari iuuentutem ad intelligendam et amandam diſciplinam. Puer etiam in templis ſingulari voluptate ritus omnes obſeruaui, et natura mea alieniſſima eſt ab illa Cyclopum vita, quae ignorat ordinem actionum, et odit ritus communes velut carcerem. Nec tantum amplector haec, quae recenſui, ſed perſuadere etiam aliis eandem ſententiam ſtudebo. De fide autem fuit admonitio neceſſaria, quam ad vos miſi, et obtineri poſſe emendationem arbitror.

In ea etiam cauſa melior eſt voluntas Imperatoris, quam eorum qui formulam compoſuerunt, qui glorioſum ſibi eſſe ducunt, nos tanquam pueros praeſtigiis ludificari. Quanta in inuocatione ſanctorum in aliis nationibus et quam tetra exempla vidiſti ipſe, talia nequaquam ſtabiliam mea ſuffragatione. De ceteris articulis nunc non pugno. Illud autem in hac deliberatione etiam conſiderandum eſt, quid mediocribus Paſtoribus perſuaderi poſſit. Vellem igitur vos et praecipuis ex ſenioribus Paſtoribus conſilium veſtrum plane exponere, ac oſtendere, cur hanc conciliationem Eccleſiis profuturam eſſe exiſtimetis. Horum apud vicinas gentes autoritas etiam valeret, quorum voluntates ſi non adiunguntur ad veſtras, noua diſſidia erunt. Si quis autem ſtultam vel iniuſtam pertinaciam eſſe iudi-

iudicabit, non aſſentiri libro in omnibus articulis, et abuti nos lenitate Imperatoris dicet, huic reſpondeo, me non ſolum publicae pacis cauſa, ſed etiam ne inuocatio in rudioribus turbetur, multa largiri et diſſimulare, nec ignorare me illud Pindaricum: *το σιγαν πολλακις ἐςι σοφωτατον ἀνθρωποις.* (tacere ſaepe eſt ſumma ſapientia hominibus.) Sed modus eſt quidam eius rei. Si autem hac moderatione placare potentes non poſſum, et videor eſſe Eccleſiae *ἀλαςωρ* (daemon crudelis) aut videor apud noſtros amens fuiſſe velut Melanthius apud procos Penelopes, autor pecoris edendi, vt Ouidii verbis vtar, vel monſtrator armorum, feram Deo iuuante, quae accident, non vt illi Melanthio, ſed vt aliis multis, qui in bonis cauſis etiam leuioribus veritatem vitae antetulerunt. Nec impediam, quo minus conſtituant rempublicam ſuo arbitrio gubernatores. Etſi autem ſcio hanc noſtram moderationem non ſatisfacere iis, qui ſummam potentiam tenent, tamen te oro, vt cum haec certamina non mouerim, et ſine petulantia veritatem quaeſiuerim, et meae explicationes multis bonis rebus aliquid lucis attulerint, mihi vt veniam des vel ſtudio Eccleſiarum noſtrarum cupienti, ne earum tranquillitas turbetur, vel alioquin minus videnti quid expediat.

Conſiliis de bello nunquam adhibitus fui, cumque Ducum naturas noſſem, dolui eos arma capere. Sciebam et illud, nihil ſimile eſſe Pelopidae et Epaminondae, meumque iudicium et dolorem ante bellum iis oſtendi, quorum apud Principes valebat autoritas. Neque vero ſum Stoicus, et fortius cum Zenonis familia praeliari ſoleo, quam noſtri Duces ad Danubium praeliati ſunt, nec ad Stoicum fatum refero hanc calamitatem, ſed multis nos magnis delictis attraxiſſe poenam agnoſco, ac Deum oro, vt in ira ſua miſericordiae recordetur, et ſeruet Eccleſias et Politias, quae ſunt hoſpitia piorum ſtudiorum. Bene vale, 4. Cal. Maii, 1548.

N. XVII.

N. XVII.

Conuentus ob Interim A. 1548. habiti *).

Propter Interim octo conuentus coegit hoc anno Mauritius Elector, quibus Philippus omnibus, primo excepto, quod ſecedere iuſſus fuiſſet ob metum Caeſaris, interfuit. Scripta etiam omnia, quae in illis conuentibus fuere exhibita, Philippus compoſuit. Ante actiones etiam horum conuentuum conſultus Philippus a Mauritio Electore de Synodo, reſpondit ſcripto, quod extat in Actis ſynodicis, O 1 b.

Conuentus autem et ſcripta ordine hi ſunt:

I. *Cygnaeus.* Ad hunc conuentum ex receſſu miſit Philippus primum ſcriptum de Interim, cum doctiſſima epiſtola ad Crucigerum, extat in Actis ſynodicis Q 2 b. Hoc ſcriptum paulo poſt ſecutum eſt aliud eiusdem Philippi de inſidioſa et fraudulenta deprauatione articuli de Iuſtificatione in libro Auguſtano. Item demonſtratio et refutatio fuci, quo pingitur priuata Miſſa in libro Auguſtano. Extant in Act. Synod. R 2 et 3.

II. *Cellenſis.* In hoc conuentu ſcripſit Philippus cenſuram pleniorem de ſingulis libri Auguſtani capitibus. Extat in Act. Synod. S 2. Cella vix domum reuerſus Melanchthon ſtatim poſtridie quae erat 29 April. germanicum ſcriptum de eodem negotio componit, quod conuerſum in latinam linguam extat in Act. Synod. T 3. Item aliud prolixum ſcriptum 16 Junii confectum continens notationes de corruptelis libri Interim, ibidem X 4. Priuata ſcripta, quae ibidem ponuntur, praeterimus.

III. *Miſnenſis.* In hoc conuentu fecit germanicum ſcriptum, quod latinum extat in Act. Synod. D d 4 b, titulo: iudicium de libro Auguſtano, qui nominatur Interim

*) Ex Mylii Chronologia ſcriptorum P. Melanchthonis.

Interim etc. et aliud: de iuſtificatione hominis coram Deo gratuita et noua obedientia etc. I i 2.

IIII. *Pegauienſis.* In hoc actum fuit cum Miſnenſe et Naumburgenſe Epiſcopo, ac colloquii initium factum eſt a capite iuſtificationis, de qua Theologi Electoris Mauritii doctrinam ſcripto comprehenſam propoſuerunt, quod extat in Actis Synod. N n 3.

V. *Torgenſis.* Scripta in hoc conuentu compoſita et oblata extant in Actis Synod. S s 2.

VI. *Cellenſis II.* In hoc conuentu actum de adiaphoris. Scripta extant in Act. Synod. T t 4.

VII. *Iutrebocenſis.* In hoc conuentu compoſitum fuit ſcriptum de Canone. Extat in Act. Synod. Z z 1 b.

VIII. *Lipſienſis.* In hoc primum conuentu perfectum eſt, de quo actum et deliberatum per totum trimeſtre fuerat, vt conſtitueretur de reſponſione ad Caeſarem de libro Auguſtano. Scriptum extat in Act. Synod. B b b.

Anno 1549.

I. *Merſeburgenſis.* In hoc conuentu liber Agendorum nouus confectus eſt menſe Martio. De eo vide Acta Synod. D d d 2.

II. *Torgenſis.* In hoc reſponderunt Theologi ſcripto Gabr. Didymi, a quo accuſati fuerant idololatriae et deſertae veritatis. Extat in Act. Synod. D d d 4.

III. *Grimmenſis.* In hoc liber Agendorum fuit lectus, et poſt conſiderationem diligentem omnium communiter ab vniuerſis reſponſum eo modo, vt ex germanico conuerſum extat in Act. Synod. E e e 2.

N. XVIII.

N. XVIII.

Melanchthonis epiſtola ad Paſtores Eccleſiae Hamburgenſis *).

Reuerendi viri et amici chariſſimi. Non aegre ferimus, nos amanter a vobis vel moneri vel reprehendi. Sunt enim et haec officia in amicitia praeſertim in Eccleſia neceſſaria. Sed tamen oramus vos, vt in iudicando pro veſtra prudentia, grauitate et erga nos beneuolentia candorem adhibeatis, nec veteres amicos, qui amplius 20. annis magnos labores et varia certamina ſuſtinuimus, et adhuc ſuſtinemus, damnetis, ſicut alii quidam, qui falſis criminationibus rabioſe nos inſectantur, quibus ideo non reſpondemus, ne tam triſti tempore odia et diſſidia magis inflammentur.

Primum autem vobis ſignificamus, Dei beneficio vocem doctrinae eandem in Eccleſiis noſtris et Academiis ſonare, quam tot annorum conſenſu vobiscum profitemur, et quam nunc in veſtra confeſſione propugnatis. Cumque ſciamus hanc doctrinam aeternum Dei decretum eſſe et perpetuam verae Eccleſiae ſententiam, nihil in ea vnquam mutaturi ſumus. Ac ne quid mutaretur in doctrina et liturgia, acerrimae contentiones nobis hoc ipſo anno cum aliquibus fuerunt, qui ingeniis, eruditione et autoritate in his regionibus excellunt. Quod cum ita ſit, extant non obſcura teſtimonia noſtrae confeſſionis, ac aliquanto maiora odia et pericula ſubimus, in tali confeſſione, quam illi qui inter applauſores ſuos in tuto nobis conuitiantur, quos optaremus intereſſe iis diſputationibus, in quibus argumenta acutiſſime excogitata magno labore refutamus.

Eduntur apud nos et libri iidem, qui ante bellum editi ſunt: nec ritus alii ſunt in Eccleſiis noſtris, quam quos vidiſtis. Et quanquam non magna diſſimilitudo eſt, tamen

*) Haec epiſtola et ſeorſim edita eſt, et extat quoque in Epp. aliquot ſelect. Mel. p. 491 ſqq.

tamen alibi plures, alibi pauciores ſunt, de qua diſſimilitudine nec antea rixati ſumus, nec nunc rixamur. Nam et eſſe publicos congreſſus honeſtos, et ritus non barbaricos in illis congreſſibus, imo et quaedam diſciplinae ſigna neceſſe eſt, in qua ſi nihil contra mandata Dei inſtitutum eſt, de geſtibus ipſis non eſſe rixandum, vos ipſi ſcitis. Sed metuitis in generali verbo inſidias, cum dicimus nos de Adiaphoris non pugnare. Veniunt eadem nobis in mentem, quae vos prudenter proſpicitis: et voluntates multorum eo ſpectant, vt inclinationem ad totam politiam pontificiam faciant. Sed tamen cum occupati maioribus certaminibus de rebus neceſſariis omittimus rixas de Adiaphoris, decet bonos viros qui talia legunt, adhibere dexteritatem in iudicando. Vocamus Adiaphora non magicas conſecrationes, non ſtatuarum adorationes, non circumgeſtationes panis aut ſubſtantialia, quae aperte damnantur voce noſtra et ſcriptis, imo ne ineptias quidem, vt excubias ad ſepulchrum. Talia qui vel odioſe coaceruant, vt nos exagitent, vel aſtute colligunt, vt paſtoribus duriora onera imponant, iniuriam nobis faciunt, et ſuis adfectibus morem gerunt. Alia multa ſunt Adiaphora, quae et antiquiſſima Eccleſia inſtituit, et ad concionum ordinem, et ad docendos ſeu commonefaciendos rudiores conducunt, vt ordo feſtorum, lectionum, publici congreſſus examen, et abſolutio ante ſumtionem Sacramenti, ritus aliquis publicae poenitentiae, examen in confirmatione, publica ordinatio ad miniſterium Euangelicum, publicae deſponſationes et precationes in nuptiis, honeſti comitatus aut etiam conciones in funeribus. Haec cum pleraque in ſuo vſu ſint apud nos, et bono conſilio retenta ſint, qua fronte dicere poterimus nos nulla Adiaphora, nihil vſitatum admiſſuros eſſe? An vt fit in factionibus et ſtudiis partium, odio aduerſariorum etiam iſtos vetuſtos mores congruentes cum Eccleſia Dei inde vsque a primis Parentibus abiiceremus? ſicut Cyneſias quidam Athenis feſtos dies contrarios populi conſuetudini cele-

celebrabat: Et Aſiatici ſues mactarunt, et contrarium anni initium conſtituerunt, vt oſtenderent ſe prorſus alienos eſſe ab Iſraelitis. Scimus ne vos quidem probare talem nouitatem, et reuerenter tueri vetuſtae Eccleſiae ordinem, qui bono conſilio inſtitutus eſt. Ac praecipui ritus in veſtris et noſtris Eccleſiis congruunt ad veterem formam, quae extat in ſcriptoribus, qui ante Gregorium fuerunt. Diſciplinae ſeueritas aliquanto maior fuit, et exercitia temperantiae maiora fuerunt, quas duas res nunc quoque optamus curae eſſe gubernatoribus, qui ceremonias et vmbras diſciplinae in ſpeciem reſtituere conantur, non res ipſas. Sed reprehenſio veſtra non de hac honeſta conſuetudine Eccleſiarum noſtrarum loquitur, ſed de quorundam ineptorum rituum inſtauratione, quae fieri a potentibus videtur, vt paulatim reſtituantur omnes abuſus pontificii. Hic mollities noſtra accuſatur, quod non vehementius aduerſamur, quod alicubi damus Paſtoribus conſilium, ne deſerant Eccleſias propter hanc nouam ſeruitutem.

In ditione Marchionis Alberti aula primum petiuit, vt Paſtores totum librum Auguſtanum amplecterentur ac ſequerentur: pio conſenſu nobilitatis ciuium et paſtorum modeſte facta eſt recuſatio. Decurrit ergo aula ad aliud conſilium, proponunt articulos, qui doctrinam et liturgiam non notant, ſed plus rituum imponunt, qui vtcunque tolerari poſſunt: additur comminatio, vt qui hanc normam ſequi nolunt, diſcedant. Etſi multi Paſtores diſcedere malebant, tamen Eccleſiae petebant, ne deſererentur. Tali tempore quid conſilii dandum fuit? Reſpondent aliqui vehementiores, atroci ſcripto perterrefaciendam fuiſſe aulam metu ſeditionis, ne quid in Eccleſiis mutaretur. Id cur facere nolimus, multae honeſtae cauſae ſunt. Et fortaſſis magis irritarentur inimici, qui nolunt ſibi leges a nobis ferri; dicerent etiam attrahi exercitus Caeſaris, talia ſcripta eſſe claſſica bellorum, excidium patriae. Nec voluimus deſeri Eccleſias, vt in Sueuis accidit,

cidit, vbi in multis templis iam prorſus ſolitudo eſt, aut lupi iam praeſunt, qui doctrinam impiam et falſas inuocationes reſtituunt.

Si tali tempore hoc noſtrum conſilium reprehenditis, ignoſci nobis petimus, nec propterea nos damnari, qui vocem Euangelii eandem vobiscum ſonamus, et aliquanto propiores periculo ſumus quam vos, qui habetis auditores aequiores: et coram plures graues cauſas dicere poſſemus, cur hoc moderatius conſilium vtilius eſſe iudicemus.

Quae res aduerſarios armauerit contra nos, et audaciam ac potentiam eorum confirmauerit, longum eſt dicere, et non eſt ἐπιϛολικον, vt Ariſtoteles dicere ſolebat. Et tamen diſſenſiones et diſſimilitudo Eccleſiarum noſtrarum videntur ἀφορμαὶ fuiſſe gubernatoribus, vt nouam formam proponerent. Vt igitur clare cerni poſſit, nos non cupiditate libertatis, non ſtudio nouitatis, non odio diſſidere ab aduerſariis, de magnis rebus pugnamus, in quibus euidentia veritatis conuincit ſaniores etiam inter inimicos. Id iudicamus utilius eſſe, quam de veſtitu aut re ſimili rixari, vbi ſapientes clamitant nos tantum ſtulta moroſitate aut contumacia aduerſari gubernatoribus, alere diſſidia, attrahere peregrinas gentes. Talia multa cum audiamus, opponi non leues cauſas neceſſe eſt. Vobis in auditorio veſtro omnia faciliora ſunt, et veſtram libertatem vobis gratulamur. Semper autem aliqua eſt Eccleſiae ſeruitus, alibi durior, ac leniri aerumnas ſeruitutis veſtra conſolatione decet, non augeri condemnatione dum fundamenta tenemus.

Concordiam igitur inter nos et mutuam beneuolentiam tueamur, ne inuocatio in nobis aut in populo turbetur, neue triſtes et pernicioſae dubitationes oriantur ex quaeſtionibus non neceſſariis, vt olim de Paſchate accidit. Illi quibus libertas minus impedita eſt, agant Deo gratias, et pie vtantur ea ad illuſtrandam doctrinam, nec diſciplinae frenos propterea magis laxent. Alii in ſeruitute agno-

ſcant

ſciant nos caſtigari diuinitus, et veram Dei inuocationem corrumpi non ſinant, ſicut ſcriptum eſt: Haec omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te. Nos non ſumus ſuaſores, vt Eccleſiae turbentur, nec in minore dolore et periculo ſumus quam vos: ſed vbi noua onera imponuntur, prudenter iudicandum eſſe ſentimus, an relinquendae ſint Eccleſiae lupis, aut facienda ſolitudo, an vero ſeruitus toleranda ſit. Nam neque nos impias ceremonias recipi volumus, neque ſine grauiſſimis cauſis deſeri Eccleſias, ſicut ſcriptum eſt: Non deſerentes congregationem noſtram.

Hanc reſponſionem vobis ſatisfacturam eſſe ſperamus, et optamus, vt aeterna ſit inter nos concordia et animorum coniunctio in Deo, ſicut filius Dei in agone ſuo precatur, vt pater mentes omnium in Eccleſia copulet, vt vnum ſint in Deo. Bene valete. XVI. Aprilis, Anno 1549.

N. XVIIII.

Philippi Melanchthonis epiſtola ad Leonhardum Culmannum, Paſtorem ad D. Sebaldi Norimbergae, ex MSC.

S. D. Venerande vir et amice colende. Mediocri diligentia perlegi totum ſcriptum tuum, quod ſi non miſiſti tanquam reprehenſionem noſtrae ſententiae, nolo acerbe iudicare. Etſi enim quaedam generaliter dicta ſunt, de quibus coram ſciſcitarer, ſi vna eſſemus, tamen candor eſt omnibus conueniens, aliena ſcripta non flectere ad deteriores ſententias nimis dura interpretatione, ea praeſertim quae ab iis ſcripta ſunt in noſtris Eccleſiis, quorum pia eſt voluntas. Nec velim mihi aut Eccleſiae plus acceſſere certaminum. Illud autem ingenue dico, me aliquanto magis quid Oſiander dicat, intelligere, quam tuam narrationem. Ille diſerte definit iuſtitiam eſſe, quae efficit, vt iuſta faciamus, et procul remouet remiſſionem peccatorum. Vult nos iuſtos eſſe diuinitate in nobis habitante,

tante, quod idem et ſapiens vetuſtas inter Ethnicos dicebat, nullam eſſe excellentem virtutem ſine motu diuino. Ac nos quidem in Eccleſia planiſſime fatemur habitare Deum in renatis, non ſolum vt motus ſalutares tribuat, ſed etiam vt vitam aeternam in nobis inchoet, ac vt Petrus ait, faciat nos ſocios naturae diuinae. Idque declaro dici conſolationem in corde a filio, et oſtendi Patrem audita voce Euangelii, et per Filium dari Spiritum ſanctum, qui eſt ſubſtantialis laetitia et flamma dilectionis, et viuificari credentes, ſicut inquit: Ego vitam aeternam do eis. Haec omnia cum planiſſime dicamus, tamen alia quaeſtio eſt, quomodo accipiat homo remiſſionem peccatorum, et reconciliationem ſeu imputationem iuſtitiae, num propter inhabitationem, an vero propter obedientiam filii. Quandocunque autem accedimus ad Deum, primum accipi oportet remiſſionem peccatorum et reconciliationem, vt Petrus in Actis docet, et Pſalmus inquit: Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates. Nec ibi quaeſtio eſt de inhabitatione; ſed an Deus remittat tibi peccata, et an placeas Deo. Quanquam igitur verbis videtur aliud dicere Oſiander, tamen reipſa hoc dicit: Renatos nouitate iuſtos eſſe. Nos etſi renouatio neceſſaria eſt, tamen retinemus hoc dictum: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, et dicimus in renato oportere lucere hanc fidem, quod propter obedientiam filii ſit iuſtus, id eſt, acceptus Deo. In tuo autem ſcripto videris miſcere vtramque ſententiam, ſtudio fortaſſis conciliationis. In pagina 22 definis iuſtitiam chriſtianam eſſe, habitare Chriſtum in nobis. Alibi in pagina 32 commodius loqueris. Si eſt in vocabulo iuſtus, haec ſignificatio, accipiens remiſſionem peccatorum, et placens Deo, certe fatendum eſt, propter obedientiam filii hominem iuſtum, id eſt, acceptum eſſe. Deinde quia fit in nobis viuificatio per filium dato Spiritu ſancto, certiſſimum eſt, hominem renatum eſſe templum Dei. Sed fides accipiens remiſſionem intuetur non hanc habitationem, ſed obedientiam filii Dei,

quae

quae, vt antea ad te ſcripſi, in infinitum anteferenda eſt iis actionibus, quae in nobis fiunt. Scis autem magno conſenſu multas Eccleſias de hac tota doctrina edidiſſe ſuas reſponſiones. Ideo ſum breuior, teque oro propter gloriam filii Dei et propter Eccleſiam, ne te ab illarum conſenſu ſeiungas. Ne Brentium quidem opinor velle ab illo conſenſu diſſentire. Scio veram eſſe hanc ſententiam, quam tot iam annos Eccleſiae noſtrae pio conſenſu docent. Hoc enim agimus, etiam cum habitat in corde Deus, tamen haec conſolatio praelucere debet, placere perſonam propter obedientiam filii Dei, qui eſt vmbraculum καὶ ἱλαστήριον Eccleſiae ſuae.

Oſiandri fulmina pauciores mouent, quia in poſterioribus editionibus abſurdiora ſcripſit, καὶ σκιᾶς τινὶ λόγους ἀνασπᾷ, et multas manifeſtas calumnias καὶ βωμολοχίας coaceruat. Vnde tantum fuerit incendium odii aduerſus me, neſcio. Sed Deo Eccleſiam et me commendo, teque oro, vt hanc meam epiſtolam amico animo ſcriptam eſſe ſtatuas. Bene vale et reſcribe. Die conuerſionis Pauli. (1553.)

N. XX.

Ph. Melanchthon ad Hier. Baumgartnerum Senat. Norimb. ex MSC.

S. D. Noſter amicus Brentius non meminit Platonicae ſententiae, quae iubet vna de re vnicam oportere legem eſſe, ac minime ambiguam. Oſiander non voluit videri tantum verbis diſſentire, ſed etiamſi λογομαχία tantum eſſet, ambiguitas in concionibus diſſidia parit. Itaque tranquillitati Eccleſiae non eſt vtile conſilium noſtri amici, cuius litteras poſtquam legi, tradidi ſcriptum noſtrum typographis, et addo Iacobi (*Rungii*) concionem et noſtram adhortationem quam flagitaſti. Haec minore periculo a nobis eduntur, quam a vobis. Et ſpero aliis Eccleſiis hanc noſtram diiudicationem profuturam

eſſe. Id et Iacobus Pomeranus ſperabat, qui et iis, qui Pomeranicas Eccleſias turbarunt eadem quaeſtione, opponendum eſſe hoc noſtrum ſcriptum cenſuit, nec voluit aliam formam reſponſionis mitti ſuis Principibus, qui ſynodum propter hanc controuerſiam conuocabunt, ac ſuos Collegas exiſtimabat tantum hoc noſtrum προβούλευμα ſecuturos eſſe. Nec moueor argumento illo, quod exemplum dicitur eſſe tyrannicum, plus valeat Pauli dictum, qui iubet retinere ὑποτυπωσιν ὑγιαινοντων λογων.

Iter noſtrum Dei beneficio mediocre fuit. Vtinam quae acta ſunt, tranquillitatem Eccleſiae veſtrae et aliis adferant. Eximia vbique comitas fuit erga nos eorum, qui nos exceperunt. Iacobus Pomeranus a nobis diſcedens mandauit, vt cum ad te ſcriberem, reuerenter et Senatui veſtro et tibi agerem gratias, quod ad hanc diiudicationem adhibitus ſit, et munificentia veſtra ornatus, ac adfirmauit, ſe gratitudinem animi piis precibus et ſi quibus aliis officiis poſſet, declaraturum eſſe. Expecto iam eius litteras, in quibus ſi quid ſignificabit ἀξιολογον, vobis etiam legendas mittam. Oro autem filium Dei Dominum noſtrum I. C. cuſtodem Eccleſiae ſuae, vt te et Eccleſiam tuam domeſticam et publicam ſeruet et gubernet, et protegat vrbem veſtram. Bene vale. Lipſiae, die natali Lutheri. (1555.)

N. XXI.

Conſilium Melanchthonis ex ipſius autographo deſcriptum in Cauſa Oſiandrica Norimbergae mota.

Dem Herrn Ioachimo Camerario zu eigen hannden.

Der Erſte wege.

Wenn ſich Culmannus nicht vernemen laſst offentlich, alſo das man jne vberzeugen kan, das er euer lehr fur vnrecht halte, vnd will ein glidmaſs ſein eurer Kirchen, ſo wolt ich, das Jr mit Jme, als mit einem betrueb-

ten

ten vnd verwirrten Man geduldt hettet, vnd lieſset dieſe ſach vngeregt.

Vnd ob er gleich bei etlichen ſeinen geſellen etwas rhuemet vnd fürgibt, Er könne diſe ſach vil ſubtiler handlen, denn Jr, vnd Er ſei kaines Jrthumbs vberwieſen. Dieſes rhuemen iſt auch thorhait vnd bloedigkait jn jm. So ſind ſeine zwo Confeſſiones bei einem Erbern Rath bei der handt, darynn zu ſehen, das er dieſe ſach nit verſtehet.

Vnd iſt vns vndter vns ſelb von nötten, das wir vns nicht aller thoerichten reden annemen.

Ich gedencke aber, das etliche prediger hefftig ſindt, vnd wollen, Er ſoll nicht zur communion zugelaſſen werden, Item er ſoll ein offentlichen widerruff thun etc. Wo nu die predicanten nicht mit jme, wie geſagt iſt, als mit einem infirmo gedult haben wollen, welches ich doch lieber wolt, ſo kan man nicht friden haben, denn durch dieſen andern wege.

Der ander weg.

Dieweil gleichwol Culmannus ſich ſelb vngedrungen von der andern predicanten einigkait abgeſondert hat, vnd darauf vngedrungen das predigampt verlaſſen, vnd damit angezaigt, das er ein misfallen hab an der andern perſonen vnd lehre, vnd noch vmbher gehet, vnd rhuemet, er ſei kaines jrthumbs vberwiſen, ſo iſt er furzufordern, durch des Erbarn Raths verordnete zu Kirchenſachen, vnd ſollen darzu gezogen werden vier perſonen von den predicanten, vnd iſt jme diſes furzuhalten.

Dieweil er ſich ſelb vngedrungen zuvor von der andern predicanten einigkait abgeſondert haette, vnd noch recht haben wölle, ſo hab man verwunderung daran, warumb er zu jrer communion gehe. Vnd beger von jme zu wiſſen, ob er jre lehr fuer recht oder vnrecht halte, laut des vnderſchriebenen Buechleins etc.

So er nun antwort, das er dieſelbig vnderſchriebne Confeſſion nicht annemen wolle, oder ſpricht, er halte

te ſie fuer vnrecht, ſo iſt jme klar zu ſagen, Er ſolle fuerohin nicht zu jrer communion zugehen.

Nu achte ich, Er werde ſich offeriren widerumb ein Confeſſion zuuberantworten. Das iſt jme nicht zuzelaſſen, aus dieſer vrſach, Er hat zuuor zwo Confeſſiones vberantwort, die vndter ſich vnd mit den andern widerwertig ſindt, vnd ſo er gleich ein neue ueberantwort, ſo ſetzt er ambigua, die er hernach wider die anndern deutte, vnd rhueme, er habe ſie von jrer meinung abgedrungen, ſo bleib alsdann die Vnainigkait wie vor.

So er nicht categorice ſpricht, er halte die lehr der vnderſchriebnen Confeſſion fuer recht, iſt er zur communion zuzelaſſen, vnd iſt nicht nott, Jme darueber ein neuen offentlichen widerruff auffzulegen. Denn dieſe ſein bekandtnus vor dieſen Richtern iſt offentlich. Auch iſt er nu nicht im offentlichen Predig ampt. So iſt auch chriſtlich, mit jme als einem betruebten geduldt zu haben, vnd die maſs zu halten, arundinem quaſſatam non confringet.

Dieſe bede weg zaige Jch an guter mainung, vnd bitte Got, Er wölle gnad vnd fridt geben.

Philippus manu propria.

N. XXII.

Pauli Eberi epiſtola *) *ad Io.* Bugenhag. *Pomeranum*, *ex MSC.*

Parrhiſiis die V. Septemb. cum in nobiliſſimi cuiusdam viri domo conueniſſet multitudo piorum hominum ad audiendam puram Euangelii doctrinam et diſtributionem coenae Dominicae circa horam noctis nonam, (quales congreſſus quatuor in locis vrbis illius ſaepe fieri ſolent, cum metu Sorboniſtarum interdiu conuenire non poſſint)

*) Meminit quoque Saligius P. III. Hiſt. Aug. Conf. p. 321. (r) huius epiſtolae.

poſſint) prodita ea Eccleſia eſt a Theologis e regione habitantibus, praefecto excubiarum, quae tunc frequentiores diſpoſitae erant per multos vrbis vicos propter nuncium acceptae cladis ad S. Quintinum. Circumuallata eſt igitur armatis viris ea domus totam noctem: plurimi tamen animoſiores, praeſertim viri, tenebrarum beneficio vſi, dilapſi fuerunt incolumes. Sed cum illuxiſſet, irruptione facta deprehenſi et cum contumelia per plateas in carcerem capti ſunt CXXXV homines, inter quos fuerunt plurimae nobiliſſimae feminae, Amiralii coniunx Conteſtablii filia, et multorum aliorum principum ac procerum coniuges ac filiae, et honeſtiſſimi ſenes, qui noctu non potuerunt euadere.

Eam ob cauſam aduenerunt huc quatuor legati, Wilhelmus Farellus, reuerendus ſenex, agens annum aetatis LXVIII. Theodorus Beza, Ioannes Budaeus, Budaei filius, et Caſpar Carmelus, concionator in Gallica Eccleſia Parrhiſiis, vt conſilio Theologorum hic vterentur, num poſſit impetrari a Germanis Principibus, vt miſſa legatione pro his piis captiuis (quos hi viri ſancte affirmant, nullo fanatico errore aut dogmate infectos eſſe, ſed eorum doctrinam cum noſtra confeſſione congruere, niſi quod in coena dom. reiiciant illam panis conuerſionem papiſticam et adorationem) intercederent.

Noſtri Theologi ſcripſerunt ad quatuor Principes, Electorem Palatinum, Lantgrauium, Palatinum Wolfgangum, et Ducem Wirtembergenſem. Quid effecturae ſint noſtrae litterae, incertum eſt. Sed profecto iuſta commiſeratione deplorandum eſt, exerceri tantam ſaeuitiam ibi in omnem ſexum, aetatem et ordinem, quanta vix in hiſtoriis legitur: ſed imminet Galliae magna calamitas ob hanc crudelitatem in pios et innocentes homines.

Iidem legati Gallici ſignificarunt, Pontificem Romanum, cum premeretur a copiis Albani Ducis, miſiſſe Regi gladium tanquam defenſori Eccleſiae, et ſimul nobiliſſimum et belliſſimum ſcortiolum totius Italiae, quod D.

 Philip-

Philippus ita verſibus interpretabatur, vt illa venuſta ſaltatrix ſignificet Herodiaden, quae ſua bella ſaltatiuncula delinitura ſit regem, ut hoc gladio Pontificis Ioanni, hoc eſt, multis piis confeſſoribus verae doctrinae caput amputet.

Haec ſcribo, cum ea, quae gerantur in colloquio, propter iuramenti religionem ſcribere non audeam. Quod boni conſules et tuis collegis et noſtris amicis communicabis, eosque omnes reuerenter meis et noſtris verbis ſaluta. Datae Wormatiae 8. die Octob. 1557.

N. XXIII.

*Proteſtatio *) Theologorum Aug. Conf. exhibita Praeſidenti d. XXI. Octob. Wormatiae, cum reſolutio Regis petita eſt. ex MSC.*

Reuerendiſſime Domine Praeſidens. Vt dulciſſimum nobis eſſet colloquium, in quo cum eruditis, piis et amantibus veritatem de uniuerſae doctrinae fontibus placida et candida collatio fieret, ſicut et deberet fieri, et nos facturos eſſe iurauimus; ita dolemus, nobis oppoſitos eſſe doctos quidem viros, ſed qui lucem veritatis ſcientes fugiunt, et nobis variis modis inſidias ſtruxerunt. Statim initio propoſita eſt norma iudicii, quam ipſi ſui diſſimilem eſſe (norunt). Nam veterum ſententiae ſaepe cum recentibus opinionibus pugnant. Deinde et condemnationes flagitatae ſunt. Saepe reſpondimus nos et miſſos eſſe ex Eccleſiis, quae Confeſſionem Auguſtae exhibitam, et non aliud doctrinae genus amplectuntur, et nos ipſos eam confeſſionem et non aliud doctrinae genus amplecti. Addidimus etiam, reiicere nos opiniones cum Confeſſione noſtra pugnantes; extare etiam refutationes a nobis editas contra plurimos errores. Reſpondimus etiam, nos in ſingulis articulis ſuo loco poſita explicatione et vera aſſeueratione addituros eſſe condemnationem contra-

*) Conf. Saligii P. III. Hiſt. Aug. Conf. p. 326. (yy).

contrariorum errorum, quia ſaepe in una materia et Pontificii errores et alii recitandi ſunt, et veritas contra utrosque perſpicue exponenda. Denique ſi quid ſuſpicionis haberent, diximus nos libenter initium collationis facturos eſſe a quocunque articulo ipſi vellent. Haec noſtra reſponſio non fuit defugientium collationem, quam ne nunc quidem defugimus. Sed poſtquam aliqui ex noſtris collegis diſceſſerunt, et uidetur occaſio abrumpendi colloquii oblata, iam quaeruntur praetextus et σκιογραφιαι, vt nos defuiſſe officio noſtro uideamur, et crimina nobis affinguntur. Ideo neceſſe eſt, et purgationem et proteſtationem opponere.

Nec Eccleſiae noſtrae, nec nos Zuinglii dogma, aut vllas opiniones pugnantes cum noſtra confeſſione probamus aut amplectimur, et notum eſt extare refutationes noſtras. Sed nec prophanationes Sacramenti in miſſa et idola decretis Pontificiis ſtabilita in circumgeſtatione probamus, de quibus neceſſe erat copioſius dicere in explicatione articulorum, quam ideo vitari intelligimus, ne haec vulnera attingantur, de quibus neceſſe eſt Eccleſias commonefieri, ut falſae adorationes tollantur.

Hanc noſtram aequiſſimam reſponſionem ſatisfacturam fuiſſe collocutoribus alterius partis ſperamus, qui voluiſſent tantae rei explicationem ex fundamentis exſtrui. Non eſt nobis ignota antiquitas, et monſtroſas opiniones Monachorum cum antiquitate pugnare ſcimus, quas quidem non poſſumus recitare ſine dolore. Ideo in ſuum locum differre malueramus. Sed tamen collationem non defugimus. Quod vero et aliae cauſae praetexuntur abrumpendi colloquii, videlicet nobis non licere alios ſurrogare, et Dominos eorum, qui diſceſſerunt, acta improbaturos eſſe. Propter has cauſas nos accuſari iniuſtum eſt. Nam de ſurrogatione notum eſt, ex decreto Senatus Imperii, quid iuſtum ſit. Et quod ad nos attinet, ſententias bona fide et initio diximus, et poſtea dicturi eramus. Quare teſtamur, nos nec

praebuiſſe, nec praebere cauſam abrumpendi colloquii; et nos ſemper fuiſſe et adhuc eſſe paratos ad obtemperandum Imperii decreto. Sed quaeſita eſt aliorum conſiliis diſtractio, quam ſi aduerſarii ſibi prodeſſe putant, non ſapienter iudicant. Eo plus eſt periculi omnibus, vt in incendio, quo plura diſſidia oriuntur. Profecto in hac vltima et delirá mundi ſenecta, in qua praedictum eſt voce diuina, plures diſtractiones futuras eſſe, quam fuerunt antea, Viri ſapientes pia moderatione cauere nouarum dilacerationum occaſiones debebant. Oramus autem filium Dei D. N. I. C. ut nos gubernet et protegat.

Philippus Melanthon
Iohannes Brentius
Iohannes Marbachius D.
Iohannes Piſtorius
Georgius Cargus
Iacobus Rungius
Michael Dillerus

N. XXIIII.

Scriptum *) *Collocutorum Aug. Conf. qui in urbe Vangionum fuerunt, donec aduerſarii colloquium abruperunt A. 1557.*

Etſi multo magis optandum eſt, vt aliquando pii et docti in noſtris Eccleſiis maiore frequentia inter ſeſe candide, placide, ſine odiis, ſine inſidiis, ſine ſophiſmatum praeſtigiis, de iis materiis, quas illuſtrari neceſſe eſt, colloquantur, quam vt theatricae diſputationes cum aduerſariis, qui manifeſtas idolomanias tueri ſolent, inſtituantur: tamen cum Senatus Imperii bono ſtudio uoluerit collationem doctrinae fieri, nos voluntati Principum deeſſe noluimus, quia confeſſionem doctrinae et explica-

*) Extat P. II. Conſil. lat. Melanchth. p. 310.

cationem praeſertim inter doctos defugere non decet. Inchoauimus igitur collationem bona cum ſpe, et uere ac modeſte de propoſitis materiis reſpondimus, nec quaeſiuimus cauſas impediendi aut turbandi inſtituti. Sed aduerſarii arte diſtractionem quaeſiuerunt, vt praetextum haberent abrumpendi colloquii. Cum igitur palam oſtenderent, ſe in hac doctrinae collatione non proceſſuros eſſe, quam tamen nos ſemper flagitauimus; tandem et nos expoſita voluntate noſtra in ſcripto, quod exhibuimus, hinc diſceſſimus. Ac vt extaret teſtimonium de conſenſu omnium, qui ex noſtris Eccleſiis hic adfuerunt, vt in colloquio procederent, diximus in eo ſcripto, nos Deo iuuante conſtanter amplecti ſcripta prophetica et apoſtolica, et ſymbola, et neque diſcedere nos, neque diſceſſuros eſſe a confeſſione noſtra Auguſtae exhibita Anno 1530. nec mutare nos doctrinam eius confeſſionis, nec mutaturos eſſe, et reiicere nos dogmata cum ea pugnantia. Quod eo cenſuimus neceſſario dicendum eſſe, ne calumnioſe ſpargerentur fabellae, nos velle noua diſſidia accendere. Eadem de re publice et noſtris Eccleſiis omnibus hoc bono conſilio ſignificamus, nos omnes, qui hactenus hic manſimus, vt procederet inchoata doctrinae collatio, maxime optare, vt Eccleſiae noſtrae vbique ſint tranquillae, et unum in Deo, nec impediatur vera Dei inuocatio inter nos ullis diſſenſionibus, nec dilaceretur hic noſter coetus, quem certum eſt eſſe veram Dei Eccleſiam, quae confeſſione, inuocatione et mutua beneuolentia debet eſſe coniuncta. Ac adfirmamus, nos conſtanter amplecti ſcripta Prophetica et Apoſtolica, et ſymbola, et nec diſcedere nos, nec diſceſſuros eſſe a confeſſione noſtra Auguſtae exhibita A. 1530, nec eius confeſſionis doctrinam mutare, nec mutaturos eſſe, et reiicere dogmata cum ea pugnantia. Adfirmamus etiam, inter nos, qui hic ſumus, nullam eſſe de doctrina confeſſionis noſtrae diſſenſionem. Hunc conſenſum noſtrum publice omnibus notum eſſe uolumus,

ne turbentur Eccleſiae calumniis. Oramus autem filium Dei D. N. I. C. vt vulneribus Eccleſiae ipſe medeatur, ſicut ſeſe in imagine Samaritani pingit, qui medetur ſaucio viatori. Oramus etiam omnes, ne vulnera Eccleſiae magis lacerent ſeu calumniis, ſeu non neceſſariis rixis. Semper fuerunt, ſunt et erunt et infirmitates et lapſus aliquorum, qui ſi ſunt ſanabiles, non ut hoſtes trucidentur, ſed ſit diſcrimen inter ciues et hoſtes, inter ſanabiles et non ſanabiles. Nec exerceatur ſaeuitia in eos, qui pie admoniti non contumaciter repugnant. Denique meminerimus ſeueriſſima mandata diuina, quae vetant Eccleſiarum tranquillitatem non neceſſariis rixis turbare, ſicut in Zacharia dicitur: veritatem et pacem diligite. Retinete doctrinae et inuocationis puritatem, et ſit cura tuendae tranquillitatis, ne languefiat aut extinguatur uera Dei inuocatio. Parcamus Eccleſiae, quae in hac mundi delira ſenecta et languidior et triſtior eſt, et foueamus eam omnibus piis officiis. Id nos quidem qui hic adſumus, facturos nos eſſe promittimus, nec defugimus iudicia eruditorum et piorum in noſtris Eccleſiis. In urbe Vangionum, Calendis Decembr. A. C. 1557.

Philippus Melanthon manu propria.
Ioannes Brentius manu propria
Matthaeus Aulberus propria manu
Iohannes Marbachius D. manu propria
Iohannes Piſtorius Niddanus propria manu.
Iacobus Andreae D.
Georgius Cargius Onolsbachenſis Eccleſiae Paſtor propria manu ſubſcripſit.
Michael Dillerus manu propria.
Iacobus Rungius Pomeranus.
Paulus Eberus manu propria ſſ.

N. XXV.

N. XXV.

Ph. Melanchthonis reſponſio ad controuerſiam ortam Heidelbergae de Coena Domini. *)

Illuſtriſſimo Principi et Dom. Dom. Friderico, Comiti Palatino Rheni, Electori, Duci Bauariae etc. Domino ſuo Clementiſſimo S. D.

Illuſtriſſime et Clementiſſime Princeps. Certiſſimum eſt legitima imperia vere opus Dei eſſe, clementer conſeruantis honeſtam ſocietatem generis humani. Ideo verum Deum aeternum Patrem D. N. I. C. creatorem generis humani, colligentem aeternam Eccleſiam voce Euangelii, toto pectore oro, vt Celſ. veſtrae confirmet vires animae et corporis, et tribuat ſalutaria conſilia et felicem gubernationem. Gaudeo etiam Principem et Dominum patriae meae vocatum eſſe ad agnitionem filii Dei, et recte inuocare Deum, et fouere Eccleſiam Chriſti; quem oro, vt vniuerſam familiam Principum Palatinorum gubernet et protegat, nec ſinat fieri barbaricam vaſtitatem in patria mea.

Litteras Celſ. veſtrae reuerenter legi, et virum integerrimum Stephanum (*Cirlerum*) audiui, ac mitto Celſ. veſtrae ſcriptam reſponſionem, ac maxime opto, vt tenerae Eccleſiae ubique tranquillae ſint, quam ad rem proderit, ſi non ſinent gubernatores defendi contrarias ſententias. Probo igitur conſilium Celſ. veſtrae, quod utrique parti ſilentium mandarit. Opto autem, vt ſapientum Principum Conſilio et autoritate aliquando, et ex aliarum gentium Eccleſiis et noſtris pii et eruditi uiri conuocentur, vt de omnibus controuerſiis deliberetur, et vna conſentiens forma doctrinae vera et perſpicua ſine vlla ambiguitate poſteritati tradatur. Interea quantum fieri poteſt, moderatis conſiliis coniunctionem noſtra-

*) Extat P. II. Conſil. lat. Mel. p. 377. ſqq.

noſtrarum Eccleſiarum foueamus. Bene et feliciter ualeat Celſ. veſtra. Cal. Nouemb. A. 1559.

Celſ. Veſtrae
Seruus
Phil. Melanthon.

Reſponſio ſ. iudicium.

Non difficile, ſed periculoſum eſt reſpondere. Dicam tamen, quae nunc de controuerſia illius loci monere poſſum, et oro filium Dei, vt et conſilia et euentus gubernet. Non dubium eſt de controuerſia Coenae ingentia certamina et bella in toto orbe terrarum ſecutura eſſe, quia mundus dat poenas idololatriae et aliorum peccatorum. Ideo petamus, vt filius Dei nos doceat et gubernet. Cum autem ubique multi ſint infirmi, et nondum inſtituti in doctrina Eccleſiae, imo confirmati in erroribus, neceſſe eſt initio habere rationem infirmorum. Probo igitur conſilium Illuſtriſſimi Electoris, quod rixantibus vtrinque mandauit ſilentium, ne diſtractio fiat in tenera Eccleſia, et infirmi turbentur in illo loco et vicinia, et optarim rixatores in utraque parte abeſſe. Secundo remotis contentioſis prodeſt reliquos de vna forma verborum conuenire. Et in hac controuerſia optimum eſſet retinere verba Pauli: Panis quem frangimus, *κοινωνια ἐςι τȣ σωματος*. Et copioſe de fructu Coenae dicendum eſt, ut invitentur homines ad amorem huius pignoris, et crebrum uſum. Et vocabulum *κοινωνια* declarandum eſt. Non dicit mutari naturam panis, ut Papiſtae dicunt. Non dicit vt Bremenſes, panem eſſe ſubſtantiale corpus Chriſti. Non dicit vt Heshuſius, panem eſſe verum corpus Chriſti; ſed eſſe *κοινωνιαν*, id eſt, hoc quo fit conſociatio cum corpore Chriſti, quae fit in uſu, et quidem non ſine cogitatione: vt cum mures panem rodunt. Acerrime pugnant Papiſtae et eorum ſimiles, vt dicatur, corpus Chriſti extra ſumtionem incluſum eſſe ſpeciebus panis, aut

aut vini, et poſtulant adorationem, ſicut Moerlinus Brunſuigae dixit: Du muſt nicht ſagen Mum mum, ſondern du muſt ſagen, was dieſes iſt, das der Prieſter in der hand hat.

Sarcerius iubet delapſas particulas colligi, et eraſa terra comburi. Cum Wormatiae eſſemus ante biennium, quaeſtio ad nos mittebatur ex aula quadam: an corpus Chriſti deſcendat in ventrem. Talibus prodigioſis quaeſtionibus reiectis utilius eſt retineri formam verborum Pauli, et de fructu recte doceri homines. Poteſt inſpici forma verborum Coenae in examine Megalburgenſi, vbi et commonefactio de fructu Coenae. Adeſt filius Dei in miniſterio Euangelii, et ibi certo eſt efficax in credentibus, ac adeſt non propter panem, ſed propter hominem, ſicut inquit: Manete in me, et ego in vobis. Item, Ego ſum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Et in his veris conſolationibus facit nos ſibi membra, et teſtatur ſe corpora noſtra viuificaturum eſſe. Sic declarant veteres coenam Domini. Sed hanc veram et ſimplicem doctrinam de fructu nominant quidam cothurnos, et poſtulant dici, an ſit corpus in pane, aut ſpeciebus panis, quaſi vero Sacramentum propter panem et illam papiſticam adorationem inſtitutum ſit. Poſtea fingunt quomodo includant pani, alii conuerſionem, alii transſubſtantiationem, alii vbiquitatem excogitarunt. Haec portentoſa omnia ignota ſunt eruditae vetuſtati.

Negat Heshuſius ſe aſſentiri Origeni, qui nominat panem et vinum *συμβολα τȣ σωματος καὶ αἵματος*. Reiicit contumelioſe Clementem Alexandrinum. Pronunciabit eodem modo de Auguſtino, Ambroſio, Proſpero, Dionyſio, Tertulliano, Beda, Baſilio, Nazianzeno, qui nominat *ἀντιτυπον σωμα*: Theodoreto, qui ait de pane, *φυσιν ȣ̓ μεταβαλων*.

Quae eſt igitur tanta autoritas Heshuſii, vt ipſi potius aſſentiamur, quam tot probatis veteribus Scriptoribus,

ribus, qui perſpicue teſtantur, tunc Eccleſiam non habuiſſe Pontificium dogma, et adorationem: quae ſi noua ſunt in Eccleſia, cogitandum eſt, an recentioribus licuerit nouum dogma innehere in Eccleſiam. Nec ego ignoro multa citari notha veterum titulis, de quibus eruditi iudicent.

Nec vero iam inſtitui longam diſputationem, nec cum contentioſis, qui idola et parricidia ſtabiliunt, diſputare volo, quorum ſaeuitiam et ego experior. Sed tantum pro meo iudicio ſignificare volui, quid in illo loco pro infirmitate tenerae Eccleſiae faciendum eſſe exiſtimem, ac maneo in hac ſententia, contentiones vtrinque prohibendas eſſe, et forma verborum vna et ſimili vtendum eſſe. Si quibus haec non placent, nec volunt ad communionem accedere, his permittatur, vt ſuo iudicio vtantur, modo non faciant diſtractiones in populo. Oro autem filium Dei D. N. I. C. ſedentem ad dextram aeterni Patris et colligentem aeternam Eccleſiam voce Euangelii, vt nos doceat, gubernet et protegat. Opto etiam, vt aliquando in pia Synodo de omnibus controuerſiis horum temporum deliberetur.

N. XXVI.

Epitaphium

Philippi Melanchthonis initio conſcriptum, laminae enim aereae ſpatium quaedam non admiſit.

Philippo Melanchthoni Sacrarum literarum ſolertiſſimo et fideliſſimo Explicatori, veritatis coeleſtis Patrono et Propugnatori inprimis ſtrenuo, optimarum diſciplinarum et artium cum inſtauratori tum conſeruatori: qui omnem doctrinam quaſi vagam ac diſſipatam collegit et ad certam rationem reuocauit: Viro pietate, ſtudio purae caſtaeque religionis, ſapientia, virtute, humanitate, benignitate erga omnes praeſtanti, feliciter et ſancte in terris mortuo XIII. Cal. Maii, cum vixiſſet An. LXIII. M. II. H. I. Academia Witebergenſis, cui ille totis annis XLII. operam nauaſſet H. M. P. C. Vitam

* * *

Vitam fortunasque ſuas ſtudiumque laboris
Quique operae ſanctam conſiliique fidem
Impendit diuina tuis, Eccleſia, rebus,
Teque pius varia iuuit et auxit ope:
Hac in parte ſibi poſt mortem ſtructa Melanchthon
Communi in luctu buſta Philippus habet.
Quae templi foribus magni vicina Lutheri
E regione ſolum quod tegit, oſſa videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
Bretta Palatini limes amoenus agri.
Vnde propinqua petens adiit bonitate ſuorum
Diuerſo Aonidum templa ſacrata loco.
Ludus eum puerum accepit Phorcenidos vrbis,
Eytelbergiaci mox ſchola gymnaſii,
Doctrinae hinc fecit iuuenem alma Tubinga Magiſtrum,
Eximium laudis geſſit vbi ille decus.
Inde triumphator Monachorum Capnio iuſſit
Albidos hunc ripam viſere Saxonici.
Tunc noua Dux Friderichus vbi collegia Muſis
Romani fundans enſifer imperii,
Vndique conductis praeſtanti laude parabat
Artis et ingenii reddere clara viris.
Hic et coniugium gentis ſortitus honeſtae,
Factus et eſt ſexus mox vtriusque pater:
Et ſocio ipſo annis viginti octoque Lutheri
Vuittenbergiacae res fuit ampla ſcholae.
Quam ſeptem bis adhuc prouexit deinde gubernans
Fluctiuagam vt vaſtum per mare nauta ratem.
Heu tempeſtates quas hic perpeſſus, et ad quam
Saeuos haec ſcopulos acta carina fuit.
Quantum externi odii, quantum inuidiaeque ſuorum,
Ingratorum hominum quae maledicta tulit?
Ipſe tamen quamuis reflantibus vndique ventis
Directum eſt, retinens vera, ſecutus iter.

Fortia

Fortia nec clamor latrantis pectora turbae,
Nec vulgus ſtrepitu mouit inane ſuo:
Summa petit liuor. Nemo hunc ſuperare niſi ipſe
Poſſet, ſi ſtudiis otia ſuppeterent.
Iſta ſub obliquo norunt quoque ſole locati,
Quique ſub oppoſito forſitan axe iacent.
Scripta ſed illius memorabilia inter et acta
Plurima, quae ſolidae nomina laudis habent,
Vnum opus eximium eſt: Fidei confeſſio ſanctae
Ante tuos Caeſar Carole lecta pedes.
Extat enim illius aſſiduo haec deſcripta labore
Vera reconcinnans dogmata ſparſa prius.
Languida qua Chriſti iamdudum Eccleſia nitens
Rurſum oculos audet tollere laeta ſuos.
Concurrant inimici omnes licet vndique, hic vnus
Confutare poteſt improba dicta liber.
Ac tua nunc terris floret bona fama Philippe,
Viuit et aeternum ſpiritus ante Deum.
Corpus at exanimum tumulo hoc requieſcit humatum,
Condecorant gratae quem monumenta ſcholae:
Quod tandem expletis, ſenio curisque grauatum
Sexaginta annis exuis atque tribus,
Sic morbo vt paucis niſi debilitante diebus
Muneris officium feceris omne tui.
Atque olim aethereas venies reuocatus in auras
Integer et mortis liber ab inde metu.
Sancte vir et ſalue pater optime. Nos tua ſemper,
Te ſoboles merita relligione colet.
Doctrinae nobis verae tu doctor et autor,
Haec tua clarae aetas munera laudis habet.
Salue iterum atque iterum. Tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honos.

Acad. Witeberg. Phil. Melanchthoni, Parenti
et Praeceptori optime merito poſuit
Ioachimus Camerarius Papeberg. Am. S. S. F.

N. XXVII.

N. XXVII.

*Exemplum ſcripti, quod in ſandapilam, quae ex plumbo albo confecta fuit, et in quam exuuiae Melanchthonis componebantur, impoſitum fuit *).*

In hac Sandapila continentur exuuiae Philippi Melanchthonis, qui fuit Profeſſor ſacrae Theologiae et Philoſophiae in Academia Witebergenſi annos 42. Vir praeſtans doctrina, humanitate, prudentia, vitae integritate et ſanctimonia, chriſtiana pietate ac tolerantia, beneficentia erga pauperes. Reuerendi viri, Doctoris Martini Lutheri, purioris religionis inſtauratoris, *παραςατης* et adiutor praecipuus et fideliſſimus in emendatione doctrinae ſacrae, fraude Pontificum Romanorum et Monachorum praeſtigiis corruptae, et in abrogatione abuſuum inuectorum ab iisdem. Autor Confeſſionis Auguſtanae, quae eſt poſt inchoatam Anno 1517. emendationem Eccleſiarum et mutationem exhibita Inuictiſſimo Imperatori Carolo Quinto in Comitiis Auguſtanis Anno a nato ex Maria virgine Ieſu Chriſto Saluatore 1530. Propugnator veritatis coeleſtis conſtantiſſimus totis annis triginta, cum in plurimis conuentibus Imperii tum alias priuatim et publice, ſicut ſcripta quae extant teſtantur.

Natus eſt in oppido Palatinatus ad Rhenum Bretta, honeſtis parentibus, Patre Georgio Schwarzerd, qui fuit Magiſter armorum apud Illuſtriſſimos Principes, Philippum et Rupertum, Palatinos ad Rhenum, Electores Imperii etc. qui et Maximiliano Imperatori et praecipuis Germaniae Principibus propter virtutem, integritatem, prudentiam et artem carus fuit: Matre vero Barbara Reuterin, Anno 1497. die menſis Febr. 16. hor. 7. ſcrup. 6. poſt ſolis occaſum veſperi.

Accer-

*) Extat ſub fin. breuis narrationis, quo fine vitam clauſerit Melanchthon.

Accerſitus Vitebergam ex Academia Tubingenſi ad interpretationem graecae linguae ab Illuſtriſſimo Principe Friderico tertio Duce Saxoniae et Imperii Electore etc. conditore huius Academiae, de conſilio Ioannis Reuchlini cognati eius, venit in hanc vrbem Anno 1518. die 25. Menſis Auguſti, hora prima pomeridiana. Ibi Lutherus motis iam controuerſiis, cum probaret ingenium eius, copiam et varietatem doctrinae et iudicii acumen ac rectitudinem, ſibi eum adiunxit.

Vxorem duxit Catharinam Crappin natam ex honeſta familia in hac vrbe, Anno 1520. die 25. menſis Nouembris. Ex hac ſuſcepit filios duos et totidem filias. Filiorum Georgius altero anno mortuus eſt. Philippus Patri ſuperſtes. Filiarum Anna nupta fuit Georgio Sabino I. V. Doctori. Magdalena Caſpari Peucero artis medicae Doctori.

Coniunx Catharina deceſſit ex hac vita Anno 1557. die XI. menſis Octobris, cum maritus abeſſet Wormatiae, miſſus eo ad diſputationem inſtitutam decreto Senatus Imperii de controuerſiis religionis. Ipſe Philippus reuerſus ad Academiam vixit poſt coniugem in coelibatu vsque in annum tertium, quo ſub noctem feſti die Palmarum, vt vocant, febri correptus, quam Medici iudicarunt eſſe ἡμιτϱιταιον, tandemque ſuperatus morbo propter imbecillitatem corporis confecti aetate, curis et laboribus aſſiduis ac diuturnis expirauit placidiſſime cum vera et ardenti Dei Patris, Filii et Spiritus S. inuocatione, die menſis Aprilis 19. quadrante horae ante ſeptimam veſpertinam Anno a nato Chriſto 1560. A condito mundo 5522. Has terras clementer et feliciter gubernante Illuſtriſſimo Principe Auguſto Duce Saxoniae S. R. I. Electore et Archimarſchallo etc. cum compleuiſſet annos 63. dies 63. Anima fruitur conſpectu et conſuetudine Filii Dei cum Eccleſia coeleſti iuxta dictum: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Exuuias certiſſima et firmiſſima ſpe futurae reſurrectionis condidit hoc ſepulchro Academia Vuitebergenſis, ſol-

ſoluens Patri, Patrono et Praeceptori optimo, fideliſſimo et cariſſimo gratitudinis et pietatis officium poſtremum, Anno 1560. die menſis Aprilis 21. Rectore Academiae Georgio Cracouio, I. V. Doctore et Profeſſore. Profeſſoribus Theologiae Paulo Ebero Paſtore, Georgio Maiore, Paulo Crellio Doctoribus. Profeſſoribus doctrinae Iuris Laurentio Lindemanno, ordinario, Ioachimo a Beuſt, Iohanne Schneidewein, Doctoribus. Profeſſoribus doctrinae medicae Melchiore Fendio, Caſparo Peucero, Iohanne Hermanno, Doctoribus. Profeſſoribus Philoſophiae et liberalium artium, Vito Ortel Vuinshemio artis medicae Doctore, Sebaſtiano Theodorico, Matthaeo Blochingero, Petro Vincentio, Eſromo Rudingero, Caſparo Crucigero, IohanneBugenhagen, Heinrico Mollero, Euſebio Menio, liberalium artium et Philoſophiae Magiſtris. Et Academiae miniſtris Nicolao Riſenbergio et Michaele Maio. Anno, menſe et die, quo ſupra.

Sequuntur in libro citato haec:

Pompa funeris breuiter haec fuit. Conſtituti fuerunt ex Profeſſoribus collegii Philoſophici, qui efferrent, ab his igitur pullatis, indutis veſtibus talaribus, quales ſacerdotum ſunt, et habitu reliquo honeſto, delatum primum in templum Parochiale opidi Vuitebergenſis fuit, et ante altare depoſitum, eum in locum, quo procumbere in genua, et orare ille ſolebat, quando manuum impoſitione et precatione ſolenni commendabatur docendi munus in Eccleſia legitime vocatis, ibi poſt Pſalmodias et accentiones alias, quales in veſpertinis precibus noſtrarum Eccleſiarum vſurpari ſolent, Paſtor Eccleſiae Witebergenſis D. Paulus Eberus concionem habuit funebrem, explicans Apoſtoli verba in epiſtola ad Theſſal. cap. 4. Hac et veſpertinis precibus finitis in templum arcis deductum fuit: vbi ante ſepulchrum depoſito funere ex pulpito in vicino loco extructo orationem habuit de mortuo latinam Vitus

Ortelius Winshemius, medicinae Doctor, et graecarum litterarum Profeſſor, quae edita eſt, poſtquam ſepultura peracta fuit, cum res producta eſſet vsque ad horam quintam. Deducentium autem frequentia tam ſcholaſticorum quam ciuium et honeſtorum hominum omnium ordinum, qui ex vicinis locis conuenerant, tanta fuit, vt nemo meminerit in noſtro oppido maiorem.

Aduenerat eadem die ſub horam antemeridianam nonam Ioachimus Camerarius cum clariſſimo viro D. Doctore Morchio ad D. Philippum viſendum huc reuertens, cui tamen in itinere de morte huius nunciatum fuerat. Is cum ad Philippi aedes antequam funus efferretur vocatus eſſet, vt eo veniret, et inuitantibus obſequeretur, facere non potuit, ſed poſtea ſandapilis omnibus clauſis ad deductionem funeris primum eo acceſſit. Dolorem vero ſuum et vultu et lacrimis ſuis homines teſtabantur maximum, quacunque funus procedendo ferebatur, omnibus a partibus eiulatus muliebres audiri, et lacrimae tam huius ſexus, quam plurimorum et virorum et iuuenum conſpici. Eleemoſynae autem pro re et copia datae fuere et pueris ſcholaſticis, qui praecentiones funebres adminiſtrabant, et pauperibus, qui expetebant, omnibus. Atque hac quidem, vt et caetera, ex publico Vniuerſitatis aerario.

Quomodo igitur et mortuus D. Philippus Melanchthon ſit, et quae funeris exſequiae fuerint, hactenus expoſuimus, cuius viri memoriam quibus verbis celebremus, nos in praeſentia non reperimus. Hoc quidem ante oculos eſt omnium, quantas res Deus in huius viri humeros impoſuerit, de quibus rebus, quod periculum ſit, ne iam ipſo ſublato attententur et labefactentur a multis, qui viuum vt oderant, ſic etiam metuebant, mortuum autem metuere deſinunt, odiſſe pergunt, ab his igitur quin teterrimae quaeque molitiones expe-

expectandae ſint, nimis multa docere poſſunt. Et meminimus ipſum Melanchthonem cum alias ſaepe tum quodam tempore, cum lithiaſi periculoſe laboraret, de ſe dicere, ſe mortuum laborem relicturum Poetis, amicis autem ἀγωνα ἐπιταφιον. Videat igitur ſibi vnusquisque, vt ad impendentia omnia tam animo, quam caeteris, quibus opus eſt vniuerſis, paratus ſit, neque hoc in praeſentia plura dici attinet. Celebrationem autem mortui, etſi ei aliena praedicatione minime opus eſt, et Poetae qui ſunt, et alii boni quam plurimi ſuſcipient, cuius rei iam quaſi δειγματα in manibus ſunt non pauca. Atque vt hoc etiam addamus, meminimus D. Philippum aliquot ante mortem annis, cum inter amicos et clariſſimum noſtri temporis Poetam familiarius in mercatu Lipſienſi verſaretur, petiiſſe igitur tum Philippum a Poeta illo meminimus, vt ſibi mortuo Epitaphium ſcriberet, breue quidem et ſimplex, atque vt melius intelligas, dicebat, quale velim, ex tempore tum argumenti loco hoc diſtichon pronunciabat, quod ſubiecimus:

Iſte breuis tumulus miſeri tenet oſſa Philippi,
Qui qualis fuerit neſcio, talis erat.

Alter vero ille et Poeta et vir optimus, mihi vero inquit vnum tantum verbum in tuis verſibus mutare liceat, et habebo Epitaphium ſepulchro tuo non indignum, nimirum vt pro *talis*, *magnus* ſcribatur. Haec igitur tum fiebant, et dicebantur a iocantibus. Nos autem qui vir D. Philippus fuerit, et quid morte huius amiſſum ſit, Poetis atque bonis et doctis quamplurimis aliis deſcribendum relinquimus in praeſentia, qui hanc de morte ipſius narrationem feſtinata opera hoc tempore edere voluimus propter mendacia et calumnias hoſtium. Quae vero hactenus de priuatis rebus et ſermonibus expoſuimus, nam publica nota ſunt pluribus, eorum te-

ſtes in praeſentia facimus Eccleſiae Witebergenſis Paſtorem, D. Paulum Eberum, et Miniſtros Eccleſiae caeteros. Ex Profeſſoribus autem publicis pleroſque, e quorum ſunt numero Georgius Maior, Paulus Crellius, Theol. Doctores. D. Ioach. a Beuſt, D. Io. Schneidewein, I. V. Doctores. D. Vitus Vinshemius, D. Caſp. Peucerus, gener, D. Io. Hermannus, Med. Doctores, et Iohannes Maior, Ioachimicus, Theologiae Doctor. Ex Philoſophiae Profeſſoribus Magiſter Sebaſt. Theodoricus, Caſp. Cruciger, Eſromus Rudingerus, Euſebius Menius, vna cum multis aliis viris et iuuenibus optimis et fide digniſſimis, quorum nomina nimis longum fieret hoc loco perſcribere, et ſi neceſſe fuerit, edi quocunque tempore poterunt.

APPEN-

APPENDIX
CONTINENS QVAEDAM IVDICIA DE
SCRIPTIS MELANCHTHONIS,
ET RECENSIONEM COLLECTIONVM QVORVNDAM ILLIVS SCRIPTORVM,
VIDELICET OPERVM, DECLAMATIONVM, CONSILIORVM ET EPISTOLARVM.

Epiſtola Phil. Melanchthonis de ſe ipſo et de editione prima ſuorum ſcriptorum *).

Excuſatione ſtultitiae nihil eſt ineptius. Sed eſt ingenui animi, praeſertim in artibus, agnoſcere errata, et fateri vel ingenii imbecillitatem, vel negligentiam, vt alienis exemplis admonita iuuentus diligentius conſideret in ſtudiis, quo quaſi manus ſit dirigenda. Addam igitur ipſe cenſuram huic editioni ſcriptorum meorum, in qua non ſolum puerilia ſtudia recitabo, ſed etiam exponam quaedam de mea voluntate in republica, et quo conſilio ediderim libellos theologicos.

 Poſt-

*) Praefixa legitur T. I. Operum Melanchth. Baſil. 1542, fol. et Lib. I. Epp. p. 550. ſqq.

Poſtquam vtcunque didici Grammaticen latinam a Iohanne Hungaro Phorcenſi, viro docto et honeſto, graecam a Georgio Simlero, qui poſtea ius ciuile magna cum laude profeſſus eſt, miſſus ſum puer adhuc in Academiam, ubi cum adoleſcentibus nihil publice traderetur praeter illam garrulam Dialecticen, et particulam Phyſices, quia didiceram verſiculos connectere, quadam auiditate puerili coepi legere Poetas, et vt poſtulat res, adiunxi hiſtoriarum et fabularum lectionem. Haec me conſuetudo paulatim deduxit ad autores veteres. Ab his cum ſumerem verba, et tamen de ſtylo nemo quicquam moneret, et nos adoleſcentuli ſine delectu omnia euolueremus, imo magis recentia, vt Politiani, et ſimilia quaedam amaremus, oratio mea quaſi colorem inde ducens, magis hos refert duriores et horridiores ſcriptores, quam veterum venuſtatem et nitorem. Ideo etiam fiebat, quia non intermiſi illa qualiacunque *φιλοσοφȣμενος*, quae cum celeriter percepiſſem, vel exhauſiſſem potius, videremque ab iis, qui tradebant, non intelligi, propterea quod ocioſi in ſcholis et in umbra, non rem publicam, non forum, non eccleſiaſticas pugnas vllas viderant, nec legerant oratorum praelia, coepi ipſe mecum animo quaerere de vſu praeceptionum.

Eo ipſo tempore primum editi ſunt libri Dialectici tres Rodolphi Agricolae, quos mihi recens excuſos Oecolampadius, quem doctrina, prudentia et pietate excellentem, non ſecus ac patrem colebam, donauit. Horum lectione non erudiebar tantum, ſed etiam excitabar, vt in orationibus Ciceronis et Demoſthenis argumentorum formas diligentius conſiderarem ac diſtinguerem. Qua ex re vtrumque adſequebar, vt et orationes illas melius intelligerem ac legerem libentius, et vſum praeceptionum perſpicerem.

Cumque ſeu natura, ſeu fato aliquo ad hanc ſcholaſticam militiam traherer, et docere prius alios coepiſſem, quam ipſe didiciſſem, impulſus ſum a commilitoni-

tonibus, ut ea quae in familiaribus colloquiis differentem audierant, ederem. Ita nati ſunt libelli Dialectici et Rhetorici caſu magis et quodam iuuenili ſtudio, quam re ſatis cogitata. Si quis autem meminit, quales labyrinthi ac tricae fuerint in Dialecticis, qui tunc ſoli legebantur, quanta inſcitia non ſolum linguarum et hiſtoriarum, ſed etiam earum artium, quarum titulis erant ornati Praeceptores, is, ſi de ſtudiis recte iudicat, fatebitur tunc quidem emendationem ſcholarum fuiſſe neceſſariam, quam utinam illi ipſi cenſores noſtri, qui nunc nos accuſant, aut inſtituiſſent ipſi, aut melius gubernaſſent.

Ac ſi illa aurea aetas, quam tunc refloreſcentibus vtcunque literis ſperabamus, ſecuta fuiſſet, fortaſſis laetiora, nitidiora et ſcholis gratiora ſcripſiſſemus. Sed fatalis diſcordia, quae poſtea ſecuta eſt, et mea ſtudia conterruit, et vt fert temporum moeſtitia, triſtiorem et quaſi lugubrem habitum orationi noſtrae circumdedit. Nec vero nunc de fontibus Eccleſiaſticorum diſſidiorum dicam. Scio nos ab inimicis accuſari, aduerſus quos mihi quidem perfacilis eſt et ſimplex defenſio. Fateor exortis diſſenſionibus me comitem et fuiſſe et eſſe eius partis, quae res veras et Eccleſiae neceſſarias patefaciebat. Dux eſſe ne quidem per aetatem potui. Sed aduerſari piis et ſalutaria docentibus non volebam, nec iam aliter ſentio. Legimus Dionyſium Tyrannum petiiſſe in coniugium Principis viri Locrenſis Ariſtidae filiam, quam cum pater negaret ſe Tyranno daturum eſſe, aliquanto poſt Dionyſius conficto crimine interfectis Ariſtidae liberis interrogat, an nondum poeniteat eum conſilii, cum filiam ipſi deſpondere noluerit. Hic Ariſtides ingenti robore animi, etſi, inquit, magno dolore afficior, crudeliter necatis liberis, tamen me recti conſilii non poenitet. Ita etſi vidimus, quantam ruinam etiam quarundam bonarum rerum traxerit ciuilis diſcordia, tamen mei me conſilii non poenitet. Haeret diſcordia,

non noſtra culpa, ſed ſcelere illorum, qui illuceſcentem veritatem ferre nequeunt. Deinde illos ipſos rogo, vt de fontibus non diſputem, vt cogitent, ſolere fatales mutationes omnibus rebus humanis accidere, quae humanis conſiliis caueri non poſſunt. Satis bene nobiscum agi putemus, ſi ſapientia et moderatione mitigari poſſunt, cumque non contingit ὁ ἐξ ὤριας πλȣς, vt dicitur, decebat illos ſapientes, non iracundia, odiis, pertinacia augere publicas difficultates, ſed tentare δευτερον πλȣν, et ſua aequitate lenire incommoda, et ſanare rem publicam. Cur cum Eccleſiae fuerit opus emendatione, deinde cum iam aliqua ex parte mutatio inciderit, non dant operam, ut ſaluti omnium gentium recte conſulatur? Sed deſino de aliorum voluntatibus diſputare, de me dicam.

Me nec opum, nec honorum cupiditas ad ſocietatem horum certaminum in Eccleſia impulit. Et me in his tantis motibus, cum honeſtae voluntatis, tum vero etiam actionum, conſiliorum et ſcriptorum rectorum atque vtilium conſcientia conſolor. Collegi in duobus libellis, in Locis Theologicis, et in commentario Epiſtolae ad Romanos doctrinam Eccleſiarum noſtrarum, quam profecto optarim ſinceram et incorruptam ad poſteros propagari. Nec iudicia Epicurea moror illorum, qui quia Euangelium arbitrantur eſſe fabuloſum, nolunt errata Eccleſiarum reprehendi, nolunt inquiri doctrinae fontes. Nam Cyclopum ſapientiam toto pectore et odi et abominor. Iudico unam eſſe de Deo et voluntate diuina veram doctrinam, quae in Eccleſia Dei extitit inde vsque ab initio, conſeruatam in libris Propheticis et Apoſtolis, et probatis teſtimoniis Eccleſiae proximae poſt Apoſtolos. Hanc doctrinam colendam, diſcendam et propagandam eſſe ſentio. Sentio item multa eſſe in recenti Monachorum doctrina non diſſimulanda errata. Quare cum partem ſcholaſtici laboris ſuſtinerem, collegi non ſolum magna ſedulitate, ſed etiam cura et fide re-

rum

rum ſummas, quas incluſi his libellis, in quibus mihi non volo ignoſci, ſi quid ineſt erroris. Vſus autem ſum dialectico quodam filo in explicandis dogmatibus, non eo tantum, quod haec forma expeditior eſt, et facilius res comprehenſae talibus metis intelliguntur; ſed etiam quia quae proprie et perſpicue dicuntur, moderatiſſime dicuntur. Sperabam autem fore, vt aliquando rerum optimarum perſpicuitas et euidentia καὶ ἐνεργείᾳ et moderatio aditum ad communem concordiam patefacerènt. Durabiliora ſunt et etiam certiora, quae proprie dicuntur, ſi modo vera ſunt, quam ambigua et intricata. Prodeſſe igitur noſtros libellos proprie ſcriptos piis iudico, nec ſtudium Heruagii amici noſtri improbo, qui edendos eſſe putauit.

Ne tamen arrogantius vel de his, vel de aliis meis lucubrationibus ſentire videar, hic iterum teſtor, ut ſaepe alias teſtatus ſum, me non defugere iudicia piorum et eruditorum toto orbe terrarum: deinde me Eccleſiis noſtris candide permittere iudicium de omnibus meis ſententiis et actionibus. Ac ſentio Eccleſiam Chriſti eſſe noſtras Eccleſias, et pios vbicunque terrarum iudicio et voluntate cum noſtris Eccleſiis coniunctos. Quaedam ſunt breuiora in his, de quibus dixi, quam res poſtulat, quae ſi vita erit longior, explicabimus. In caeteris Theologicis quid probem, ex eo libro, cui titulum feci Locorum, aeſtimari poteſt. Quaedam enim, ſi adfuiſſem editioni, ſummouiſſem. Nihil dubium eſt, librum Geneſeos omnium ſcriptorum Propheticorum eruditiſſimum eſſe. In hunc vix ſunt inchoatae enarrationes, in quibus tum quidem etiam ſenibus placebat diſcrimen legis et promiſſionis Euangelicae, ſed paucae ſunt et exiguae pagellae, cum hic liber multo copioſiorem enarrationem flagitet. In Iohannis Euangelium, quam tenuis eſt lucubratio! Sunt et ſententiae recentes collectae περὶ δείπνου κυριακοῦ, quarum aliquae in illis autoribus, qui citantur, ſunt ſuppoſititiae. Haec et ſimilia quaedam mallem

mallem omiſſa eſſe. Memini olim Tubingae Lempum nobis pingere in tabula transſubſtantiationem, vt vocant. Mirabar inſulſitatem hominis tum quoque, neque iam velim citatis nothis ſententiis, titulo Cypriani, aut Ambroſii, aut Theophylacti, confirmari abuſus Sacramenti. Comperi miram fuiſſe audaciam et impudentiam deſcribentium veteres libros, qui vt imponerent indoctis, multa de ſuo adſcripſerunt pugnantia cum autoribus.

Quod autem ſaepe optaui, vt aliquando auctoritate ſeu Regum, ſeu aliorum piorum Principum conuocati viri docti de controuerſiis omnibus libere colloquerentur, et relinquerent poſteris firmam et perſpicuam doctrinam, idem adhuc opto. Meas ſententias fuiſſe moderatas, et conſilia συμβιβαςικα ad communem concordiam accommodata, multi norunt. Sed tamen idem nolim ambiguis et fucoſis moderationibus reſtitui errores, et confirmari ſaeuitiam noſtra ſuffragatione. Quaeratur concordia ſalutaris Eccleſiae, non vt ille, qui conditiones flexiloquas Antiocho ſcripſerat, vt dimidium nauium ei relinqueretur, poſtea diſſectis nauibus acernum dimidiatum reliquit. Nec adeo vel hiſtoriarum vel vitae communis ignarus ſum, vt non cogitem, qui fuerint exitus multorum praeſtantium virorum in diſſenſionibus ciuilibus, aut in imperiis tyrannorum. Scio ſaeuitum eſſe in Prophetas, in filium Dei et Apoſtolos, ſaepe etiam exempla extra Eccleſiam conſidero, Theramenis, Demoſthenis, Demadis, Phocionis, Calliſthenis, Ciceronis et aliorum innumerabilium, qui in bonis cauſis oppreſſi ſunt. Verum huius noſtrae militiae hoc proprium eſt munus, non ſolum ſuſcipere honeſta et neceſſaria certamina ad coeleſtem doctrinam patefaciendam, ſed etiam habere paratos animos ad perferendas aerumnas, quae hanc militiam comitantur. Sit cauſa honeſta et Eccleſiae neceſſaria, exitus vero Deo commendentur.

Haec pauca, cum dicendum eſſet, quos libellos probem, adieci de mea voluntate, quam quidem ſpero multis cognitam et perſpectam eſſe. Altera pars eſt ſcriptorum, quae Philoſophicas materias continet, quam ſatis apparet non oſtentationis cauſa editam eſſe. Nullus enim libellus eſt integer aut abſolutus. Quidam amici ex Italia ad me ſcripſerunt, quosdam doctos uiros mirari, cur tales nugas publicari ſinam. His reſpondere ſoleo, non in Typographos culpam deriuans, ne quidem in ingenii imbecillitatem, etſi hos verſiculos de me ſaepe recito:

Inuida me ſpatiis natura coercuit arctis,
Ingenio vires exiguasque dedit.

Sed alia cauſa eſt, cur has ſcholaſticas materias agito, quia qui in ſcholis regunt iuuentutis ſtudia, hos neceſſe eſt has diſputationes proponere. Non eſt nobis hic finis noſtrarum commentationum propoſitus, vt velut olim panegyrici audiente tota Graecia in publicis conuentibus recitabantur, ita nos ad oſtentationem eloquentiae aut doctrinae noſtras lucubrationes edamus, ſed vtilitati ſcholaſticorum ſeruimus, ac fui, quantum potui, et hortator et adiutor, vt adiungeret iuuentus ad doctrinam Chriſti Philoſophiae ſtudia, non illius garrulae et lutulentae, ſed purioris, videlicet Mathemata, Phyſicen et Ethicen, et ſine eloquentiae exercitiis et linguarum cognitione lumen habere haec tam multiplex doctrina non poteſt. Ideo vetuſtos ſcriptores vtriusque linguae multos enarrauimus, multa decerpſimus, quae videbantur ad excolendos et erudiendos ingenioſos prodeſſe. Id feciſſem accuratius, ſi plus eſſet otii. Nec ſucceuſebo, ſi quis ea, quae deſiderat, deeſſe arbitratur propter ingenii mei tarditatem, quod etiam iniuriis fortunae et aularum debilitatum eſt. Sed tamen res ipſa oſtendit, quaedam Phyſica nitidius et Ethica rectius a nobis explicata eſſe, quam olim tradebantur. Me quoque

que paulatim vſus, vt ſit, erudiit. Diu et conſilium Ariſtotelis, et accommodationem Geometricae proportionis ad iuſtitiam diſtributiuam in quinto Ethicorum ignoraui, donec viderem eandem a Platone aliquanto illuſtrius traditam eſſe in quinto de legibus. Solet enim Ariſtoteles multas venuſtas figuras a Platone mutuari. In eo loco Ariſtotelis etiam graeci commentarii conſilium autoris non exponunt, non vident eum partiri omnem in vita communicationem in duo genera, in rerum commutationem, in qua quaerenda eſt ſumma aequalitas Arithmetica proportione, et in ſocietatem cum hominibus ſeu perſonis. In hac ſocietate, in legendis magiſtratibus, in diſcernendis omnium hominum gradibus priuatim et publice tuenda eſt proportio Geometrica. Nec ſine labore diiudicaui ſectas, et oſtendi quomodo ad doctrinam Eccleſiaſticam haec philoſophica conferenda ſint. Quamquam autem aſpiciens interdum editos libellos ipſe multa deſidero, tamen minus me poenitet horum laborum, cum cogito inſcitiam et ignauiam ſuperiorum annorum. Memini cum legeremus una Oecolampadius et ego Heſiodum, meque admodum adhuc adoleſcentulum inuaſiſſet mirifica quaedam cupiditas intelligendi cum caeteros locos de ortu et occaſu ſtellarum, tum vero eos verſiculos, in quibus ait: quadraginta dies latere Pleiades, neminem fuiſſe in magna frequentia praeter unum Stoflerum, qui nos adiuuare poſſet. Nunc cum adoleſcentia ad veteres autores, ad veram Philoſophiam reuocatur, haec omnibus ſcholaſticis nota et decantata ſunt. Magnum decus eſt Eccleſiae eruditio. Deinde ne poſſunt quidem ab ineruditis explicari difficiliores controuerſiae, in quibus non ſatis eſt res ipſas mediocriter tenere, ſed etiam forma quadam et methodo, genere verborum et dexteritate quadam in explicando opus eſt. Haec cum deſunt, ſaepe optimae ſententiae corrumpuntur aut obruuntur. Nec raro accidit illud, quod eſt in Horatii admonitione: amphora

coepit

coepit inſtitui, currente rota cur urceus exit? Nec illud de nihilo eſt, quod ſeu Plato ſeu Socrates ait, ſe, ſi quem nactus ſit, qui recte partiri, diſtribuere et coagmentare membra cauſarum poſſit, eius ſe viri ceu Dei veſtigia aſſectaturum eſſe. Significabat enim Plato in grauibus cauſis maxime neceſſariam eſſe illam eruditam explicandi rationem, quam profecto ſine vera Philoſophia nemo aſſequi poteſt.

Cum autem Eccleſiaſticarum controuerſiarum magna ſit varietas et difficultas, optandum eſt, vt haec ſtudia floreant, et coeleſti doctrinae prudenter adiungantur. Et gubernatores Reip. ſuis conſiliis et autoritate ſua iuuentutem ad haec ſtudia coniungenda adigere debebant. Quantulum enim nos in ſcholis, niſi a ſuperioribus ordinibus adiuuemur, efficere poſſumus: magna etiam paucitas eſt doctorum, qui in vtroque genere laborant.

Martinus Mylius in praef. Chronologiae Scriptorum Phil. Melanchthonis, Gorlic. 1582. 8.

Cum alia paene omnia admiratione digna in ſcriptis Melanchthonis inueniuntur, tum vero tria praecipue ſunt, quae prae caeteris a viris doctis commendari ſolent. Primum eſt, quod quae vel in Theologia vel Philoſophia tradidit ſcripſitque omnia, ex veris ac certis fundamentis ipſisque doctrinae, rei et cauſſae, de qua agit, viſceribus hauſit atque depromſit. Nam cum ille vniuerſam Eccleſiae doctrinam totamque ἐγκυκλοπαιδειαν artium fideliter mente complexam teneret, eam intuens et perluſtrans, optime perſpicere potuit, quibus fundamentis vtendum, et ex quibus fontibus hauriendae eſſent certae et verae ſtabiliendae ſententiae confirmationes. Certum eſt una ſaepe vel definitione vel diſtinctione vel regula ex fundamentis doctrinae deſumta ſententiam veram ita ab eo confirmatam, falſam confutatam eſſe, vt ſubito

ſubito omnes diſputationes tanquam ad ictum fulminis diſſipatae euanuerunt. Teſtantur id feliciter et fortiter ab ipſo talibus fundamentis euerſa et proſtrata Oſiandri et Stancari, vt alia exempla infinita non adducam, certamina: quorum illius controuerſiam, e cuius labyrinthis expedire ſe nemo poterat, vna paene voce totam explicauit, monſtrata differentia inter iuſtitiam inchoatam et imputatam. Huius vero dogma quam breuiter refutauit monſtrata vna atque altera regula differentiarum inter nomina officii et appellationis naturarum? Ab hac igitur parte initio facto et quaſi termino exorſus Melanchthon, poſtea proceſſit vlterius, et ſcopum ſibi certum praefixit, ad quem in omnibus dictis et ſcriptis collinearet. Ea fuit praeceptorum ad vſum dexterrima et feliciſſima accommodatio. Nam cum fato quodam in magnam confuſionem diſputationum in omni ſcientiarum genere incidiſſet, dedit operam, vt inutilibus quaeſtionibus reſectis neceſſaria traderet, et quae vſum haberent in vitae exercitiis communibus, doceret. In hac parte cum omnia ſita eſſe perſpicaciſſimo ingenio animaduertiſſet Melanchthon, id praeſtitit, vt nunc quidem eo nemo rectius vſum Philoſophiae et Theologiae monſtraſſe videatur. Non iam dicam de aliis artibus, hoc tantum affirmo, Dialecticae et Hiſtoriarum vſum non ſic fuiſſe ante Philippi tempora monſtratum, vt nunc Dei beneficio patet. Nam cum antea ad garrulam Sophiſticam Dialectica fuiſſent abuſi, nec ullum eius alium uſum perſpexiſſent, Melanchthon ex omnibus artibus et inprimis Eccleſiae doctrina depromtis exemplis oſtendit, quomodo ad explicationem magnarum rerum praecepta huius artis accommodari, et quam fortiter illa ipſa verae ſententiae communiri, falſae refutari poſſent. Vnde iactata illa in ſcholis Melanchthoniis vox: Etſi omnes artes carere poſſent Dialectica, tamen in Eccleſia retinere eam neceſſe eſſet. Et quoties beatus ſenex repetiit hanc ſententiam? quod omnis bonus Theologus et fidelis

lis interpres doctrinae coeleſtis neceſſario ſit et eſſe debeat primum Grammaticus, deinde Dialecticus, denique teſtis. Neque aurea Philippi dialecticorum erotemata hodie niſi indocti contemnunt, docti inter miracula huius aetatis referunt. Totus libellus Chronicus, quem vtinam licuiſſet autori integrum pertexere, ſenilis ſapientiae Philippi pretioſus et egregius theſaurus: et in quo vere decerpſit autor *κορυφας απο πασων της ιϛοριας αρετων*, quid aliud eſt? quam applicatio hiſtoriarum ad praxin et ad vſum in vita communi, in Eccleſia, in Rep. denique in maximarum omnis generis controuerſiarum diiudicatione. Itaque quod Epicharmo acuto nec inſulſo, vt eum vocat Cicero, homini ſcripſit epitaphium Theocritus, quam verius congrueret huic noſtro Melanchthoni:

πολλα γαρ ποτταν ζοαν παισιν ειπε χρησιμα
μεγαλα χαρις αυτω.

Vtilia ad vitam pueris quia plurima ſcripſit, magna illi habenda eſt gratia.

Porro vt quicquid ex fundamentis ipſis hauſiſſet, et ad vſus debitos et maxime neceſſarios referre vellet, recte explicaret, adhibuit res duas accommodatiſſimas, ſine quibus nec recte doceri quisquam, nec quae docentur, recte percipere poteſt: genus nimirum dicendi ſignificantiſſimum, et ordinem atque methodum planiſſimam, quod iam eſt tertium *θαυμαϛον* in ſcriptis Philippicis. Sermo Philippi humilior eſt ille quidem, et ſecundum Horatium, ſerpit humi tutus nimium pauidusque procellae; verum non ita imitabilis cuiuis, vt prima fronte apparet, ſed plane eiusmodi, vt ſecundum eundem Horatium: ſperet idem, ſudet multum fruſtraque laboret, auſus idem. Hic autem humilis dicendi character cum proprietatem mira ſolicitudine cuſtodiat, ad docendum longe eſt accommodatiſſimus, caeterum verecundus maxime et mira voluptate afficiens legentem in ſimplicitate eruditiſſimus et neruoſiſſimus. Quemadmodum enim plus artis eſt in di-

ctura, quae lineamentis et proportionibus ſimplicitatem naturae aemulatur et exprimit, quam in ea quae ſola varietate colorum oculis ſpectantium blanditur; ita neſcio quid naturalis, et vt ille dixit, latentis energiae in ea ſit forma elocutionis, quam Atticam vocant, et qua vſum eſſe conſtat Melanchthonem. Nam et iis verbis vtitur, quae non aliunde petita, ſed cum ipſis rebus nata videntur: et ab ornatu et cultu otioſo ita abſtinet, ita affectationem omnem vitat, vt exclamare auſim id quod Fabius de Xenophontis oratione pronuntiauit. Quid commemorem Melanchthonianam illam iucunditatem inaffectatam, ſed quam nulla affectatio poſſit conſequi, vt ipſae finxiſſe ſermonem Gratiae videantur. Tale ſermonis genus etſi pro modeſtia ſua extenuat Philippus et occupationum alieniorum a ſtudiis eloquentiae, in quas aetas illius incidiſſet, varietati tribuit, tamen ſi rem vere aeſtimare voluerimus, deprehendemus, generoſitatem quae in ipſo fuit naturae, quaeque amans eſt perſpicuitatis, *παν γαρ το ἐσθλον σαφες* ſecundum Euripidem, ad hoc genus animum ipſius deflexiſſe; et vt illud libentius vſurparet, confuſionem in omni diſciplinarum genere compuliſſe. Ne enim res iam ante intricatae magis inuoluerentur, veritas eluceſceret, proprietatem in explicando quantum potuit, adhibuit, ac quaeſiuit genus verborum, quo ad proprietatem, quae ad perſpicuitatem et concordiam vtilis eſt, diſcentes aſſueſierent. Quod quidem ſtudium ita cecidit, vt non tantum amicis ſed etiam praecipuis aduerſariis nihil gratius oratione Melanchthonis eſſet: et multi magni viri etſi opinionibus ab eo diſſentientes, tamen propter eloquentiam eum colerent, admirarentur, obſeruarent, ab omnibus conuitiis et criminationibus abſtinerent. Ad methodum quod attinet, et ordinem in tractandis artibus, nunquam Promethens, vt eſt in fabulis, tantam mundo lucem intulit, communicato cum mortalibus igne e coelo ſurrepto, quantam lucem intulit artibus methodus Philippica. Vſus enim filo dialectico, hoc eſt,

luce

luce illa naturae diuinitus hominum mentibus in creatione impreſſa, in explicandis dogmatis, et confuſis rerum labyrinthis, ex ſinuoſis et inexplicabilibus maeandris atque ambagibus omnibus ſeſe expediuit, et qua alii ſe expedirent viam et rationem expeditiſſimam monſtrauit. Haec igitur cum ita ſint, monſtroſae omnino naturae et infelici ſidere natum eſſe oportet, qui non in delitiis habeat ſcripta Philippica, cum eorum initium ſit a veritate, ſcopus tendat ad vtilitatem, medium ſit ordo. Quid dulcius veritate? quid magis expetendum vtilitate? quid pulchrius ordine? Atque hae ſummae dotes fecerunt, vt in omnibus bene conſtitutis ſcholis libelli Philippici diſcentibus ſemper proponerentur. Ac euentus oſtendit hactenus, et docebit etiam in poſterum, vtiliter et feliciter docuiſſe ſcholas illas omnes, quae hanc vere Orphei lyram arripuerunt, ſeu potius lumen hoc diuinitus hac aetate in Germania accenſum praelucere ſibi voluerunt, et contra per longas ambages ſine hoc Ariadnaeo filo diſcentes fuiſſe circumductos, et hodie adhuc in luce meridiana caecutire. Denique in ea fuerunt exiſtimatione apud omnes ſaniores ſcripta Melanchthonis, vt quibus ſaltem ea probarentur, docti viri nomen ſibi compararent, et quod olim Fabius de Ciceronis ſcriptis pronunciauit: ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit, ad Melanchthoniana monumenta accommodaretur: hic ſe profeciſſe ſciat in erudita pietate, et pia eruditione, cui Philippi ſcripta valde placebunt. Haec de vtilibus lucubrationibus doctiſſimi Melanchthonis praemittere Catalogo ſeu verius Chronologiae ſcriptorum ipſius breuiter volui. Nam alias eius virtutes et dona, quae in eum Deus tam eximia contulit, et quibus eum ſic exornauit, vt quaſi mortale numen nobiscum dum viueret, haberi poſſet, oratione exprimere, nemo niſi pari et eruditione et eloquentia inſtructus poterit. Habuit enim ille non adumbrata ſigna, ſed expreſſas et ipſius cordi, quod erat domicilium Spiritus ſancti, et velut officina diuinarum actionum, inſculptas imagines

 virtu-

virtutum. Erat in illo ſincera pietas et ardens ſtudium purae caſtaeque religionis, erat ad miraculum vsque ſumma συζυγια memoriae et iudicii, erant induſtriae vehementes ſtimuli ac laboris, flagrabat amor concordiae apud illum, vigebat amor Reip. tantus, vt illum a curis publicis abſtrahere commoda nulla priuata poſſent. Neque ego vnquam fuiſſe tale organum in his terris vllum puto, tam ex multarum praeclararum inter ſe congruentium virtutum choro, conflatum et compoſitum. Quis clarioribus viris omni tempore iucundior? quis doctiſſimis coniunctior? quis homo meliorum partium ſemper? quis acrior veritatis defenſor? quis in voluptatibus parcior? in laboribus patientior? in benefaciendo promtior? Illa autem in illo viro admiranda fuerunt, et quae ipſe philoſophiam ſuam propriam nominare ſolebat, inimitabili patientia tolerare omnes omnium iniurias, comprehendere omnes caritate vere chriſtiana, cum omnibus communicare quod habebat, ſeruire temporibus ſuorum omnium pecunia, gratia, labore, corpore etiam ſi opus eſſet, regere affectus et cohibere naturae impetus vehementioris, ne vel ſtudio contentionis augere certamina, vel mollitie animi prodere veritatem, vel pertinacia aut ambitione turbare Eccleſias et Resp. videretur. His ille tam praeclaris virtutibus cum omnes omnibus ex terris homines doctos et ſapientes ſibi deuinxit, tum etiam multos fortes viros et illuſtres Principes tenuit. Neque vnquam tantum iubar coeleſtis doctrinae noſtro tempore effulſiſſet, niſi in hoc electum organum Deus tot naturae et ingenii dotes tam cumulate contuliſſet. Vt autem vixit pie, iuſte et ſobrie, ita mortuus eſt ſancte et feliciter, et memoriam ſtudiorum et officiorum ſuorum ingensque ſui deſiderium iis omnibus reliquit, apud quos bene viteris ſtat gratia facti —.

Elogia

Elogia et teſtimonia quaedam) virorum doctiſſimorum Saeculi XVI. de Philippo Melanchthone.*

D. Martin. Luther.

Philippus noſter Melanchthon homo admirabilis, imo paene nihil habens, quod non ſupra hominem ſit.

Eruditiſſimus et graeciſſimus Phil. Melanchthon apud nos graeca profitetur, puer et adoleſcentulus, ſi aetatem conſideres, caeterum noſter aliquis, ſi varietatem et omnium fere librorum notitiam ſpectes, tantum valet non ſolum in vtraque lingua ſed vtriusque linguae eruditione. Ebraeas quoque non incognitas habet literas.

Tantum abeſt vt vllus Eccius mihi Melanchthonem reddere poſſit inuidioſum, vt in omni mea profeſſione nihil ducam antiquius Philippi calculo, cuius vnius iudicium et autoritas mihi ſtant pro multis millibus ſordidorum Ecciorum. Neque me pudet etſi Magiſtrum artium Philoſophiae et Theologiae, et omnibus paene Eccii titulis inſignem, ſi huius mihi Grammatiſtae diſſenſerit ingenium, meo ſenſu cedere, quod et ſaepius feci, et quotidie facio ob diuinum donum, quod Deus in hoc fictile vaſculum Eccio quidem contemtibile larga benedictione infudit. Philippum non laudo, creatura eſt Dei, et nihil, ſed opus Dei mei in ipſo veneror.

Qui Philippum non agnoſcit Praeceptorem, der muſs ein rechter Eſel vnd Bachant ſeyn, den der Dünckel gebiſſen hat. Quicquid ſcimus in artibus et in vera Philoſophia, illud debemus Philippo. Er iſt wol ein ſchlechter Magiſter, iſt aber auch wol ein Doctor ueber

*) Qui plura id genus teſtimonia honorifica de eruditione Melanchthonis legere geſtit, adeat librum, cuius titulus: *Teſtimonia D. Martini Lutheri de ſocio laborum et periculorum ſuorum, Ph. Melanchthone; Acceſſerunt et aliorum laudatiſſimorum virorum de eodem Philippo ſcriptisque eius iudicia perquam honorifica, Gorlicii 1580. 4. plagg. 6.*

alle Doctores. Es iſt auf Erden keiner, den die Sonne beſcheinet, der ſolche dona haette als Philippus. Darum laſſet vns den Mann groſs achten. Wer ihn veracht, der muſs ein verachter Menſch für Gott ſeyn.

Eraſmi Roterod.

De Melanchthone et ſentio praeclare, et ſpero magnifice, tantum vt eum iuuenem nobis Chriſtus diu velit eſſe ſuperſtitem. Is prorſus obſcurabit Eraſmum.

Phil. Mel. praeter inſignem eruditionem et raram eloquentiam habet gratiam quandam fatalem, quam genio ſuo debet potius quam ingenio, vt cum ſit omnibus candidis gratiſſimus, ne apud hoſtes quidem habeat quemquam, cui ſit admodum exoſus.

At Deum immortalem, quam non ſpem de ſe praebet admodum etiam adoleſcens ac paene puer Philippus ille Melanchthon, vtraque literatura paene ex aequo ſuſpiciendus? quod inuentionis acumen? quae ſermonis puritas et elegantia? quanta reconditarum rerum memoria? quam varia lectio? quam verecundae regiaeque prorſus indolis feſtiuitas?

Oecolampadius ad Eraſmum.

Crebras ad me dat literas Phil. Melanchthon. Semper tui meminit, ſemper admiratur, ſemper commendari tibi rogitat: plane digniſſimus Eraſmi amore, qui alter futurus eſt Eraſmus, quique facundia, ingenio, eruditione, vita, ſi quisquam Germanorum, Eraſmum praeſtabit.

Io. Schwebelii.

Mihi vnus Philippus et ſolus fere poſt diuinas literas et acute, et docte et breuiſſime omnia agere videtur.

P. Lotichii Secundi.

Amiſimus praeſtantiſſimum virum, ſumma virtute ac fide, pacis ac concordiae amantiſſimum, quem omnes externi atque aduenae tanquam communem literarum parentem

rentem amabant, colebant, admirabantur; amabitque multo vehementius ac praedicabit, extincta inuidia, omnium ſeculorum poſteritas.

Andr. Carlſtadt. ad Ph. Melanchth.

Non ignorat vniuerſa Wittembergenſis Eccleſia, in qua tu primus dux agis, quam raro et mirabili ſis iudicio, id quod tibi experientia permoti tribuunt multi. Ego autem ex cauſſis ſummum eſſe dinoui. Nempe quae vix ſingula cernimus in aliis, ea tu omnia coniuncta Dei dono et voluntate habes linguarum interpretationem. Dialecticam taceo, quanquam haec in excogitandis argumentis eſt muta, tamen in iudicandis non nihil valet. Oratoriam cui ſua praecepta ſunt quomodo verum inueniatur, non modo vt iudicetur, cui peculiaris eſt vis, verborum lumine ferire ac ſententiarum pondere triumphare, cui eſt poteſtas retruſa eruendi, obſcura illuſtrandi, et in ſumma e fumo faciendi ignem. quid enim non poſſet illa flexanima rerum domina et regina? qua tu inprimis es educatus, omnia ſane veluti imperator bonus et fortis adoriris ea, nihil adeo ſaxeum eſt, quod non facile commollias, nihil tam fuſum, quod non amputes, nihil tam anguſtum, quod non queas dilatare. Imo nihil eſt, quod tibi non obtemperet, rigidos flectis, erectos inclinas, iacentem erigis, aduerſantem et repugnantem capis. Doces, dedoces. Incendis, reſtinguis. Omnia tuae vehementiae cedunt etc.

Idem ad Spalatinum.

D. Philippus mihi eſt chariſſimus et non poſtreme ſuſpiciendus. Homo maximae eruditionis et ingenuus, de quo maiorem habeo ſpem, nec metuo eum diſceſſurum.

OPERA.

Prima collectio Operum Baſileenſis.

„Operum Philippi Melanthonis Tomi V. quo„rum catalogos ſequentes paginae indicabunt. Cum prae„fatione Autoris. *Baſileae* apud *Ioan. Hervagium*, Anno „M. D. XLI.„ in folio.

Catalogus Tomi primi.

Comment. in Geneſin.
Comment. in Prouerb. Salom.
Enarratio in aliquot Pſalmos.
Annotationes in Euang. Matth.
Annotatt. in Ioannem.
Annotatt. in ep. Pauli priorem ad Corinth.
Oratio Didymi pro M. Luthero.
Apologia pro M. Luth. adu. Pariſ. Sophiſtas.
Iudicium contra Anabaptiſtas.
De coena Domini ſententiae.
De officio Principum.
An liceat Chriſtianis litigare.
De gradibus conſanguinitatis ſiue affinitatis.
De Eccleſia.
Sententiae de promouendo Euangelio.

Tomi ſecundi.

Comment. in Epiſt. Pauli ad Romanos.
Summa doctrinae in proph. et apoſt. ſcriptis traditae de iuſtificatione coram Deo.
Diſpoſitio Epiſt. Pauli ad Romanos.
Scholia in Epiſtolam Pauli ad Coloſſ.
Loci communes theologici.

Tomi tertii.

Confeſſio fidei.
Apologia confeſſionis.
Catechiſmus.

Ratio

Ratio breuiſſima concionandi.
Ratio breuis diſcendae Theologiae.
Diſputationes.
De tribus votis.
Epiſtola ad Comitem Ioan. a Vueda.

Tomi quarti.

Comment. de Anima.
In I. II. III. V. lib. Ethic. Ariſtot. Comment.
Philoſophiae moralis Epitome.
In Politica Ariſtotelis Comment.

Tomi quinti.

Grammatica latina.
Grammatica graeca.
Dialecticae lib. IIII.
Rhetoricae lib. II.
In Heſiodum enarratio.
Vocabula menſurarum et rei numariae.
Farrago epigrammatum.

Secunda collectio Operum Vitebergenſis.

„Omnium Operum reuerendi viri Philippi Melan-„thonis Pars prima, in qua quae ſcripta contineantur, „ſequens pagina indicat. Additus eſt ad finem copioſus „index rerum et explicationum praecipuarum. Cum „gratia et priuilegio ad annos quindecim. *Wittebergae* „excud. *Io. Crato*, 1562. P. II. ib. e. a. P. III. ib. 1563. „P. IV. ib. 1564. fol.

Index Partis primae *).

Catecheſis.
Auguſtanae Confeſſionis editio prima.

*) Editor horum operum eſt Caſp. Peucer, qui hanc P. 1. dedicauit Maximiliano Regi Bohemiae, in qua epiſtola dedi-

Auguſtanae Confeſſionis editio poſtrema.
Confeſſio doctrinae Saxonicarum Eccleſiarum.
Locorum theol. poſtrema editio.
Examen theologicum.
De Coniugio.
De controuerſia Stancari.
Definitiones appellationum in doctrina Eccleſiae vſitatarum.
Reſponſiones ad Articulos inquiſitionis Bauaricae.
Enarratio Symboli Niceni prior.

Partis ſecundae *).

Epitome renouatae Eccleſiaſticae doctrinae.
Ratio breuis ſacrarum concionum tractandarum.
De officiis concionatoris.
Breuis ratio diſcendae Theologiae.
Didymi Fauentini adu. Th. Placentinum oratio.
Aduerſus Pariſienſium Theologaſtrorum decretum apologia.
Reſponſio ad ſcriptum quorund. delectorum a Clero ſecundario.
De Eccleſia et autoritate verbi Dei.
Doctrina de poenitentia.
Defenſio coniugii ſacerdotum.
Scripta quaedam de vſu integri Sacramenti.
Scriptum contra Stenckfeldium.

Teſti-

dedicatoria agit de varia Eccleſiae fortuna et facie inde ab initio mundi vsque ad ſua tempora, deque cauſis edendi iunctim ſcripta Melanchthonis. Quarum prima eſt, vt poſteritas cognoſcat, quale tradiderit genus doctrinae is, qui praecipua certamina in congreſſibus cum aduerſariis ſuſtinuit, et diſputando dogmata eorum praecipue labefactauit. Altera eſt, vt haec ſcripta refutent iniqua de eo iudicia et calumnias malorum hominum.

*) Huic P. II. praefixit Peucerus epiſtolam dedicatoriam ad D. Auguſtum Elect. Sax. de neceſſaria mutatione dogmatum falſorum, quae fuerant in Papatu, agentem.

Teſtimonia de Euchariſtia non adminiſtranda, niſi adſint, quibus ea diſtribuatur.
Annotata a D. Caſp. Crucigero Ratisbonae ad refutandas praeſtigias Sophiſmatum Eccii.
Enarratio Symboli Niceni poſtrema.
Comment. in Geneſin.
Argumentum in Eſaiam Prophetam.
Arg. in Ieremiam.
Arg. in Threnos Ieremiae.
Comment. in Danielem.
Arg. concionum Proph. Haggaei.
Comment. in Proph. Zachariam.
Explicationes in initium Malachiae.
Commentarii in Pſalmos.
Enarratio 51. Pſalmi et aliorum.
Enarratio Pſalmi: Dixit Dominus etc. et aliquot ſequentium.
Explicatio Prouerbiorum Salom.
Enarratio libri Salom. cuius tit. eſt Eccleſiaſtes.
Argumentum eiusdem libri repetitum Wit. a. 1534. (1554.)

Partis tertiae *).

Enarrationes Euangeliorum dominicalium.
Conciones explicantes integrum Euangelium Matthaei, Vitebergae habitae a Seb. Froſchelio, ſcriptae a P. Melanchth.
In Euangelium Ioannis Enarratio propoſita a Caſparo Crucigero.
Commentarii in ep. Pauli ad Romanos.

Partis

*) Dedic. ad Fridericum Palat. Elect. agit de norma iudicii, qua diiudicandae ſint controuerſiae dogmatum et de iudiciorum auctoritate.

Partis quartae *).

Diſpoſitio orationis in ep. Pauli ad Romanos.

Enarratio ep. Pauli ad Romanos edita 1556.

Breuis et vtilis comment. in priorem epiſtolam Pauli ad Corinthios et in aliquot capita ſecundae.

Enarratio ep. Pauli ad Coloſſenſes praelecta a. 1556.

Enarratio epiſtolae prioris ad Timotheum et duorum capitum ſecundae.

Propoſitiones complectentes praecipuos articulos doctrinae coeleſtis traditae in ſchola Witeb. vt eſſent materia diſputationum contra praeſtigias Pontificias et multas recentes.

Propoſitiones theologicae M. Lutheri et P. Melanthonis continentes ſummam doctrinae chriſtianae ſcriptae et diſputatae Witebergae inde vsque ab a. 1516.

Colloquium Wormatienſe inſtitutum a. 1540.

Acta in Conuentu Ratisbonenſi, 1541.

Acta Smalcaldenſia, 1533.

Cauſae quare et amplexae ſint, et retinendam ducant doctrinam quam, profitentur Eccleſiae Aug. Conf. et quare iniquis iudicibus collectis in Synodo Tridentina non ſit adſentiendum.

Scripta exhibita in Colloquio Wormatienſi a. 1557.

Reſponſio ad criminationes Staphyli et Auii.

Conſilium de moderanda controuerſia in articulis religionis praecipuis ſcriptum ad Gallos, 1535.

Epiſtola ad Senatum Venetum, a. 1539.

Epiſtola ad Regem Angliae, Henricum VIII. a. 1539.

*) Dedic. ad Ioachimum II. Elect. Brand. agit de iis, quae in Comitiis imperii a Theologis ad controuerſias religionis vel componendas vel leniendas agitata fuerant.

DECLA-

DECLAMATIONES.

„Selectarum Declamationum Philippi Melanthonis, „quas conſcripſit, et partim ipſe in ſchola Vuitebergenſi „recitauit, partim aliis recitandas exhibuit. Tomus pri„mus, Argentorati, 1559.„ 8. Editor eſt Nic. Gerbelius.

Catalogus primi Tomi *).

Adhortatio ad chriſt. doctrinae per Paulum proditae ſtudium.

De theologicorum ſtudiorum dignitate oratio.

Oratio de gradibus in Theologia ſeu Euangelii Doctoribus promouendis.

Adhortatio — de doctrinae puritate in Eccleſia conſeruanda.

Oratio de dignitate ſtudiorum theologicorum ac miniſterio Eccleſiaſtico.

Querela Lazari ad omnes Reipublicae gubernatores.

Hiſtoria de Diuite et egeno Lazaro verſibus reddita.

De exemplo emendati Latronis in cruce propugnantis gloriam Chriſti.

Oratio de admirando Dei opere, quo teſtatur Deus ſe perpetuo Eccleſiam Chriſti in mundo conſeruare.

Oratio de diuo Paulo Apoſtolo.

Reſponſio ad ſcriptum quorundam delectorum a Clero ſecundario Colon.

Oratio de legibus deque eo Iure, quod in ſcholis hoc tempore et in iudiciis in bona Europae parte regnat.

Chriſtianis non eſſe neceſſarium vti legibus Moſaicis. Item Romanum Ius antecellere legibus aliarum gentium.

Res non iudicandas ſecundum arbitrium iudicis, ſed ſecundum ius ſcriptum.

Vtrum magis expediat regi ciuitates arbitriis gubernatorum, an ſcripto iure. item de veterum interpretum dignitate.

Oratio

*) Sequentes huius primi tomi editiones mihi innotuere: Argent. 1544. 1546. 1555. 1558. 1559. 1564. 1569. 8.

Oratio de iuſtitiae aequitatisque ſcriptae ac de ſtricti iuris ratione ex l. Placuit, C. de iudiciis.

De dignitate legum, quarum et eſt et futurus eſt vſus, etiamſi magnae fuerunt et nunc ſunt, et impendent rerum humanarum mutationes.

Oratio de laudibus et vtilitatis magnitudine artis Medicae.

Non aliam artem ex prophanis, aut plures vtilitates ad vitam adferre aut digniorem eſſe Medicina.

Oratio contra Empiricos Medicos.

Eccleſiis opus eſſe liberali eruditione.

Oratio de doctrina Phyſica.

Oratio de laudibus et vtilitatibus Aſtronomiae ac Geographiae.

Oratio de ea parte Aſtrologiae, quae de ſyderum effectibus in natura inferiore diſputat.

De multiplici Arithmetices et Geometriae vtilitate.

Oratio de Dialectica.

Neceſſarias eſſe ad omne ſtudiorum genus artes dicendi.

Oratio de ſtudiorum eloquentiae exercitiis atque laudibus.

Oratio in laudem nouae ſcholae Noribergae habita.

De dignitate vitae ſcholaſticae.

Quo conſilio olim gradus diſcentium inſtituti ſint.

Oratio de gradibus ſcholaſticis deque vtilitate examinum.

De corrigendis adoleſcentiae ſtudiis.

De emendatis ſcholis reſtituendis.

De ſtudiis inferiorum artium.

De linguarum ſtudiis et vtilitatibus.

De concordia et communicatione ſtudiorum atque operarum, ſine qua retineri et conſiſtere resp. non poteſt.

Oratio de miſeriis et aerumnis Paedagogorum.

Oratio de amore veritatis ſeu de odio Sophiſtices.

Oratio de fugienda Sophiſtica in dirimendis controu. Eccl.

Oratio de Regum officio, videlicet, an in tanta religionum diſſipatione Rom. Imperator ſynodum indicere,

et

et ea quae ibi recte et pie conſtituentur, armis tueri debeat.

Quaeſtio, quare Plato dixerit, optimum eſſe ſtatum reip. eum, qui medius eſt inter tyrannidem et democratiam.

Oratio de gratitudine.

Oratio de ingratitudine, impietate et ſcelere cuculi.

De vtilitate fabularum.

Oratio contra adfectationem nouitatis et aliarum ineptiarum in veſtitu.

De crudeliſſima vrbis Romae direptione.

Oratio de temulentia et ebrietate.

Encomium Sueuorum.

Oratio de antiquitate et laudibus Franciae.

Oratio de encomio formicarum.

„Philippi Melanchthonis cum praefationum in quos-„dam illuſtres autores, tum orationum de clariſſimorum „virorum vitis. Tomus ſecundus. Argentorati, 1559.„ 8. Editor eſt Nic. Gerbelius.

Catalogus huius Tomi ſecundi *).

Praefatio in Heſiodum.

Alia in eundem.

In Homerum.

In Aeſchinis et Demoſthenis Orationes.

In Ptolomaei magnam compoſitionem.

In Arithmeticam.

In Geometriam.

In tabulas reſolutas Schoneri.

In Sphaeram Ioannis de Sacrobuſto.

In Theoricas nouas Planetarum.

In Alfraganum et Albategni.

In

*) Prodiit quoque ſecundus tomus Orationum Argentorati, 1544. 1546. 1555. 1558. 1559. 1564. 1569. 8.

In Computum Eccleſiaſticum.
In Galenum.
In Xenophontem.
In Officia Ciceronis.
Alia in officia Cic.
In Carmen Frederi de laude vrbis Hamburgae.
In Turcicarum rerum comment. Pauli Iouii.
In Chronicon Abbatis Vrſpergenſis.
Paraphraſis Plinianae praefationis.
In Dialecticam Rodolphi Agricolae.
In Metricam Micylli.
In Grammaticam Micylli.
In Syntaxin P. Melanthonis.
In Prophetam Danielem.
Alia in eundem.
In harmonias de Paſſione Chriſti.
Alia in easdem.
Oratio de vita Auguſtini.
Oratio de diuo Ambroſio.
De Polycarpo Epiſcopo Smyrnaeo.
Oratio de Platone.
De vita Ariſtotelis.
De vita Hippocratis.
De vita Galeni.
De Irnerio et Bartolo ICtis.
Epicedion Eraſmi Roter.
Apotheoſis eiusdem.
De vita Rodolphi Agricolae.
Laudatio funebris D. Sebaldi Munſteri.
De Imperatore Ottone primo.
De Sigismundo Imperatore.
De Friderico Barbaroſſa Imp.
De Henrico III. Imp. ac Rodolpho Duce Sax.
Oratio funebris dicta Diuo Maximiliano Caeſari.
Oratio dicta in funere Friderici Sax. Ducis.
Oratio funebris in mortem Iohannis Ducis Sax.

De

De Guelfo Duce Bauariae hiſtoria.
Epiſtola ad Comitem Ioannem a Vueda.
Epiſtola de Conuentu Auguſtano.
Ad Venetos quosdam Euangelii ſtudioſos.
Ad Oecolampadium de Coena Domini.
Oratio Olynthiaca prima Demoſthenis P. Melanthone interprete.
Olynthiaca ſecunda.
Olynthiaca tertia eodem interprete.
Philippica Demoſthenis prima.
Oratio Demoſthenis contra Ariſtogitonem.
Contra Ariſtogitonem oratio ſecunda.
Oratio Luciani latine reddita, calumniae non eſſe temere credendum.
De nota Pythagorica, qua hoſpitem hirundinem recipi nolebant.
Oratio Critiae contra Theramenem ex Xenophonte.

Selectarum Declamationum Ph. Melanthonis, quas conſcripſit, et partim ipſe in ſchola Vitebergenſi recitauit, partim aliis recitandas exhibuit. Tomus tertius. Argentorati, 1559. 8. Editor eſt Caſp. Peucerus.

Index Tomi tertii *).

Oratio de Ionatha, filio Saulis.
Oratio de Machabaeis.
In funere D. Mart. Lutheri.
Oratio de M. Luthero vel de aetatibus diuerſis ac temporibus Eccleſiae et diſſenſionibus Eccl. noſtro tempore.
Quaeſtio D. Io. Bugenhagii, num liceat Theologo petere hunc honorem, nolite vocari Rabi.
Oratio de Baſilio Epiſcopo Caeſarienſi.

Oratio

*) Prodiit quoque Argent. ſ. a. Baſil. 1551. Francof. 1551. Erfurd. 1551. Argent. 1562. 1566. 1567.

Oratio de vita Hieronymi.
Oratio de Friderico Duce Sax. Elect.
Oratio de Ioanne Duce Sax. Elect.
Oratio de Friderico Landgrauio Turing.
Oratio de Principe Sybilla conj. Io. Frid. Elect.
Oratio de Eberardo Duce Wirtebergenſi.
Oratio de Matthia Rege Vngariae.
Oratio de vita Georgii Principis Anhaltini.
Oratio Ge. Sabini habita in funere Dorotheae coniugis Alberti March. Brand. et Pruſſiae Ducis.
De dignitate Principum quibus electio Imperatoris commendata eſt.
De Ioanne Regiomontano.
De Alfragano et mathematicis diſciplinis.
Oratio continens Hiſtoriam Io. Capnionis.
Oratio de Caſp. Crucigero.
Oratio de vita Hier. Schurffii.
Oratio de Ariſtotele.
De vita Auicennae.
De natiuitate Filii Dei.
De verbo ὀρθοτομειν.
De quaeſtione propoſita a Samſone Iudic. XIII.
De maxilla Samſonis.
De dicto Pauli: Deus eſt qui efficit vt velitis etc.
De tribus farinae ſatis.
De fermento mixto tribus farinae ſatis.
De dono interpretationis in Eccleſia.
De diſcrimine Eccleſiae Dei et imperii mundi.
De dicto Pauli: typus eſto fidelium in ſermone etc.
De dicto Chriſti: Ego pro te oraui, ne deficiat fides tua.
De Moſe feriente petram.
De dicto Chriſti: Pater ſanctifica eos in veritate.
De dicto Pauli: attende lectioni, conſolationi etc.
De eodem dicto Pauli.
De dicto Pauli: Sermo Chriſti habitet in vobis etc.

De

De dicto Salomonis: Neſcit homo an amore vel odio dignus ſit.
De dicto Chriſti: Nemo rapiet oues meas ex manibus meis.
De dicto Moyſi: Abiicite Deos alienos etc.
De officio eorum qui ſunt in Miniſterio Euangelii.
De dicto Eſaiae: Poſui verba mea in ore tuo.
Oratio de dicto Pauli: Probet vnusquisque opus ſuum.
De vera Dei inuocatione.
De dicto in Geneſi: Non auferetur ſceptrum etc.
De conſideratione fideli ſalutaris partus filii Dei.
De precatione.
De definitione iuſtitiae, quae extat apud Clement. Alexand.
De imagine Dei.
Adhortatio ad eos qui docent in Eccleſia Noribergenſi, ad diiudicationem controuerſiae Oſiandricae.
Epiſtola in qua refutantur calumniae Illyrici.
Oratio in qua refutatur calumnia Oſiandri reprehendentis promiſſionem eorum, quibus tribuitur teſtim. doctrinae.
De Agone Chriſti.
Quaeſtio de duobus canalibus qui a faucibus orti deſcendunt in corpus etc.
Diſputatio de periodis Imperiorum.
Quaeſtio an errores poſſint tam late graſſari contra fundamentum Eccleſiae, vt videatur eſſe vniuerſalis conſenſus.
Quaeſtio an ſatisfactio canonica ſit mandata diuinitus, vt Synodus Bononienſis affirmat.
Quaeſtio vtrum fatendum ſit, in Eccleſia Synodorum iudicia eſſe oportere.
Quaeſtio de fato Stoico.
Quaeſtio Pauli Lutheri, cur Medicae arti ſtuduerit.
Oratio de vita Io. Bugenhagii Pomerani.
Quaeſtio propoſita a Balth. Neandro.

„Seleſtarum Declamationum Ph. Melanthonis, „quas conſcripſit, et partim ipſe in ſchola Vitebergenſi „recitauit, partim aliis recitandas exhibuit. Tomus quar„tus. Argent. 1560.„ 8. Editor eſt Caſp. Peucerus.

Index tomi quarti *).

Oratio de iudiciis Eccleſiae et de diſcrimine poenae Eccl. et politicae.

De diſcrimine legum politicarum et traditionum hum. in Eccleſia.

De dignitate doctrinae legum et ICtorum.

De legum fontibus ac diſciplina.

De legibus.

De ſtricto iure et aequitate.

De ſententia in Decretis, ſingulos poſſidere ea quae poſſident, iure humano.

De dignitate ſtudii iuris.

Oratio H. Schurffii in promotione D. Io. a Borcken.

De veris legum fontibus et cauſis.

De ordine Politico.

De legum iuſtitia et diſciplinae praeſtantia et neceſſitate.

De lege Placuit, Cod. de Iudiciis.

De capta Conſtantinopoli.

Oratio Arn. Burenii de diſciplina ſcholae Roſtochianae.

De conſideranda Sympathia et Antipathia in rerum natura.

De arte Medica ſeu de honore habendo corporibus noſtris.

De cauſis putrefactionis.

De dignitate et vtilitate artis Medicae.

De doctrina Phyſica.

De ſtudio doctrinae Anatomicae.

De partibus et motibus cordis.

De Salinis Saxonicis.

De Appellationibus panum.

De

*) Argent. 1558. 1566. 1567.

De regione et gente Myſorum.
De Orione.
Praefatio in libros de iudiciis natiuitatum I. Schoneri.
— — in quadripartitam Ptolomaei.
— — in Procli metaphraſin quadripartitae Ptolomaei.
— — in tabulas Aſtronomicas de vtilitate ſtudiorum Aſtron.
De vita et ſcriptis C. Plinii.
Oratio de ſtudiis litterarum non deſerendis.
Oratio de neceſſaria coniunctione ſcholarum cum miniſterio Euangelii.
De ſtudiis linguae graecae.
De ſtudio linguae Ebreae.
De ſcala Iacob, quae imago Eccleſiae eſt.
Epiſtola conſolatoria ad I. Pfeffingerum de morte filii.
Epiſtola gratulatoria de coniugio.
Oratio de coniugio.
De vita D. M. Lutheri.
Praefatio in tertium tomum ſcriptorum Lutheri.
— — in quartum tomum.
— — in quintum tomum de vita Georgii Princ. Anhalt.
— — in ſeptimum tomum operum Lutheri.
— — de tribus virtutibus in ſermone.
— — ad Thomam Archiepiſc. Cantuarienſem.
De horrendis abuſibus ac prophanatione coenae dom. in miſſa.
Oratio de Pontif. Rom. ambitione et tyrannide.
— — de pulmone et de diſcrimine arteriae trachei et oeſophagi.
— — de cura recte loquendi.
— — de Medicinae vſu item rerum ſympathia et Antip.
— — de Erneſto Duce Brunſuicenſi.
— — de ſtudiis veteris Philoſophiae.
— — de Eraſmo Roterodamo.
Petitio ad Decanum nomine Candidatorum.

Quaeſtio quare filius Dei promiſſus patribus nominetur Siloh.

Quaeſtio de diſcrimine annorum apud diuerſas gentes.

Quaeſtio de terrae motibus.

Quaeſtio an iuſte abſolutus ſit Anaxilaus dedens Byzantium.

Quaeſtio an Laurentius debuerit mortem potius velle, quam tradere Imperatori pecuniam Eccleſiae.

Quaeſtio de dicto Eſaiae: Conuertimini, ſi fuerint peccata veſtra ſicut coccinum etc.

Quaeſtio an filius Dei etiam inuocandus ſit tanquam Mediator.

Reſponſio de controuerſiis Stancari.

Quaeſtio vtrum λογος apud Ioannem ſignificet perſonam an vero cogitationem euaneſcentem.

Quaeſtio de dicto Pauli: Nemini quicquam debeatis, niſi dilectionem mutuam.

Quaeſtio an politica poteſtas debeat tollere haereticos.

Quaeſtio an verum ſit dictum: fruſtra ſeruat Euangelium, qui non ſeruat canones conciliorum.

Quaeſtio an recte dictum ſit a Xenophonte, bibendum eſſe ita, vt ſitiens deſinas.

Quaeſtio vtrum in prandio an in coena cibo et potu largiore vti conueniat.

Quaeſtio quare filius Dei vocetur λογος.

Quaeſtio de dicto Geneſis 48. nomen meum et nomina Patrum meorum inuocentur ſuper pueros iſtos.

Quaeſtio de duobus dictis, quae in ſpeciem pugnare videntur, altero Syracidis, altero Pauli.

Quaeſtio vtrum Paſtori Eccleſiae pio liceat habere iurisdictionem in praedio attributo.

Quaeſtio ſequaturne vocem Miniſterii non eſſe medium, quia vnus Chriſtus ſit Mediator.

Quaeſtio de febrium rigoribus et earundem differentia.

Quaeſtio cur fructus crudi exulcerent inteſtina.

„Oratio-

„Orationes poſtremae ſcriptae a reuerendo viro „Philippo Melanthone, proximis annis ante obitum. „His adiunctae ſunt aliae orationes ab illius obitu recita„tae publice in Academia Witebergenſi, cum gratia et „priuilegio ad annos quindecim. Witeb. 1565.„ 8. Editor eſt Mich. Maius.

Contenta huius quinti Tomi *), omiſſis iis, quae minoris ſunt argumenti, et poſt mortem Philippi demum ab aliis autoribus conſcripta ſunt.

Oratio habita in renunciatione gradus Doct. in Theologia Cunr. Beckeri.
Oratio de laude remediorum et medicationis.
Quaeſtio explicata a D. Henr. Paxmanno.
Quaeſtio propoſita a Laur. Milichio.
Oratio de Gregorio Nazianzeno.
Oratio de Imperatore Ludouico Bauaro.
Oratio de congreſſu Bononienſi Caroli Imp. et Clementis Pontificis.
Oratio Viti Vinshemii de Anatomia.
Oratio num virtus ſit habitus.
Oratio de Charitum appellationibus.
Oratio, an ad coenam Dom. admittendi ſint, qui petunt a iudicibus defenſionem aut poenam.
Oratio de dicto Pauli: aſcendit in altum, captam ducens captiuitatem etc.
Oratio de D. Gregorio Pontano.
Explicatio Aphoriſmi XLII. de Apoplexia.
Oratio de Eccleſia Chriſti.
Oratio de verbis 1. Paralip. 17. v. 17.
Oratio habita in funere P. Melanthonis a Vito Vinshemio.

Reliqua, quae inſunt huic tomo, recenſere haud neceſſarium puto, quippe quae a ſcopo noſtro aliena. Attamen hoc adhuc indico, ſub finem h. t. p. 1039. et p. 1048. extare P. Mel.

*) Viteb. 1572. Vit. 1590.

P. Mel. adhortation. de legendis tragoediis et comoediis.
— — praefationem quam praeſcripſit cuidam libello de arte Poetica.

Orationum, quae magna rerum et argumentorum varietate ſcriptae et recitatae ſunt in Academia Witebergenſi, ab Anno 1565. *vsque ad A.* 1571. *Tomus ſextus.* *) *Witeb.* 1571. 8. Editor eſt Mich. Maius.

Orationum ſcholae Melanchthonianae, quae ab A. 1571. *vsque ad A.* 1574. *in Academia Witebergenſi ſcriptae et recitatae ſunt, Tomus ſeptimus. Serueſtae exc. Bonauentura Faber*, A. 1586. 8. **)

Editor et collector orationum huius ſeptimi et vltimi Tomi, Martinus Mylius, Rector ſcholae Gorlicenſis, in praefatione ad Senatum Gorlicenſem de hoc inſtituto ſuo ita loquitur: Peruenerat iam ſeries orationum ad A. 1571. comprehenſa tomis, quos vocant, ſex: et iam ſeptimus ad editionem et ipſe adornandus erat; cum ea tempora inciderunt, quae non ſolum editionem oratiuncularum illarum impedierunt: ſed et in cauſa fuere, vt alia penderent opera interrupta minaeque murorum ingentes aequataque machina coelo — Cum igitur ita ceſſare viderem alios, vt in dubium res adduci videretur, an unquam nouus orationum libellus ad priores illos acceſſurus eſſet; ego motus officio pietatis, qua eſſem obligatus illi ſcholae tanquam piae alumnae meae; motus etiam vtilitate quae ex talibus oratiunculis peti poſſet; fretus denique bona eorum, ad quos negotium hoc pertinere poterat, venia; duxi orationes illas, quarum plerasque ipſe recitare audiſſem, ac tum ſtatim

*) Francof. ad M. 1583.

**) Inter rariſſimos hic tomus referendus eſt.

ſtatim diligenter colligere coepiſſem, tandem publici iuris faciendas eſſe.

Nota. Iam ante hos coniunctim editos tomos Orationum Melanchthonis, quos hic recenſuimus, prodierunt: Orationes aliquot lectu digniſſimae a Phil. Mel. atque aliis doctiſſimis quibusdam in publica Wittenb. ſchola pronunciatae. Hagan. 1533. 8.

Liber ſelectarum Declamationum Ph. Melanchthonis, quas conſcripſit et partim ipſe in ſchola Witteb. recitauit, partim aliis recitandas exhibuit. Adiectae ſunt eiusdem praefationes in aliquot illuſtres Autores. Argent. 1541. 4. Editor eſt. Nic. Gerbelius.

His collectionibus adiungimus quoque eam, quam edi curauit Io. Richardius nitidis typis et charta ſub hoc titulo: Declamationes Ph Mel. omnes quae ab ipſo et aliis in Acad. Witteb. recitatae ac editae ſunt, nunc primum in gratiam et communem ſtudioſorum vtilitatem optimo ordine in tres tomos diſtinctae. Argent. exc. Theod. Rihelius, 1570. m. 8. Tomus I. Philoſophicus. II. Medicus ac Iuridicus, et tomns III. Theologicus.

CONSILIA LATINA.

Phil. Melanchthonis Conſilia ſiue iudicia theologica, itemque reſponſiones ad quaeſtiones de rebus variis ac multiplicibus ſecundum ſeriem annorum digeſtae. vna cum fragmentis narrationum hiſt. pertinentium ad acta plurimorum conuentuum theol. aliarumque tractationum publicarum in cauſſa religionis. Ad refutandas calumnias plaerasque φιλιπ̔πομαςιγων, et ad formanda iudicia diſcentium, et ad memoriam conſeruandam eorum, quae ſuperioribus annis in Eccleſiis Germaniae acciderunt. Collecta et nunc primum edita ſtudio et opera Chriſtophori Pezelii, Th. Doct. *Neuſtadii*, ap. haeredes Wilh. Harniſii, MDC. 8.

Pars prima pagg. 670. Pars ſecunda pagg. 416. Raritas huius libri requirit, vt Lectori ſiſtatur Index omnium eorum quae in hoc libro continentur.

P. I. A. C. 1521.

De abrogatione miſſae priuatae in Eccl. Witteb. ad Frider. Elect. Sax. ſcriptum delectorum ab Academia.

Ad inſtructionem ex aula Electoris Sax. Reſponſio eorund. delectorum.

Propoſitiones Mel. de miſſa et vero vſu coenae dom.

1523.

Interpretatio monſtri Papaſelli Romae in Tyberi inuenti.

1525.

Hiſtorica de interitu Th. Munzeri.

De M. Lutheri coniugio narratio.

Quid in emendatione Eccleſiarum coepta per Luth. praecipue ſpectandum ſit.

Duae quaeſtiones propoſitae Luthero de ſomniis a Ph. Mel. et ad eas Luth. reſponſio.

1526.

De miſſa et coelibatu.

De votis monaſticis, et an coniugium ſit concedendum puellae quae in monaſterio aliquandiu vixerat.

1527.

Contra Anabaptiſtas ad Abbatem Noribergenſem.

1528.

Quod conſilium Theologorum fuerit in apparatu bellico Elect. Sax. et Landgr. Haſſ. ſparſo rumore de bello.

De ſcriptis contrariis ab Eraſmo Roter. et Luth. de libero ac ſeruo arbitrio editis.

De verſu Virgilii: Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona.

1529.

De Conuentu Spirenſi.

De conuentu Marpurgi habito hiſtorica.

Capita de quibus conuenit inter Luth. et Cinglium.

1530.

Hiſtorica quaedam de comitiis Auguſtanis, inprimis de Confeſſione.

De

De confutatione a Pontificiis oppoſita et de collatione ſententiarum vtriusque partis.
De eodem conuentu Auguſtano ad Io. Silberborn.
Deliberationes, vtrum intermittendae ſint conciones ſacrae.
De priuata miſſa, quod reſtituenda ea non ſit.
Ad Georgium March. Brandenb. de eadem priuata miſſa.
Reſponſio ad obiectionem ſumtam ex voce λειτȣργιας.
Diſp. de traditionibus hum. inter Mel. et Luth. agitata.

1531.

An liceat arma ſumere defenſionis neceſſariae cauſa.
Iudicium de libris Campani.
Conſultatio de digamia Regis Angliae et diuortio.

1532.

Quo candore legi debeant epiſtolae inter amicos ſcriptae.
De definitione fidei Ebr. XI. explicatio.
De facto Achab eripientis vineam Naboth.
De vſu vtriusque partis coenae Dom. ad Elect. Brand.

1533.

Vtrum recte ad Synodum prouocent Proteſtantes.
Epiſtola Proteſtantium nomine ſcripta ad Regem Ferdinandum.
Apologia, de cauſſis cur doctrinam Euang. ſint amplexi et cur Tridentina Synodus non ſit approbanda. *)
An in Synodo ſoli Epiſcopi habeant vocem deciſiuam in diiudicatione doctrinae.

1534.

An probanda ſit Stoicorum ſententia, quod omnia fiant neceſſario.
Academiae Witebergenſis leges.
Statuta collegii facultatis theol.

1535.

Reſp. ad Oratorem Gallicum in conuentu Smalcald.
De P. Mel. vocatione in Galliam litterae Regis Franciſci.
Epiſtola Mel. ad Io. Bellaium Epiſc. Pariſ.
Epiſtolae duae Mel. ad Io. Sturmium. Con-

*) Sed eſt anni 1546.

Conſilium de moderandis controu. relig. in Gall.
De articulis quib. ex eo conſilio mutilate decerptis.
Narratio de praeparatoriis ad acta concordiae in cauſſa Sacramentaria.

1536.

Quaeſtiones de iuſtificatione propoſitae a P. Mel. Luthero, et huius ad ſingulas illas reſponſio.
De modo iuſtificandi coram Deo ad I. Brentium.
De conciliatione controu. de Coena dom. inter Lutherum et ſuperioris Germ. Theologos.
Ad Io. Brentium de ſententia Buceri.
Ad Io. Agricolam de eodem negotio.
Ad Mart. Bucerum.
Ad Vrb. Regium de eadem re.
Articuli concordiae Witteb.
Buceri exhortatio ad ſuos Collegas.
Buceri declaratio de art. conc. Argentinae expoſita.
An Magiſtratus oppidanus ius habeat abolendi impios cultus in templis cathedralibus.
De intellectu legis in Codice, quae Mathematicos eiici ex ciuitatibus et interfici iubet.
De muta, an ſit admittenda ad communionem, et de Gonorrhoea in ſomno.
Vtrum Aſtrologicae obſeruationes proſint Medicis ad morbos iudicandos.

1537.

Hiſtorica de Actis Smalcaldenſibus.
De poteſtate et primatu Papae, et de poteſtate ac iuriſdictione Epiſcoporum.
Reſp. ad ſycoph. reprehenſiones moderatorum ſuorum conſiliorum.
De conſtitutione Bonifacii VIII vt Papa habeat ius vtriusque gladii.
An principes debeant mutare impios cultus ceſſantibus aut prohibentibus Epiſcopis.

An

An edicta magiſtratuum violare, ſit peccatum mortale ſeu regnans.

An peccatum mortale ſit violare traditiones Epiſcoporum.

1538.

De ſacramentali praeſentia corp. Chriſti in Coena ad V. Theodorum.

In quibus de iuſtificatione et bonis operibus conueniat inter Proteſtantes et Pontificios.

1539.

Ad Senatum Venetum commendatio doctrinae repurgatae.

Ad Regem Angliae contra edictum ab Epiſcopis editum.

De dicto Auguſtini: Euangelio non crederem, niſi autoritas Eccleſiae me moueret.

An recte fecerit vir nobilis Nicomedienſis, cum publice concerpſit edictum Diocletiani contra Chriſtianos.

1540.

Ad Paſtores Noribergenſes: Quatenus conciliatio cum Pontificiis admitti poſſit aut debeat.

Hiſtorica de Actis Conuentus Smalcaldici.

Reſp. datum legatis Caroli V. in quo eſt refutatio calumniarum, quaſi praetextu cauſſae Euangelicae quaerantur a noſtris opes Eccleſiaſticae —

Scriptum contra Suenckfeld. et alios errones.

Teſtamentum Mel. ſcriptum ante morbum Wimarienſem.

De occaſione teſtamenti iſtius ſcribendi.

Proteſtatio ſcripta Gothae, cum inſtaret colloquium Wormat.

Hiſtorica de conuentu Wormatienſi.

Carmen Mel. ad I. Sturmium de eodem conuentu.

Oratio Granuellani initio conuentus.

Reſponſio ad eam nomine Proteſtantium.

Mel. Epiſtola ad Praeſides Colloquii.

Ad Granuellanum.

Ad

Ad Legatum Pontificium.
De quaeſtione: vtrum reditus donati Eccleſiis eripiendi ſint otioſis et impiis oppugnantibus Euangelium.
Conſilium de conſtitutione Acad. Lipſicae.
Commonefactio de ratione ſtudiorum.

1541.

De iudiciis Eccleſiarum conſtituendis et de ritu priuatae abſolutionis ad Paſtores Neocomenſes.
Oratio de odio Sophiſtices.
Hiſtorica de Conuentu Ratisbonenſi.
Verſus de Hyena oſtenſa in ſomnio.
De particularibus quibusd. actis eiusd. conuentus.
Epiſtola apologetica ad Carolum V.
Sententia de Hyena.
Ad Imp. Carolum V. de libro Ratisb. epiſtola.
Quo conſilio certis locis in libro Ratisb. articuli oppoſiti ſint a coniunctis A. C.
Interceſſio pro captiuis propter conf. Euang. ad Regem Galliae.
Scripta duo de Coena dom.
Axiomata de Coena dom. ad poſtulatum Philippi Landgr.
De abuſibus Eccleſiae emendandis.
De abuſu multiplici Sacramentorum.
An cum poteſtas interpretandi ſit in Eccleſia, tribuenda ea ſit Synodis praecipue.

1542.

Ηϑολογια qua coniuges Sacerdotum ſupplices ad Imperatorem vti poſſint, ne bellum Eccleſiis Euangelicis inferat.
De controuerſiis motis a Vito Ammerbachio.
Ad poſtulationem Principis cuiusd. accuſantis concionatores cuiusd. reip. de iniuriis, quod pro concione eum traduxiſſent.
Quae fuerint initia Collegiorum Eccleſiaſticorum.
Interceſſio pro ciuibus quibusdam Metenſibus.

De

De impoſitione manuum ad Vit. Theodorum.

De controuerſia inter Alex. Aleſium et alios in Acad. Francof.

1543.

De baptiſmo Ioh. et Apoſtolorum et de loco Act. XIX.

An in iudiciis dogmatum ſoli Epiſcopi habeant ſuffragationem deciſiuam.

Conſilium de diſcernendis materiis, quae praecipue ſint docendae in Eccleſia, ad Io. Matheſium.

Idem conſilium repetitum ad alios.

Reſponſio ad quaeſtionem de loco Rom. X.

An recte dicatur peccatum orig. eſſe priuationem iuſtitiae originalis, ad M. Sidemannum.

Hiſtorica de initiis reformationis Colonienſis.

Reſp. ad ſcriptum quorundam Delectorum a Clero ſecundario Colon.

1544.

De phraſi Ioh. Verbum erat apud Deum.

Verſus contra Turcam.

De renouato certamine Dipniaco, ad V. Theodorum, a. 43. 44. 45.

1545.

De agone Chriſti in horto.

Conſilium reformandae Eccleſiae Papiſticae ad Fridericum Elect. Palat.

Iudicium Ph. Mel., Buceri, Martyris et Caluini de his, qui inter Pontificios viuere coguntur.

An, cum magna virtus ſit ac fuerit multorum, qui ignorant filium Dei, exiſtimandum ſit eos placere Deo.

Explicatio quaeſtionis ſumtae ex Hiſt. eccl. de morbo iliaco.

Conſilia et iudicia de variis cauſſis matrimonialibus.

Teſtimonium ordinationis Georgii Principis Anhalt.

1546.

De praedicatione poenitentiae, item de ieiunio ad A. Muſculum.

Ad

Ad Acad. Francof. de vocabulo poenitentiae.

An et quomodo pro aduerſariis orandum ſit.

1547.

Formula precationis praeſcripta Paſtoribus tempore belli germanici.

Quatenus docenti in Eccleſia dicendum ſit de oneribus, quae ſubditis imponuntur a gubernatoribus, ad V. Theodorum.

Vtrum Paſtori manendum ſit in vocatione incidentibus in rep. politicis mutationibus, ad I. Matheſium.

De decretis Synodi Bononienſis ad eundem.

Index Partis Poſterioris.

A. 1548.

De Actis tempore Interim.

Reſp. de Synodo ad Elect. Sax. Mauritium.

Primum ſcriptum Mel. de craſſiſſimis erroribus libri Interim.

Alterum ſcriptum de deprauatione art. iuſtificationis in eo libro.

Demonſtratio et refutatio fuci, quo pingitur priuata miſſa.

Epiſtola ad Conſiliarium quendam diſſuadens omnem mutationem.

Epiſtola Theologorum ad Elect. Sax. miſſa Auguſtam.

Scriptum Cellenſe, in quo eſt cenſura de libro Interim.

Commonefactio de articulo iuſtificationis deprauato, et praemonitio, ne liber recipiatur.

Epiſtola ad Conſiliarium quendam contra mutationem doctr. publicae.

Scriptum Mel. cum cognouiſſet ſtatus pontificios recuſare librum Interim.

Reſp. quod notationes contra libr. Interim non ſint logomachiae.

Cogitationes Mel. ſeorſim in pagella ſcriptae de cauenda approbatione libri Interim.

Nota-

Notationes de corruptelis libri Interim ad Elect. Sax. ſcriptae.
Epiſtola C. Crucigeri de ſcripto praecedenti.
Ad Argentinenſes Theologos de libro Interim.
Refutatio et explicatio ſophiſmatum recentiorum, quibus pinguntur miſſae priuatae et canon, ſcripta in Conu. Iuterbocenſi.
De libro Interim, ad Erh. Snepfium.
De conſultationibus tempore interim, ad I. Mollerum.
Ad Paſtores in vrbe Cygnea.
An ſatisfactio canonica ſit mandata diuinitus.
De loco Geneſ. 49. Inuocetur nomen meum etc.

1549.

De libro Interim.
Ad Concionatores Francicos.
Ad Francofordianos in Marchia.
Ad Paſtores Eccl. Berlinenſes et vicinarum in Marchia.
Ad Paſtores Eccl. Hamburgenſis.
Ad Matthiam Lutherum, Synd. Northuſanum.
De corruptela art. iuſtif., ad G. Bucholzerum.
De recuſatione libri interim, ad Hier. Schellium.
Ad Io. Matheſium de libro Interim.
Ad Franc. Burcardum.
De dicto Pauli: Probet vnusquisque opus ſuum.
De certamine moto a Flacio epiſtola.
De fatali neceſſitate Stoicorum.
De Exorciſtis et Daemoniacis ad A. Hugelium.
De puellis daemoniacis ad Hub. Languetum.
De particula, ſola fide, ad G. Bucholzerum.
De eadem re, contra calumniam Flacii, ad I. Matheſium, et ad Georgium Princ. Anhalt.

1550.

Vtrum, cum fatendum ſit in Eccleſia Synodorum iudicia eſſe oportere, obligandi ſint homines, vt iudicato obtemperent ſine vlla recuſatione.
Eiusdem quaeſtionis expoſitio copioſior,

De dicto in Geneſi: Non auferetur Sceptrum etc.
De conceptione Chriſti ſine peccato.
De art. deſcenſus Chriſti ad inferos, ad Senat. Hamburg.
An errores contra fundamentum ita graſſari poſſint, vt videantur eſſe conſenſus vniuerſalis.
An Imperator recte facturus ſit, ſi ipſe Synodum conuocet.
Quaeſtiones aliquot de Sacramentis, de peccato orig., de iuſtitia fidei.

1551.

An pater pius et vere amplexus Euangelium poſſit petere reditus ex ſacerdotio Collegii Canon. pro ſtudiis filii.
Explicatio quaeſtionis de dominiorum diſtinctione.
De vſu coenae priuatae, ad I. Matheſium.
De eleuatione, ad eundem.
De eadem ad Io. Schlaginhauffen.
De eadem ad Concionatores in Francia.
Ad Paſtorem in Luſatia.
An Coena dom. impertienda ſit infantibus, et de phraſi, quod Sacramenta afferant Spir. S.
Contra transſubſtantiationem, et quae ſit praeſentia ſacramentalis.
Verſus ſcripti manu Mel. in Biblia Germ.
Qualis debeat eſſe Doctor Eccl., ad M. Sidemannum.
De inhabitatione Dei in ſanctis, ad Oſiandrum.
De eadem, annotata quaedam in pagella.
De controuerſia Oſiandri ad I. Rungium.
Explicatio art. Aſcendit in coelum, ſedet ad dextram Patris.
De baptiſmo infantum, et an recipiendi ſint Anabaptiſtae.
De praeſentia ſacramentali corp. et ſangu. Chriſti in coena, et de reliquiis ſymbolorum in coena.
Summa verae ſententiae de praeſentia Chriſti in vſu Euchariſtiae.
De eleuatione et praeſentia corp. ſacramentali.
An liceat dare gradus in ſcholis non confirmatis a Pontifice.

1552.

1552.

Ad Patres Trid. Conc. epiſtola nomine Elect. Sax. ſcripta.
De Synodo Trid. ad Cancellarium Anſpacenſem.
De Chriſto Mediatore ſecundum vtramque nat. ad Th. Matthiam.
De eadem re ad G. Bucholzerum.
Inſtitutio militis chriſtiani, et formulae precum pro piis militibus.
De cauſſis belli iuſti.

1553.

De ordine actionum trium perſonarum deitatis, ad V. Strigelium.
De excommunicatione.
De diſcrimine inter contractum emtionis et mutuationis ad I. Matheſium.
Quid ſentiendum ſit de iis, qui ante baptiſmum diſcedunt ex hac vita.
De appellatione Siloh.
An recte fecerit Laurentius, quod iuſſus tradere pecuniam Eccleſiae praefecto vrbis Romae, maluerit amittere vitam, quam imperata facere.
De eadem quaeſtione explicatio vberior.

1554.

An Fridericus Palat. iuſte fecerit, ſuſcipiens defenſionem Moguntini Epiſcopi recuſantis parere poſtulato Pontificis de non conuocandis Electoribus ſine conſenſu Pontificis.
Hiſtoria Conuentus Principum Naumburgi.
De controuerſia M. Lauterwaldt ad Senat. Eperienſem.
Explicatio quaeſtionum de dicto Mich. Egreſſiones eius ab initio etc. et Eſaiae: ſi peccata fuerint vt coccinum etc.
De dicto Auguſtini: tolle iura Imperatorum etc.

1555.

De iudiciis neceſſariis in Eccleſia.

Rectene fecerint Conſtantinus et Theodoſius prohibentes ſacrificia idolorum.

An Senatus Geneuenſis iuſte affecerit ſupplicio Seruetum.

Adhortatio ad docentes in Eccl. Norib. poſt factam diiudicationem controu. Oſiandri.

Quaeſtionis explicatio de appellatione τȣ λογȣ.

De iis qui ſibi ipſi mortem conſciſcunt.

De propoſitione, Chriſtus eſt creatura.

An recte dicatur: noua obedientia eſt effectus Dei in nobis, et eſt effectus fidei.

De dicto: Filius hominis non nouit diem iſtum.

An poteſtas politica debeat haereticos e medio tollere.

De praeſentia Chriſti in coena, ad I. Matheſium.

De omnipraeſentia et diſtinctis gradibus praeſentiae Dei.

De mutuationibus et vſuris.

1556.

De initiis dominationis Pontificum oratio.

An filius Dei inuocandus ſit tanquam mediator.

Vtrum λογος in narratione Ioannis ſignificet perſonam.

De dicto Pauli: Nemini quidquam debeatis praeter dilectionem.

De propoſitione Oſiandri: Panis eſt Deus.

Summa doctrinae Mel. de Coena dom.

An Angli et Galli hoſpites ſint tolerandi, ad Weſalienſes.

Reſp. Mel. ad M. Flacium.

De calumniis Flacii ad I. Matheſium.

1557.

De controu. Coenae ad I. B. Hencelium.

Acta in cauſſa Flacii.

Scriptum Mel. ad Paſtores Eccl. Sax. legatos Vitebergam miſſos.

Epiſtola Paſtorum Sax. ad Mel. et articuli de conciliatione.

Reſp. Mel. ad articulos propoſitos.

Noui articuli ab Illyrico allati Cosviga.

Epiſtola tertia Mel. ad Paſtores Sax.

Reſp.

Reſp. vltimum Mel. ad articulos Coſuicenſes.
Epiſtola Mel. ad Morlinum et Eitzen.
Acta legatorum Mechalburgenſium in cauſſa Flacii.
Reſp. Mel. ad articulos Mechalb.
An muta et ſurda admittenda ſit ad vſum Euchariſtiae.
De calumniis Flacii ep. Mel. ad I. a Berge.
Hiſt. conuentus Wormat.
De initiis eiusd. conuentus ad Princ. Ioach. Anhalt.
Capita controu. de Coena.
De controuerſia Anſpacenſi.
An recte dicatur corpus Chriſti deſcendere in ventrem.
Interceſſio ad Henr. II. Regem Galliae pro captiuis Euangelicis.
Confeſſio legatorum Gallicorum exhibita in Conu. Wormatienſ.
Formula conſenſus de articulis controuerſis.
Scriptum collocutorum Aug. Conf.
Carmen Mel. natali die Lutheri ſcriptum.
Verſus ſcripti a Mel. die Eliſabethae.
Hendecaſyllabi Mel. ad D. Seldium.
De diſceſſu Theologorum ex coll. Worm. ad I. Mollerum.
Ad G. Agricolam Rect. ſcholae Amberg.

1558.

Charta incluſa in faſtigium turris in arce Witteb.
An Rom. Pontifex habeat ius transferendae dignitatis Elect. et Imp. Rom.
Iudicium de controuerſiis Eccl. in Tranſyluania.

1559.

De congreſſu Bononienſi Caroli V. et Clementis Pont.
Reſp. ad criminationes Staphyli et Auii.
Precatio ex Hiſt. mulieris Cananeae.
Cur filius Dei nominetur λογος.
Ad quosdam Proceres in Polonia de conſtitutione Eccleſiarum.
An bona opera ſint neceſſaria.

An toleranda ſit vox contendentium: nouam obedientiam non eſſe neceſſariam.

Quales debeant eſſe refutationes aduerſariorum in Eccleſia.

An bona opera neceſſario ſint facienda.

Quo iure Carol. M. habuerit imperium occid. et tit. Imp.

De poenis haereticorum.

De controuerſiis Schweinfurdenſibus.

De exorciſmo in baptiſmo.

An ad Coenam dom. admittendi ſint litigantes in foro.

De controu. Heidelb. exorta de Coena ad Frider. Elect. Palat.

P. Eberi Apologia pro iudicio Mel. contra Heshuſium.

De ſententia verborum coenae ad I. Cratonem.

1560.

De norma iudicii in Eccleſia.

De decretis Wirtenb. Theologorum, ad G. Cracouium.

An recte dictum ſit: lex moralis eſt aeterna ſapientia et norma iuſtitiae in Deo.

De Macarii ſententia de coena dom. ad A. Hardenbergium.

Hiſtorica de initiis repurgationis doctr. et de cauſſis exhibitae Aug. Conf.

Initium poſtremi teſtamenti Mel.

Cauſſae cur minus abhorrendum ſit a morte.

Preces Mel. quas paulo ante obitum clara voce ad Deum fudit.

Hendecaſyllabi poſtremum ſcripti a P. Mel.

Scriptum in ſandapilam Mel.

CONSI-

CONSILIA GERMANICA.

Chriſtliche Berathſchlagungen vnnd Bedencken, Auch andere nuetzliche vnnd heylſame Erinnerungen vnnd Antworten, des weyland Hocherleuchten gelehrten Manns Philippi Melanthonis, in Teutſcher Spraach geſtellet, von vielen fuernemmen Religions Sachen. Getreuwlich zuſammen gebracht, durch D. Chriſtophorum Pezelium, jetzt erſt in den Druck gegeben. Gedruckt zur Newſtadt an der Hardt durch Wilhelm Harniſchs Erben; Im Iahr M.D.C. in 8. pagg. 792. *)

Index contentorum.

Ob die Priuat Meſſe widerumb anzurichten, an Marggraff Georg zu Brandenburg. 1531.

Von der Oberlaend. Theologen Meynung im Sacramentſtreit, an Churf. Iohann Friederich zu Sachſen.

Copey eines Schreibens D. Lutheri an Churf. zu Sachſen wegen Erforderung Melanthonis in Franckreich.

Etliche propoſitiones wider die Lehre der Widerteuffer.

Verlegung vnchriſtlicher Artickel der Widerteuffer.

Vom Eheſtand, daſs bey den Chriſten nicht ſoll eyngeführet werden die Polygamia.

Vnterricht wider die Lehre der Widerteuffer.

Etliche Artickel der Widerteuffer vnd derſelben Widerlegung.

Bedencken der Theologen zu Wittenberg von der Schickung nach Engelland.

Conſultation, ob die Euangel. Fuerſten einen weltlichen Frieden mit den Biſchoffen annemen, vnnd was oder wie man im Streitt der Religion jhnen nachgeben könne oder nicht.

An den Churf. zu Sachſen troeſtliche Erinnerung in Bekümmerniſs item vom Vmtragen des Sacraments.

An den Rath zu Nürnberg von dem entſtandenen Streit zwiſchen den Predigern daſelbſt von der Abſolution.

*) Recuſa, vel potius mutata tantum prima et maiuſculis litteris impreſſa plagula, prodiit ibidem 1603. 8.

Eine Form der Abſolution geſtellet fuer die Prediger zu Nuernberg.
Antwort auff M. Io. Islebii Klage an den Churf. zu Sachſen.
Bedencken von dem Tag zu Wormbs.
Relation von der Handlung des Colloquii zu Regenſpurg.
Erinnerung von dem Buch zu Regenſpurg zu Vergleichung der Religion fürgeſtellet.
Gegenartickel, ſo durch die verordneten zum Colloquio von wegen der Augſp. Conf. Verwandten vbergeben ſind zu Regenſpurg.
Antwort der Staende A. C. vom Regenſp. Buch.
Erklaerung etlicher Artickel im Buch.
Bedencken von der Reformation.
Von Eheſcheidung einer Ehebrecherin vnnd anderer Ehe des vnſchuldigen Theils.
Von einer Eheſach belangend ſponſalia de futuro.
An den Churf. zu Brandenb. als er von dem Reich in Vngern geſchickt.
Schreiben an den Churf. zu Sachſen von der Reformation im Biſthumb Coeln.
Von Suenden der Auserwehlten wider Naogeorgium.
Der Theologen zu Witt. Ratbſchlag und Bedenken, daſs di auffgerichte Einigung vnd Bündtniſs chriſtlich vnd Gottgefällig ſey. 1545.
Ein Troſtbrief in hoher geiſtlicher Anfechtung. 1546.
An Marggraff Ioachim zu Brandenburg, Churfürſten etc. von dem Teutſchen Krieg.
Abſchrifft der vidimirten Copey des Rathſchlags der Theologen zu Wittenberg vom teutſchen Kriege an den Churf. zu Sachſen 1546.
Ob man moege einem Paebſt. Herrn huldigen.
Antwort Mel. auff Churf. Brand. Erforderung in die Vniuerſ. Franckfurt.
Bedencken von den Conciliis.
Bedencken auffs Interim.
Vom Artickel der Rechtfertigung wider die Verfaelſchung der reinen Lehr im Buch Interim. Be-

Bedencken vom Streitt zu Goettingen.

Bedencken von den hohen vnd geiſtl. Stifften.

Ob die Biſchoff vnnd Canonici inn Euangeliſchen Staedten zu dulden oder zu vertreiben.

Von A. Muſculi vnd Stancari Streitt an den Churf. Ioachim zu Brandenburg.

Antwort auff das Buch Oſiandri von der Rechtfertigung des Menſchen.

An Churf. Moritz zu Sachſen von der Expedition wider Keiſer Carl den V. vnd Vberziehung der Biſthumben vnd Stifften.

Ob Euangeliſche Herren moegen mit jhren Obern, die da Paebſtiſch ſind, zur Meſſe gehen.

Vom Proceſs in caſu deſertionis.

An Herzog Chriſtoff zu Wirtenb. vom Streitt Oſiandri.

Von Muſculi vnd Stancari Streittſache abermals an Churf. Ioachim zu Brand.

Abſchrifft der Beredung vnnd Vertrags etlicher Landſchafft Predicanten zur Naumburg.

Daſs der Menſch inn der Bekehrung zu Gott in dieſem Leben gerecht werde fuer Gott von wegen des Gehorſams des Mittlers durch Glauben, geſchrieben zu Nuernberg 1555.

Bedencken von Freyſtellung der Religion. 1555.

Bedencken von einer Zuſammenkunfft fuer dem Reichstag zu Regenſpurg.

Von der Predicanten Vneinigkeit zu Northauſen.

Bedencken vom National-Concilio. 1556.

Vnterredung der Paſtorn vnd Predicanten zu Zerbſt, geſchehen zu Deſſau.

Fragen von XI. ſtreitigen Religions Artickeln, ſo auff Befelch Keiſers Maximiliani II. ſeiner Majeſtet Hoffprediger an P. Mel. gelangen laſſen.

Bedencken an den Rath zu Franckfurt am Mayn wegen der frembden Nationen, 1557.

An den Rath zu Bremen Bedencken vom Sacramentſtreit.

Obs rathſam, ſich mit den Papiſten in ein Colloquium zu begeben.

Schreiben Herzog Iohann Fridrichs II. an P. Melanth. im Colloquio zu Wormbs.

Antwort Philippi auff ſolches Schreiben.

Artickel zu Wormbs geſtellet zu Hinlegung der ſtreittigen Religions-Punſten 1557.

Bedencken vom Synodo aller Chur- vnd Fuerſten vnd anderer Staende Augſp. Conf.

Franckfurt. Abſcheid in Religions-Sachen, 1558.

Antwort auff die Weimariſche Schrifft, ſo wider die Franckf. Artickel gerichtet.

Antwort auff des Raths zu Nuernberg Frage von den Franckf. Artickeln.

Bedencken an Churf. Auguſtum auff das Weimar. Buch.

Schreiben Mel. an Landgr. Philipp zu Heſſen.

An Ioh. Morenberger zu Breslaw vom Sacramentſtreitt.

Bedencken auff der Fuerſten Deliberation vom Synodo vnd Buendniſſen, 1559.

Fragſtück von Keiſerl. vnd Paepſt. Gewalt.

Ausfuehrliche Antwort auff ſolche Fragſtücke.

Antwort Landgr. Philipps zu Heſſen auff Herzog Chriſtoff zu Wirtenb. Schreiben von Flacii Illyrici Suchen eines Synodi halben.

Annales, das iſt, Hiſt. Verzeichniſs etlicher fuernemmer Sachen, ſo ſich von A. 52. bis auff das Jahr 60. zugetragen, verzeichnet durch P. Mel.

EPISTOLAE.

I. *Epiſtolarum D. Philippi Melanchthonis Farrago* in Partes tres diſtributa: Quarum prima varias materias theologicas continet. Secunda familiares epiſtolas habet, quibus plures cum domeſticae tum publicae res exponuntur. Tertia ex diuerſis doſtorum ac praeſtantium virorum epiſtolis conſtat, quibus non ſolum priuata, ſed etiam eccleſiaſtica et politica negotia traſtantur a *Iohanne*

Iohanne Manlio collecta et publicata. *Baſileae*, m. Martio, 1565. 8. 1 Alph. 15 plagg. Continet epiſtolas et alia 419.

Haec prima et cum ea, quae Lugduni Batauorum prodiit, omnium rariſſima *) eſt collectio epiſtolarum Melanchthonis, qua demum Peucerus permotus eſt, vt de pluribus epiſtolis b. Soceri edendis easque cum harum cupediarum cupidis publicandi ſerio cogitaret. In praefatione Manlius ita loquitur: Sciat Lector nos quasdam epiſtolas a diuerſis manibus, interdum quoque ex autographis ſubito ſcriptas mutilate et mendoſe inueniſſe, quae propter eruditas ac vtiles iunioribus adhortationes aut alias inſignes doctrinas in illis comprehenſas non omnino abiiciendae fuerunt.

II. Epiſtolae ſelectiores aliquot Ph. Melanthonis editae a Caſp. Peucero. cum gratia et priuilegio, Witeb. exc. Io. Crato, 1565. 8. 1 Alph. 15 plagg. continet 137. epiſtolas.

Peucerus in dedic. epiſtola ad Georgium Fridericum Marchionem Brandenb. de farragine Manliana queritur. Inter alia ſcribit: Epiſtolae ſine iudicio et ſine delectu contractae congeſtaeque ſunt, ita expreſſae ſunt typis, vt cum nullâ paene ſui parte conſtent atque cohaereant, Manlium vix ſibi conſtare oſtendunt. Adeo enim nihil paene integrum ineſt, nil congruum, nil cohaerens, ſed lacerum, imperfectum, diſſonum, a latinitate alienum omne eſt, in iis praecipue, quae continent res maximi momenti, vt impoſſibile ſit cuiquam mentem autoris aſſequi.„ Sed hanc querelam nimiam veritatique haud conſentaneam eſſe, quilibet Peucerianam cum Manliana collectione conferentem fatebitur.

Haec

*) Ipſe Saubertus, cui IV et V. librum Epiſtolarum Melanchthonis debemus, nuncupat Manlianam collectionem aliis inuiſam, ſibi nondum viſam.

Haec Peuceri editio eodem anno, loco, ordine et titulo recuſa eſt, aſt omiſſa defenſione Melanchthonis contra Eccium.

Tertio prodiit cum hac inſcriptione:

Epiſtolarum Ph. Melanthonis liber primus editus a Caſparo Peucero, cum gratia et priuilegio, Witeb. exc. Clemens Schleich et Ant. Schoen, 1570. 8. 1 Alph. 11 plagg.

III. Liber continens continua ſerie Epiſtolas Philippi Melanchthonis ſcriptas annis 38. ad Ioachimum Camerarium Pabep. nunc primum pio ſtudio et accurata conſideratione huius editus, curante eum exprimendum Erneſto Voegelino. Lipſiae, cum priuilegio Imperatoriae maieſtatis ad ann. 5. menſe Octobri 1569. 8. m. 2 Alph. ½ plagg.

Dedicatio ad D. Auguſtum Sax. Electorem egregia eſt apologia P. Melanchthonis. Continentur in hac collectione epiſtolae 912. de rebus grauiſſimis ab A. 1522—1560. ad Camerarium et paucos alios exaratae. Sub finem extat interpretatio graecarum ſententiarum expoſitis epiſtolis paſſim inſertarum.

IV. Alter Libellus Epiſtolarum Philippi Melanth. editus Witeb. c. gratia et priuilegio Caeſ. Maieſt. et Ducis Sax. Elect. exc. Clem. Schleich et Ant. Schoen, 1570. 8. 1 Alph. 15 plagg.

Caſp. Peucerus editor huius libelli ſecundi nuncupauit hunc tomum Georgio Mehl a Strolitz, imper. maieſt. Conſiliario, et regni Bohemiae Procancellario.

Continet epiſtolas 622.

Recuſus prodiit Viteb. ap. Io. Cratonem, 1574. 8. 1 Alph. 15 plagg.

V. Philippi Melanchthonis ad D. Albertum Hardenbergium Epiſtolae. Primum nunc in lucem editae opera et ſtudio Chriſtophori Pezelii. Bremae, 1589. 8. plagg. 6. continet epp. 76.

Dedic.

Dedic. Danieli Burenio et Herm. Schumachero Conſulibus reip. Bremenſis.

VI. Ad epiſtolarum Ph. Melanth. librum primum et ſecundum ante annos complures editos a Caſp. Peucero, Libellus tertius, primum nunc in lucem editus opera et ſtudio Chriſt. Pezelii. Bremae, 1590. 8. plagg. 18.

Pezelius hunc tomum inſcripſit Chriſtiano Principi Anhaltino, in qua epiſtola varia hiſtorica de epiſtolis Philippi exponuntur. Continet hic libellus epp. 188.

VII. Epiſtolarum Ph. Melanchthonis Liber quartus: poſtquam primum et ſecundum Caſp. Peucerus, tertium vero Chriſt. Pezelius olim vulgarunt, iam primum in lucem editus ſtudio et opera Ioh. Sauberti, Noribergae, 1640. 8. plagg. 14.

Continet epiſtolas 120. ab A. 1535—1544. ad Vitum Theodorum a Melanchthone ſcriptas.

VIII. Appendix Libri quarti Epiſtolarum Ph. Melanchthonis complectens epiſtolas 36. annis 1544—48. ad Vitum Theodoricum ſcriptas et hactenus nondum editas, nunc bono publico ex multorum rogatu donata et libro quinto praemiſſa ab Ioh. Sauberto, Norib. 1645. 8. plagg. 4.

VIIII. Liber quintus et vltimus Epiſtolarum Ph. Melanchthonis hactenus quidem nondum editarum ſed a viris doctis multos annos deſideratarum, et ad illuſtrandam ſuperioris ſeculi hiſtoriam apprime vtilium, accurante Ioh. Sauberto, Norib. 1646. 8. 2 Alph. $4\frac{1}{2}$ plagg. (Continet epiſtolas 514.)

Omnes tres Sauberti collectitiones inſcriptae ſunt Ducibus Brunſuicenſibus. Praefationes varia continent de his in lucem editis epiſtolis, quarum maxima pars ad Norimbergenſes exarata eſt, et ad illuſtrationem hiſtoriae eccleſiaſticae et litterariae Norimbergenſium vtiliſſimae et maxime neceſſariae ſunt.

X. Ph.

X. Ph. Melanchthonis Epiſtolarum liber, continens praeclara multa cum Eccleſiaſtica tum Politica et Hiſtorica cognitione digniſſima, antehac nunquam editus, Lugduni Batav. 1647. 8. 1 Alph. 11 plagg. (Continet epp. 446.)

Absque omni dubio Fridericus Spanhemius editor eſt huius ſplendidae collectionis epiſtolarum, quas ei ſuppeditauit Ludouicus Camerarius.

Plerumque vocatur liber ſextus epp. Mel. Pleraeque in hac collectione ſcriptae ſunt ad Norimbergenſes, videlicet ad Hier. Baumgartnerum Senatorem 196. ad Vitum Theodorum 58 etc.

Omiſſis aliis minoribus epiſtolarum Melanchthonis collectionibus Snegaſſii, Stigelii et aliorum, vnicum adhuc volumen magnae molis adducere placet, ſcilicet:

Epiſtolarum Eraſmi Roter. Libri XXXI. et Melanchthonis IV. quibus auctarii loco acceſſerunt Thomae Mori et Ludouici Viuis Epiſtolae, cum indicibus locupletiſſimis, Londini, 1642. fol.

Sed probe notandum eſt, in hoc volumine modo librum primum et ſecundum Peuceri et tertium Pezelii cum epiſtolis ad Camerarium, quem quartum nominat editor, extare, omiſſis libro IV et V. Sauberti, ſexto Lugdunenſi, collectione Manliana, et epiſtolis ad Hardenbergium, ideo pro incompleta collectione habetur.

BIBLIOTHECA MELANCHTHONIANA

CVIVS

SECTIO PRIOR.

CONTINET

IPSIVS MELANCHTHONIS SCRIPTA ORDINE TEMPORIS, QVO PRODIERVNT:

SECTIO POSTERIOR

ALIORVM AD ILLVSTRANDAM PHILIPPI HISTORIAM PERTINENTIA SCRIPTA ORDINE ALPHABETICO COMPREHENDIT.

EDITA

AB ILLIVS POSSESSORE

GEORGIO THEODORO STROBELIO

PASTORE ECCLESIAE WOEHRD.

Lectori Salutem.

Omnia Melanchthonis ſcripta eorumque editiones varias aeque ac aliorum ad illuſtrationem vitae meritorumque huius viri immortalis pertinentia ſcripta, quae in hac conſignatione non conſpiciuntur, poſſidere iisque vti valde cuperem: et eum in finem has plagulas huic commentario de vita Melanchthonis adiici curaui, etiam atque etiam rogans vt Fautores ea quae mihi deſunt ſcripta beneuole mecum, quocunque modo illis placeat, communicarent. Cuilibet igitur honeſtum meum inſtitutum de meliori commendo, promtiſſimumque ad quaeuis alia officia lubentiſſime praeſtanda animum ſancte promitto. Dab. Woehrdae prope Norimbergam, d. 12. Sept. 1777.

SECTIO

SECTIO PRIOR.

MELANCHTHONIS SCRIPTA.

1 Oſci et Volſci Dialogus ludis Romanis actus ſ. l. et a. 4. c. praef. Melanchth. (Tubing. 1517.)
2 De Rhetorica libri tres, Witt. Io. Grunenberg. 1519. 4.
3 Epiſtola de Lipſica diſputatione (1519.) 4.
4 Defenſio contra Io. Eckium, 1519. 4.
5 Luciani oratio adu. calumniam mire elegans (graece) c. praef. Mel. Witt. (1519.) 8.
6 Pauli Apoſtoli ad Romanos Epiſtola (graece) c. praef. Mel. Witt. (1520.) 8.
7 Lutheri comment. in Galatas c. praef. Oth. Germani et poſtfat. Pauli Commodi Brettani (Melanchth.) ſ. l. 1520. 4.
8 Delamatiuncula in D. Pauli doctrinam — Witteb. 1520. 4.
9 — — — eadem, Baſil. ap. Andr. Cratandrum, 1520. 4.
10 De D. Pauli Theologia et contra pernicioſos Theologorum noſtrae aetatis ſcholas declamatiuncula et quaedam alia — ſ. l. et a. 4.
11 Loci communes rerum theologicarum ſeu hypotypoſes theol. Witteb. 1521. 8.
12 — — Baſil. ap. Ad. Petri, 1521. 8.
13 Didymi Fauentini adu. Th. Placentinum pro M. Luthero oratio, ſ. l. 1521. 4.
14 — — — Witt. ſ. a. 4.
15 Propoſitiones de Miſſa, 1521. 4.
16 Determinatio theol. fac. Pariſ. ſuper doctr. Luth. Apologia pro Luthero adu. decret. Pariſ. Witt. 1521. 4.
17 Determinatio ſecunda fac. theol. Pariſ. ſuper Apol. Mel. pro Luthero — ſ. l. et a. 4.
18 *Eyn Vrteil der Theologen tzu Pariß — Schutzrede P. Mel. widder daſſelb* — 1521. 4.

19 *Ernſtlich Handlung der Vniuerſ. Witt. an Churf. Friedrich die Meſs betreffendt.* ſ. l. et a. 4.
20 *Vnterſchidt zwiſchen weltl. vnd Chriſtl. Fromkeyt*, *Hagen.* ſ. a. 4.
21 Inſtitutiones Rhetoricae, Colon. ap. H. Alopecium, 1521. 8.
22 Luther de bonis operibus c. praef. Mel. Witt. 1521. 4.
23 Loci communes — ſ. l. 1522. 8.
24 Theol. Hypotypoſes — Vuitt. ſ. a. 8.
25 — — Argent. 1522. 8.
26 — — iuxta editionem, 1522. 8.
27 *Die Haubtartickel vnd furnemſten punct der h. ſchrifft* — ſ. l. et a. (1522.) 4.
28 *Die Heubtartickel* — — *Straſsb. M. F.* 1522. 4.
29 — — *Strasb. Io. Knobloch*, ſ. a. 4.
30 Iudicium Lutheri de Eraſmo. Melanchthonis de Eraſmo et Luthero elogion. ratio diſcendi per eundem tradita. Ej. quo iudicio Auguſtinus, Ambroſius, Origenes legendi ſint. ſ. l. et a.
31 *Das die Prieſter Eeweiber nemen mögen — beſchutzred Bart. Bernhard probſt zu Kemberg. Wittenb.* 1522. 4.
32 Loci communes — Argent. m. Ianuar. 1523. 8.
33 — — Argent. 12 Kal. Jun. I. Hervag. 1523. 8.
34 — — Baſil. m. Jun. Ad. Peter. 1523. 8.
35 — — ſ. l. m. Octobr. 1523. 8.
36 — — Argent. 12. Cal. Dec. Io. Hervag. 1523. 8.
37 *Anweiſung in die wahrhafftig h. geſchrifft Gottes* (oder Loci). *Augſp. Sig. Grymm*, 1523. 4.
38 In obſcura aliquot capita Geneſeos annotatt. Hagan. m. Nou. 1523. 8.
39 Annotatt. in Euang. Matthaei, 1523. 8.
40 — — ſ. l. m. Dec. 1523. 8.
41 Annotatt. in Euang. Iohannis, ſ. l. 1523. 8.
42 — — Baſil. Th. Volf. 1523. 8.
43 — — Baſil. Ad. Petri, 1523. 8.

44 Commentarii in Ioh. Euang. vnacum ep. commend. Lutheri, Hagen. 1523. 8.

45 Annotatt. in Iohannem vnacum ep. commend. Lutheri, ſ. l. 1523. 8.

46 Annotatt. in ep. Pauli ad Romanos et Corinth. Argent. m. Januar. Io. Hervag. 1523. 8.

47 — — ſ. l. m. Martio, 1523. 4.

48 *Annotat. Verzeichn. vnd kürtzl. Anzaygung des rechten verſtands der Ep. Pauli zu den Rhömern, Augſp.* 1523. 4.

49 — — ſ. l. et a. 4.

50 Lutheri comment. in Galatas, c. praef. Mel. Witteb. 1523. 8.

51 *Erkl. oder anzaygung in etliche ſchwereſten Capittel des erſten Buch Moyſi*, ſ. l. 1524. 4.

52 *Verzaichn. vnd kürtzl. Antzaig. in das Euang. Ioannis*, ſ. l. *im Augſtmonat*, 1524. 4.

53 Annotatt. in ep. Pauli ad Romanos vnam et ad Corinth. duas, ſ. l. 1524. 8.

54 *Annot. oder Anzeygung über die 1 u. 2 Ep. St. Pauls zu den Corinth.* ſ. l. 1524. 4.

55 Epitome renouatae Eccl. doctrinae ad Ill. Princ. Heſſ. ſ. l. et a. 8.

56 *Ein kurtzer begryff der ernewten Chriſtl. leer*, ſ. l. 1524. 4.

57 *Ain warhafft vrtayl von Luthers leer dem Cardinal u. päbſtl. Legaten gen Stugarten zugeſchickt*, 1524. 4.

58 *Sendtbrieff an ein Kartheuſer von den 3 Cloſtergelübten. Witt.* 1524. 4.

59 *Handtbüchlein wie man die kinder zu der geſchrifft vnd lere halten ſól*, *Witt.* 1524. 8.

60 *Vom Reyche Gottis was es ſey vnd wie etc. aus Luth. vnd Mel. Altenb.* 1524. 4.

61 Io. Pomerani Bugenhagii in librum Pſalm. interpretatio, c. praef. Lutheri et Melanchth. Baſil. 1524. 4.

62 — — Nuremb. 1524. 8.

63 Loci — Argent. Io. Knobloch. m. Februar. 1525. 8.
64 Loci — *deutſch*, *Vuitt. Hanns Lufft*, 1525. 8.
65 Loci — *deutſch*, *Witt.* 1525. am Ende: *gedruckt zu Hall ynn Sachſſen*, 1525. 8.
66 Solomonis ſententiae verſae ad hebr. veritatem, Norimb. 1525. 8.
67 Solomonis παροιμιαι ſ. Prouerbia cum annotatt. Nor. 1525. 8.
68 *Ain klaine Ausleg. vber das XX Buch Exodi der zehen Gebot*, ſ. l. 1525. 4.
69 *Ein kurzer begryff der ernewten Chriſtl. Lere* — ſ. l. 1525. 4.
70 *Von der Meſſe Propoſitiones*, ſ. l. 1525. 4.
71 *Ain Sermon von dem Prieſterthumb*, ſ. l. 1525. 4.
72 *Von dem Gaiſtlichen Prieſterthumb Chriſti zehn Schlußreden*, 1525. 8.
73 *Ein ſchrifft widder die Artickel der Pawrſchafft.* ſ. l. et a. 4.
74 Oratio in funere Friderichi Sax. D. De legibus etc. Hagan. 1525. 8.
75 Quisquis es gloriae Germ. et maiorum ſtudioſus, hoc vtare ceu magiſtro libello. (i. e. Lamberti Schafnab. Hiſt.) c. praef. Melanchth. Tubing. 1525. 8.
76 — — idem liber, ſine praef. Mel. Tub. 1525. 8.
77 Loci — *deutſch*, *Witt. Joſ. Klug*, 1526. 8.
78 Loci — *platdeutſch*, *Witt. Joſ. Klöck*, 1526. 8.
79 *Ausleg. der Ep. Pauli an die Römer u. Corinther gedeutſcht durch Joh. Agricola*, *Witt.* 1527. 8.
80 Scholia in ep. Pauli ad Coloſſenſes, Hagan. 1527. 8.
81 In locum ad Coloſſ. Videte ne quis vos decipiat — diſſert. Baſil. 1527. 8.
82 Articuli de quibus egerunt per Viſitatores in regione Saxoniae, Witt. 1527. 8.
83 De bello Rhodio Iac. Fontano Autore c. epiſt. exhortatoria, Hagan. 1527. 4.

84 *Vnterricht der Viſitatorn an die Pfarherrn im Kurſ. zu Sachſſen*, *Witt*. 1528. 4. *8 Bögen.*

85 — — *Witt*. 1528. 4. *9 Bögen.*

86 — — *Witt. Nic. Schirlentz*, 1528. 4. *12 Bögen.*

87 *Vnterricht wider die Lere der Widerteuffer — Witt.* 1528. 4.

88 *Vnterricht wider die Lere der Widert. Ob eyn weltl. Oberkeyt möge die Widerteuffer vom leben zum tod richten laſſen.* ſ. l. et a. 4.

89 Noua ſcholia in Prouerbia Salom. Hagen. 1529. 8.

90 Praefatio ad Regem Ferdinandum in Danielem, 1529. 8.

91 *Ein chriſtl. Ermanung an den König Ferdinandum* — (1529.) 4.

92 Diſpoſitio orationis in epiſtola Pauli ad Romanos, Hagan. 1529. 8.

93 Chriſtianis an liceat litigare in iudicio, Hagen. 1529. 8.

94 Epiſtola ad I. Oecolampadium de Coena Domini, Hagen. 1529. 8.

95 Vocabula menſurarum et rei numariae, Norib. 1529. 8.

96 Diſpoſitio orationis in ep. Pauli ad Romanos, Witt. 1530. 8.

97 Sententiae veterum aliquot ſcriptorum de Coena Domini, Vit. 1530. 8.

98 Epiſtola de Conuentu Auguſtano. Aliquot elegiae Ge. Sabini, Witt. 1530. 8.

99 Pſalmus CXVIII. ex Lutheri ſcholiis et ſedecim alii lat. carmine redditi per Eob. Heſſum c. ep. Melanchth. Norib. 1530. 8.

100 *Zwo wunderbarlich hyſtorien zu beſtettigung der lere des Euangelii J. Pomer. P. Mel.* (1530.) 4.

101 Commentarii in aliquot Politicos libros Ariſtotelis, Witt. 1530. 8.

102 Andr. Alciati lib. de ponderibus et menſuris. item Budaei — et Melanchth. de iisdem. Alciati quoque et Melancht. de laude iuris ciuilis orationes, Hagen. 1530. 8.
103 In Euangelium Matthaei inque Paſſionem Chriſti annotatt. Hagan. 1531. 8.
104 *Summarium des Kaiſ. abſchieds im nechſten Reichstag zu Augſpurg — Zwue Schrifft Melan. eine in Franckreich, die ander an Campegium. Dreſd.* 1531. 4.
105 Noua ſcholia in Prouerbia Salom. Hagen. 1532. 8.
106 Commentarii in ep. Pauli ad Romanos, Vit. 1532. 8.
107 *Vom Abendmal des Herrn etliche ſprüche der alten Veter, Witt.* 1532. 4.
108 Elementorum Rhetorices libri duo, Vit. 1532. 8.
109 Commentarii in ep. Pauli ad Romanos, Marp. 1533. 8.
110 — — additus eſt ad finem commentarii graecus textus, Hagen. 1533. 8.
111 Orationes aliquot lectu digniſſimae, Hagen. 1533. 8.
112 Epiſtola Pauli ad Coloſſ. cum comment. Hagen. 1534. 8.
113 Theologicae propoſitiones Vitebergae diſputatae c. praef. Lutheri, Vit. 1534. 8.
114 Loci — Vit. Ioſ. Clug. 1535. 8.
115 Loci — Vit. Ioſ. Clug, 1535. 8. Editio diuerſa a priore.
116 Comment. in ep. Pauli ad Romanos, Hagan. 1535. 8.
117 *Etliche Propoſitiones wider die Lehr der Widerteuffer,* 1535. 4.
118 *Newe Zeitung von den Widertauffern zu Münſter. Propoſ. wider die Lehre der Widerteuffer. Nürnb.* 1535. 4.
119 Loci — Vit. Pet. Seitz, 1536. 8.
120 Loci — Argent. Io. Albert. 1536. 8.
121 Loci — Hagen P. Brubach. 1536. 8.
122 Loci — Aug. V. H. Stayner. 1536. 8.

123 Loci — *deutſch, Witt. Ge. Rhaw*, 1536. 4.

124 Catechiſmus puerilis i. e. inſtitutio puerorum in ſacris. Vit. 1536. 8.

125 *Chriſtl. erinnerung von den lieben Engeln, Wittenb.* 1536. 4.

126 Loci — *deutſch, Witt. P. Seitz*, 1537. 8.

127 Loci — *deutſch, Strasb. Jo. Albrecht*, 1537. 8.

128 Loci — *deutſch, Augſp. H. Steyner*, 1537. 8.

129 *Vrſachen ſo die Chur- vnd Fürſten auch Stende der A. C. darum ſie das Concilium zu Mantua verdechtig* — — ſ. l. et a. 4.

130 *Paul Jovii Vrſprung des Türckiſchen Reichs mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1537. 4.

131 Oratio de vita Ariſtotelis, 1537. 8.

132 Loci — Vit. P. Seitz, 1538. 8.

133 Loci — *deutſch, Witt. Hans Friſchmuth*, 1538. 4.

134 *Vnterricht der Viſitatorn — Witt. Hans Lufft*, 1538. 4.

135 Pſalterium Dauidis carmine redditum per Eob. Heſſum, c. praef. Mel. Franc. (1538.) 8.

136 Philoſophiae moralis Epitome, Argent. 1538. 8.

137 Inſtructio Viſitat. Sax. translata a D. Pomerano in lat. propter Eccl. Danicas. Vit. 1539. 8.

138 Sententiae ex S. Scriptura collectae quae docent praecipuum Dei cultum eſſe promouere Euangelium, Franc. 1539. 8.

139 De Eccleſiae autoritate et de veterum ſcriptis, Vit. 1539. 8.

140 — — idem liber, Arg. ap. Wend. Rihelium ſ. a. 8.

141 De officio Principum quod mandatum Dei praecipiat eis tollere abuſus eccleſiae, Vit. 1539. 8.

142 *Vom ampt der weltl. Fürſten — Nürnb.* 1539. 4.

143 Oratio I. Ionae de ſtudiis theologicis. Declamatio ſcripta a V. Vinſemio, in qua recitatur, quomodo Guelfus — Vit. 1539. 8.

144 Commentarii in ep. Pauli ad Romanos, Arg. 1540. 8.
145 Defenſio coniugii Sacerdotum pia miſſa ad Regem Angliae — Arg. 1540. 8.
146 *Von der Kirchen vnd alten Kirchenlerern verdeutſcht durch J. Jonas*, *Witt.* 1540. 4.
147 *Epiſtel an den Landgrauen zu Heſſen*, *Witt.* 1540. 4.
148 *Von Eheſachen D. M. Luthers.* De arbore conſangu. et affin. ſ. de gradibus P. Mel. Witt. 1540. 4.
149 *Das die Fürſten ſchuldig ſind abgötterey abzuthun*, *Witt.* 1540. 4.
150 Commentarius de Anima, Vit. 1540. 8.
151 Loci — Vit. P. Seitz, 1541. 8.
152 Comment. in ep. Pauli ad Romanos, Vit. 1540. ſub fin. Vit. Ioſ. Clug. 1541. 8.
153 Acta in Conuentu Ratisbonenſi, Vit. 1541. 4.
154 *Von des Bapſts Gewalt* — *Witt.* 1541. 4.
155 *Von des Bapſts Gewalt* — ſ. l. 1541. 4.
156 *Widder den vnreinen Bapſts Celibat* — *Witt.* 1541. 4.
157 *Vnterricht von der Gerechtigkeit die für Gott gilt* — *Witt.* 1541. 4.
158 Liber ſelectarum Declamationum, Argent. 1541. 4.
159 Ciceronis de Oratore libri III. noua illuſtrati enarratione, Franc. 1541. 8.
160 De ratione ſtudii deque vita iuuentutis inſtituenda opuſcula diuerſorum autorum, Baſil. 1541. 8. (huic libro inſertae ſunt variae Mel. orationes.)
161 Oratio habita a L. Zochio, Vit. 1541. 8.
162 Oratio habita in promotione Magiſtr. a M. E. Reinhold, Vit. 1541. 8.
163 Loci — *deutſch*, *Witt. V. Creutzer*, 1542. 4.
164 Colloquium Wormatienſe inſtitutum A. 1540. Witeb. 1542. 4.
165 *Alle Handlungen die Religion belangend zu Worms vnd Regenſp. Witt.* 1542. 4.
166 Commentarius de Anima, Vit. 1542. 8.
167 Philoſophiae moralis epitomes libri II. Arg. 1542. 8.

168 *Zween troſtbrieue an Churf. Joachim zu Brand. vom Türckenzug M. Luther u. P. Mel.* (1542.) 4.
169 Grammatica latina iam denuo recognita, Norib. 1542. 8.
170 In Danielem Prophetam commentarius, Vit. 1543. 8.
171 — — Lipſ. 1543. 8.
172 Reformatio Eccleſiae Coronenſis ac totius Barcenſis prouinciae c. praef. Mel. Vit. 1543. 8.
173 Reſponſio ad ſcriptum quorundam delectorum a Clero ſecundario Colonienſi. Franc. 1543. 4.
174 *Verantw. auff der Cölln. vnter Cleriſey Schrifft widder Ern M. Butzern ausgangen, Witt.* 1543. 4.
175 *Vermanung das alle Chriſten ſchuldig ſind dem Exempel des bekerten Schechers — Witt.* 1543. 4.
176 *Von anrichtung der latiniſchen Schuel, Witt.* 1543. 4.
177 De Angelis duo hymni Mel. et Stigelii, Vit. 1543. 4.
178 Th. Linacri de emendata ſtructura lat. ſermonis c. praef. Mel. Vit. 1543. 8.
179 Loci theologici recens recogniti, Vit. 1543. ſub fin. ap. P. Seitz 1544. 8.
180 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer*, 1544. 4.
181 Comment. in ep. Pauli ad Romanos, Arg. 1544. 8.
182 *Catechiſmus verdeutſcht durch Caſp. Bruſchen, Leipz.* 1544. 8.
183 — — — *Nürnb.* ſ. a. 8.
184 Loci — Vit. P. Seitz, 1545. 8.
185 Loci — Baſil. Rob. Winter, 1545. 8.
186 Scholia in ep. Pauli ad Coloſſ. Vit. 1545. 8.
187 *Zwo newe Schrifften, eine M. Luthers, die andere P. Mel. wie Gott ſeine Kirchen etc.* 1545. 4.
188 Loci — Lipſ. in off. V. Papae, Cal. Ianuar. 1546. 8.
189 Loci — Lipſ. in off. V. Papae, 1546. 8.
190 Loci — Baſil. m. Martio, 1546. 8.
191 Methodus in Moſe oſtenſa — Erphurd. 1546. 8.

192

192 In Danielem comment. vnacum textu graeco, item in eundem Lutheri comment. Franc. 1546. 8.
193 *Der Prophet Daniel auſsgelegt, Witt.* 1546. 4.
194 Caſp. Crucigeri enarratio in Euangel. Iohannis, Argent. 1546. 8.
195 Cauſae quare et amplexae ſint et retinendam ducant doctrinam quam profitentur Eccleſiae A. C. — Vit. 1546. 4.
196 *Vrſach warum die Stende A. C. chriſtl. leere erſtl. angenommen — auch warum das Trient. Concilium nit zu beſuchen — Nürnb.* 1546. 4.
197 — — — *Augſp.* 1546. 4.
198 Oratio in funere D. M. Lutheri, Vit. 1546. 8.
199 Oratio *vber der Leich D. M. Luthers, verdeutſcht durch C. Creutziger, Witt.* 1546. 4.
200 — — — *verdeutſcht durch Jo. Funck,* 1546. 4.
201 Elementa Rhetorices, libri II. Arg. 1546. 8.
202 Philoſ. moralis epitomes libri II. item enarratio aliquot librorum ethic. Ariſtotelis, Arg. 1546. 8.
203 Selectarum declamationum tomus I. Arg. 1546. 8.
204 Cum praefationum in quosdam ill. Autores, tum orationum de clariſſ. virorum vitis tomus II. Arg. 1546. 8.
205 *Chriſtl. Vermahnung Jo. Bugenhagen an die Behmen Sleſier u. Luſatier — Witt.* 1546. 4. Autor eſt Mel.
206 Libellus Ioach. Camerarii de inuocatione Sanctorum. adiecta ſunt et alia quaedam opuſcula (e. g. Ant. Eparchi epiſtola ad P. Mel. et huius ſcriptum de aperiendo ludo litterario). Regiom. 1546. 8.
207 *Luthers Warnung an ſeine lieben Deutſchen mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1546. 4.
208 Loci — Baſil. Io. Oporin. 1547. 8.
209 Sententiae Salom. iuxta hebr. veritatem, Magdeb. 1547. 8.

210 *Von der Nothwehr vnterricht durch Juſt. Menium, Witt.* 1547. 4.
211 *Ein Troſtſchrifft für alle betrübte Herzen in dieſen kümmerlichen Zeiten, Nürnb.* 1547. 4.
212 *Luthers Warnung an ſeine lieben Deutſchen, mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1547. 4.
213 — — *Nürnb. durch Herm. Hamſing* ſ. a. 4.
214 *Erklerung D. M. Luthers von der Frage die Nothwehr belangend, mit Vorreden P. Mel. u. I. Bugenhagens, Witt.* 1547. 4.
215 Erotemata dialectices, Witt. 1547. 8.
216 Syntaxis c. noua praef. Mel. Norib. 1547. 8.
217 In effigiem D. Io. Schoneri carmen, fol. pat. (1547)
218 Loci — Lipſ. Val. Papa, 1548. 8.
219 Diſp. theol. de Poenitentia, reſp. M. Melch. Iſindero, Vit. 1548. 8.
220 *Bedencken auffs* INTERIM *der Theologen zu Wittenberg*, ſ. l. 1548. 4.
221 *Bedencken auffs* INTERIM *des Ehrw. vnd Hochgel. Herrn* P. Mel. ſ. l. 1548. 4.
222 *Bericht vom* Interim *der Theologen zu Meiſſen verſamlet*, 1548. 8.
223 Commentarius de Anima, Vit. 1548. 8.
224 Terentii comoediae c. variorum (inter quos Mel.) ſcholiis, Baſil. 1548. 8.
225 Loci — Viteb. 1549. 8.
226 Loci — Lipſ. V. Papa, 1549. 8.
227 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer*, 1549. 4.
228 Catecheſis puerilis, Vit. 1549. 8.
229 Defenſio coniugii ſacerd. refutatio abuſuum coenae dn. et de poteſtate pontif. Vit. 1549. 8.
230 Doctrina de Poenitentia, c. ep. ad lectorem, in qua reſpondetur Flacio, Vit. 1549. 8.
231 Hiſtoria de vita et actis Lutheri, Vit. 1549. 8.
232 Elementorum Rhetorices libri II. Lipſ. 1549. 8.
233 Oratio de Io. Regiomontano recit. ab Er. Reinholt, Vit. 1549. 8.

234 Oratio de C. Crucigero, recit. ab eodem, Vit. 1549. 8.

235 Tertius liber ſcriptorum quae a gubernatoribus et profeſſoribus Acad. Vit. publice propoſita ſunt, Vit. 1549. 8.

236 Io. de Sacro Buſto de Sphaera c. praef. Mel. Vit. 1549. 8.

237 Loci — Lipſ. V. Papa, 1550. 8.

238 Explicatio Prouerb. Salomonis, Franc. 1550. 8.

239 Enarratio breuis concionum libri cui tit. Eccleſiaſtes, Vit. 1550. 8.

240 Enarratio ſymboli Niceni, Vit. 1550. 8.

241 — — — Baſil. ſ. a. 8.

242 De Poenitentia, *von der Bekerung zu Gott*, *Witt.* 1550. 4.

243 Ethicae doctrinae elementa et enarratio libri V. Ethic. Vit. 1550. 8.

244 Erotemata dialectices, Vit. 1550. 8.

245 Oratio de Iohanne Elect. Sax. recit. a Laur. Lindeman, Vit. 1550. 8.

246 *Ein Predigt von der wunderbaren Geburt I. C. Witt.* 1550. 4.

247 Epiſtola ad Albertum Pruſſiae Ducem, Vit. 1550. 4.

248 Lutheri comment. de nouiſſimis verbis Dauidis c. praef. Mel. Lipſ. 1550. 8.

249 *Til. Kragen von dem Bilde Gottes in den erſten Menſchen, mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1550. 4.

250 Enarratio breuis concionum libri Eccleſiaſt. Vit. 1551. 8.

251 De coniugio piae commonefactiones, Vit. 1551.

252 Diſp. M. Lauterwaldt de creationis actione, Vit. 1551. 8.

253 Diſp. theol. Alex. Nabod, Vit. 1551. 8.

254 Selectarum declamationum tomus III. Baſil. 1551. 8.

255 Selectiſſimarum orationum tomus III. Erphurd. 1551. 8.

256

256 Figura corporis I. C. et Mariae ex Nicephoro, Vit. 1551. fol. pat.
257 Hier. Mencelii Epicedion Io. Spangenbergio ſcriptum c. praef. Mel. Vit. 1551. 4.
258 Iac. Cornicii dialogus adu. peſtif. luis contagia, c. praef. Mel. Vit 1551. 8.
259 Loci — Lipſ. V. Papa, 1552. 8.
260 Loci — Baſil. Io. Oporin. 1552. 8.
261 In Euang. dominic. annotationes, Lipſ. 1552. 8.
262 *Confeſſion d. i. ain Bekandtnuß der Sächſ. Kirchen leer, welche dem Concilio zu Triendt — verteutſcht durch Ioh. Mätſperger, Augſp.* 1552. 8.
263 *Antwort auff Oſianders buch von der Rechtfertigung des Menſchen, Witt.* 1552. 4.
264 — — *Nürnberg*, 1552. 4.
265 Erotemata dialectices, Vit. 1552. 8.
266 Elementa Rhetorices, L. II. Lipſ. 1552. 8.
267 Oratio continens hiſtoriam Capnionis, Vit. 1552. 8.
268 Oratio de Eberardo Duce Wirteb. Vit. 1552. 4.
269 De conſideratione humani corporis, Norib. 1552. fol. pat.
270 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer,* 1553. 4.
271 Confeſſio doctrinae Saxon. Eccleſiarum, Lipſ. 1553. 8.
272 Reſponſio de controuerſia Stancari, Lipſ. 1553. 8.
273 *Vrſache warumb die gemainde vnd Kirchen Chriſti vngegrünten Conciliennit ſollen ſtadt geben — Regenſp.* 1553. 4.
274 Oratio in qua refutatur calumnia Oſiandri, Vit. 1553. 8.
275 Oratio de dignitate legum doctrinae, Vit. 1553. 8.
276 Propoſitiones de quibus diſputat Til. Heshuſius, Vit. 1553. 8.
277 De poenitentia diſp. M. Lauterwaldt, Vit. 1553. 8.
288 Heſiodi opera et dies vnacum duabus praef. ac luculenta enarratione Mel. Franc. 1553. 8.

279 Io. Stigelii elegia in nuptias Dau. Chytraei — et alia epithalamia ſcripta a Fincelio, Ciſnero, Willebrochio (Mel.) Vit. 1553. 4.
280 Nic. Barbati Aſclepius de antiquo et profundo conſilio — c. praef. Mel. Franc. 1553. 8.
281 Loci — Lipſ. V. Papa, 1554. 8.
282 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer*, 1554. 4.
283 Confeſſio doctr. Eccl. Saxon. Lipſ. 1554. 8.
284 Quaeſtiones aliquot ethicae de iuramentis, excommunicatione — Vit. 1554. 8.
285 Sententiae veterum aliquot Patrum de coena dn. c. praef. N. Galli, Ratisp. 1554. 8.
286 Definitiones multarum appellationum, quarum in Eccleſia vſus eſt, Vit. 1554. 8.
287 Propoſitiones de quibus diſp. H. Sthenius, Vit. 1554. 8.
288 De autoritate Synodorum commonefactio H. Hammelmanni, Vit. 1554. 8.
289 Propoſitiones de cauſis liber. actionum hominum ethic. et phyſ. de quibus diſp. C. Peucerus, Vit. 1554. 8.
290 Oratio de Friderico Landgr. Thuring. recit. a C. Peucero, Vit. 1554. 8.
291 Oratio de Georgio Principe Anhalt. recit. a G. Maiore, Vit. 1554. 8.
292 Collatio actionum forenſium attic. et romanarum praecipuarum, Vit. 1554. 8.
293 Enarratio ep. ad Philippenſes Autore G. Maiore, Vit. 1554. 8.
294 *Beſchreibung des Lebens und der Handlungen M. Luthers, überſ. von Ritter*, 1554. 8.
295 Grammatica latina — Lipſ. 1554. 8.
296 Loci — Vit. Io. Crato, 1555. 8.
297 Loci — Baſil. I. Oporin. 1555. 8.
298 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer*, 1555. 4.
299 Explicatio Prouerb. Salomonis, Vit. 1555. 8.

300 In Euangelia domin. annotatt. Vit. 1555. 8.
301 Hiſtoria de vita et actis D. M. Lutheri — ſ. l. 1555. 8.
302 *Manual oder Handtbüchlein, darin die fürnembſte heubtartickel Chriſtl. Lere in Frag vnd Antwort, Franckf. am M.* 1555. 8.
303 *Das der Menſch in der Bekerung — geſchriben zu Nürnberg* 1555. *Ein Predigt Iacob Rungii von der Gerechtigkeit — Witt.* 1555. 4.
304 — — — *Nürnberg*, ſ. a. 4.
305 *Vnterricht von Vergebung der Sünden vnd Seeligkeit — Schleuſ.* 1555. 4.
306 *Vnterſchied zwiſchen reiner Chriſtl. lere des Euang. vnd der Abgött. Lere der Papiſten, Schleuſ.* 1555. 4.
307 *Troſtſchrifft der Theologen in Meiſſen an die Pfarrherrn welche in Behmiſchen vnd Lauſnitzer grentzen vmb der reinen Lere willen verfolgt werden, Leypz.* 1555. 4.
308 Initia doctrinae Phyſicae, Vit. 1555. 8.
309 Ad Io. Pfeffingerum epiſt. de morte filii, Viteb. 1555. 8.
310 *Erinnerung von dem h. Eheſtandte, Witt.* 1555. 8.
311 Oratio de arte medica recit. ab I. Milichio, Vit. 1555. 8.
312 Oratio de coniugio recit. a D. Chytraeo, Viteb. 1555. 8.
313 Oratio de ſimilitudine in qua dicitur Euangelium ſimile eſſe fermento, recit. a Val. Trutiger, Vit. 1555. 8.
314 Tabulae de ſchematibus et tropis P. Moſellani, item Rhetorices Mel. — Norib. 1555. 8.
315 Matth. Delii de arte iocandi libri IV. c. praef. Mel. Baſil. 1555. 8.
316 M. Flacius de voce et re fidei, c. praef. Mel. Baſil. 1555. 8.

317

317 Ge. Maioris refutatio profanationis coenae dn. c. praef. Mel. Vit. 1555. 8.

318 *Wolfg. Krauß* Chronica *des Stamms vnd Ankunfft des Chur-vnd Fürſtl. Hauß zu Sachſen, mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1555. 8.

319 Loci — Lipſ. V. Papa, 1556. 8.

320 Loci — *deutſch, Witt. V. Creutzer*, 1556. 4.

321 Examen eorum, qui audiuntur ante ritum publ. ordinat. Vit. 1556. 8.

322 Enarratio breuis concionum libri Salom. Eccleſiaſt. Vit. 1556. 8.

323 Explicatio Prouerb. Salom. Vit. 1556. 8.

324 Epiſtolae Pauli ad Romanos enarratio, Vit. 1556. 8.

325 De cauſis putrefactionis praeſide Io. Hermanno, Vit. 1556. 8.

326 Vocabula rei nummariae; pond. et menſur. collecta ex Buddaei, Camerarii et Melancht. annotatt. Vit. 1556. 8.

327 Cauſae cur ſcholae Philoſ. Praefecti in Acad. Roſtochiana in diſciplina reſarcienda elaborarint — cum apologia. Scripta oratio ab Arn. Burenio, c. praef. Mel. Vit. 1556. 4.

328 Oratio de capta Conſtantinopoli recit. a P. de Eitzen, Vit. 1556. 8.

329 — de vita et ſcriptis C. Plinii, recit. a P. Ebero, Vit. 1556. 8.

330 — de tertiana febri, a C. Stathmione, Vit. 1556. 8.

331 — de iudiciis Eccleſiae ab A. Waltero, Vit. 1556. 8.

332 — de dignitate ſtudii iuris a G. Cracouio, Vit. 1556. 8.

333 Propoſitiones de quibus diſp. Paul de Eitzen, Vit. 1556. 8.

334 Scriptum Collocutorum A. C. qui in vrbe Vangio-

num

num fuerunt, donec aduerſarii colloquium abruperunt, Franc. 1557. 4.

335 *Abſchied der Geſandten A. C. zum Colloquio im Wormbs, A.* 1557. 4.

336 Libellus graecae Grammaticae, Lipſ. 1557. 8.

337 Germania C. Taciti. Vocabula regionum enarrata. Harminius Ulr. Hutteni. Dialogus Iulius. Recens edita a P. Mel. Vit. 1557. 8.

338 Oratio qua Vlrico Duci Megapol. gratulatur A. Burenius, Vit. 1557. 8.

339 *Hiſt. von der zerſtörung Conſtantinopel, Wittenb.* 1557. 8.

340 *Seb. Bocks Troſtpredigt vber dem Begrebnis Fr. Brigitta von Miltitz mit einer Vorrede Mel. Witt.* 1557. 8.

341 Loci — Viteb. I. Crato, 1558. 8.

342 Loci — *deutſch, Witt. v. Creutzer,* 1558. 4.

343 Conciones explicantes integrum Euang. Matthaei habitae a S. Froſchelio, ſcriptae a P. Mel. Viteb. 1558. 8.

344 Epiſtolae ad Romanos enarratio, Vit. 1558. 8.

345 Reſponſio ad criminationes Staphyli et Auii, Viteb. 1558. 8.

346 Propoſitiones theol. Lutheri et Melancht. continentes ſummam doctr. chriſt. Vit. 1558. 8.

347 Quaeſtiones de rebus cognitione digniſſimis explicatae in publicis congreſſibus in Acad. Witeb. Vit. 1558. 8.

348 *Die abgött. Artickel geſtellet von einem Mönch in Bayern mit einer kurzen Erinnerung Mel. Wittenb.* 1558. 4.

349 Liber de Anima, Viteb. 1558. 8.

350 Chronicon Carionis latine expoſitum et auctum a P. Mel. Vit. 1558. 8.

351, 52 Ej. Pars II. Vit. 1560. P. III. ib. 1562. 8.

353 Epiſtola a Wernero ex mandato Flacii ad Mel. et reſp. Mel. Vit. 1558. 4.
354 Select. declamationum tomus I. Arg. 1558. 8.
355 Tum praefationum tum orationum tomus II. Arg. 1558. 8.
356 Select. declamationum tomus IV. Arg. 1558. 8.
357 Io. de Sacrobuſto lib. de Sphaera, c. praef. Mel. Vit. 1558. 8.
358 Loci — Lipſ. ap. haeredes V. Papae, 1559. 8.
359 Loci — Viteb. Io. Crato, 1559. 8.
360 Loci — *deutſch, Nürnb* 1559. 4.
361 Enarratio epiſtolae ad Coloſſ. Vit. 1559. 8.
362 — — addita eſt reſp. Mel. ad calumnias Staphyli et Auii, Franc. 1559. 8.
363 Reſponſiones ad impios articulos Bauar. inquiſit. Vit. 1559. 8.
364 *Anleitung wie chriſtlich zu antworten ſey auff die abgöttiſchen Artickel in Baiern, Witt.* 1559. 8.
365 Examen eorum, qui — Vit. 1559. 8.
366 Select. declamationum tomus I. Arg. 1559. 8.
367 Cum praefationum tum orationum tomus I. Arg. 1559. 8.
368 Select. declamationum tomus III. Arg. 1559. 8.
369 Initia doctrinae Phyſicae, Vit. 1559. 8.
370 Oratio recit. a G. Maiore cum gradus Doct. decerneretur P. Ebero, Vit. 1559. 8.
371 Oratio recit. a I. Hermanno cum gradus Doct. Med. decerneretur A. Roſae, Vit. 1559. 8.
372 *Kurze Hiſt. von Ludovico Bavaro, Witt.* 1559. 8.
373 *Oeffentliche Intimation vom Laſter des Todſchlags,* 1559. 4.
374 Corpus doctrinae Chriſtianae — Lipſ. 1560. fol.
375 — — *ebendaſſelbe, deutſch, Leipz.* 1560. fol.
376 Reſponſiones ad impios artic. Bauar. inquiſ. Viteb. 1560. 8.
377 Libelli aliquot vtiles — Vit. 1560. 8.

378 Iudicium de controuerſia coenae Domini, Heidelb. 1560. 4.
379 Iudicium de controuerſia Coenae Dn. c. neceſſ. annotatt. Ratisb. 1560. 4.
380 *Bericht u. Ratſchlag vom Streit des h. Abendmals, Regenſp.* 1560. 4.
381 Epigrammatum libri III. Vit. 1560. 8.
382 Grammatica Latina, Lipſ. 1560. 8.
383 Comp. Grammaticae pro pueris incipientibus coniugare per Nic Medlerum, Norib. 1560. 8.
384 Explicatio ſententiarum Theognidis, Witt. 1560. 8.
385 Liber de Anima recognitus, Vit. 1560. 8.
386 Ethicae doctrinae elementa et enarratio Libri V. Ethic. additae ſunt quaeſtiones de iuramentis — Vit. 1560. 8.
387 Select. declamationum tomus IV. Arg. 1560. 8.
388 Scriptorum publice propoſitorum a Profeſſ. in Acad. Vit. tomus I. Vit. 1560. 8.
389 Oratio de Greg. Pontano recit. a V. Ortel Vinsh. Vit. 1560. 8.
390 Oratio de Eccleſia Chriſti recit. a M. Gundermanno, Vit. 1560. 8.
391 Corpus doctrinae chriſtianae, Lipſ. 1561. 8.
392 — *deutſch, Franckf. am M.* 1561. fol.
393 Loci — c. annotatt. Leonh. Stöckelii, Baſil. 1561. 8.
394 Loci — *deutſch, Witt.* 1561. 4.
395 Annotatt. in Euang. domin. Vit. 1561. 8.
396 — — Lipſ. 1561. 8.
397 Pſalterium Dauidis integrum, in quo Pſalmi 83. illuſtrati ſunt, Vit. 1561. 8.
398 Enarratio ep. ad Romanos, Vit. 1561. 8.
399 Comment. in priorem ep. Pauli ad Corinthios et in aliquot capita ſecundae, Vit. 1561. 8.
400 Enarratio ep. 1. ad Timotheum et duorum capp. ſecundae, Vit. 1561. 8.

401 Explicatio ſymboli Niceni edita a M. Io. Sturione, Vit. 1561. 8.
402 Propoſitiones theol. Luth. et Melanchth. Vit. 1561. 8.
403 Libelli aliquot vtiles — Vit. 1561. 8.
404 Sententiae S. Patrum de S. Coena, Vit. 1561. 8.
405 Scriptorum publice propoſitorum tomus IV. Viteb. 1561. 8.
406 Petri Palladii Iſagoge ad libros proph. et apoſt. c. praef. Mel. Vit. 1561. 8.
407 Micylli, Iac. Libri III. de re metrica c. praef. Mel. Franc. 1561. 8.
408 Corpus doctr. chriſtianae, *deutſch*, *Leipz.* 1562. fol.
409 Loci — Baſil. 1562. 8.
410 *Die fürnämpſten Hauptartickel Chriſtl Lehre aus der Lat. Teutſchen vnd Windiſchen Sprache in die Crobatiſche jetzund zum erſtenmal verdolmetſcht, vnd mit Cyruliſchen Buchſtaben gedruckt, Tübingen,* 1562. 4.
411—14 Omnium Operum Melanchth. Pars I. Witt. 1562. II. 1562. III. 1563. IV. 1564. fol.
415 Examen eorum, qui — Vit. 1562 8.
416 Select. declamationum tomus III. Arg. 1562. 8.
417 Syntaxis olim collecta nunc locupletata, Lipſ. 1562. 8.
418 Scriptorum publice propoſitorum tomus II. Viteb. 1562. 8.
419 Annotatt. in officia Ciceronis, Vit. 1562. 8.
420 Euripidis Tragoediae omnes lat. redditae, Franc. 1562. 8.
421 Hiſtoria de vita et actis Lutheri, Franc. 1562. 8.
422 Liber de anima recognitus, Lipſ. 1562. 8.
423 De origine imperii Turcorum c. praef. Mel. Viteb. 1562. 8.
424 Loci — Vit. Io. Crato, 1563. 8.
425 Io. de Sacrobuſto de Sphaera c. praef. Mel. Viteb. 1563. 8.

426 Epigrammatum libri VI. Vit. 1563. 8.
427 Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Aſthmia lat. Vit. 1563. 8.
428 Corpus doctrinae chriſtianae, Lipſ. 1564. 8.
429 Examen — Lipſ. 1564. 8.
430 Select. declamationum tomus I. Argent. 1564. 8.
431 Cum praefationum tum orationum tomus II. Arg. 1564. 8.
432 Vita Lutheri. *von dem Leben u. Sterben D. M. Luthers*, ſ. l. 1564. 8.
433 Ciceronis de officiis libri III. additae ſunt etiam Mel. annotatt. Arg. 1564. 8.
434 Heſiodi opera et dies vnacum duab. praef. et lucul. enarratione, Franc. 1564. 8.
435 Th. Linacer de emendata ſtructura lat. ſermonis, c. praef. Mel. Lipſ. 1564. 8.
436 Corpus doctr. chriſt. Lipſ. 1565. 8.
437 Orationes poſtremae ſcriptae a Mel. (tomus V.) Vit. 1565. 8.
438 *Kurtze erinnerung Mel. vber den gantzen Paſſion— gepredigt vnd ausgelegt durch Seb. Fröſcheln, Witt.* 1565. 8.
439 Epiſtolarum farrago collecta a Io. Manlio, Baſil. 1565. 8.
440 Epiſtolae aliquot ſelectiores editae a C. Peucero, Vit. 1565. 8.
441 Argumenta ſ. diſpoſitiones rhetoricae in eclogas Virgilii — edita a Steph. Riccio, Leucop. 1565. 8.
442 *Vom Königreich I. C. neben ſeinem ewigen Prieſterthumb Erkler. Mel. gepredigt vnd ausgelegt durch Seb. Fröſcheln, Witt.* 1566. 4.
443 *Bericht auff ettliche gemeine Heuptfragen vnd Objectionen der Papiſten von den fürnemeſten ſtücken der ſtreitigen Artickel herausgegeben durch Nic. Selneccer, Leipz.* 1567. 4.
444 Scriptorum publice propoſ. tomus III. Vit. 1568. 8.

445 Corpus doctrinae chriſtianae, *deutſch*, *Franckſ. am M.* 1569. fol.
446 Examen — Vit. 1569. 8.
447 Liber epiſtolas continens ad Ioach. Camerarium, Lipſ. 1569. 8.
448—50 In Ciceronis Epp. familiares argumenta Mel. cum ſcholiis Steph. Riccii, Tomi III. Gorlic. 1569.
451 Loci — Vit. I. Crato, 1569. 8.
452 Declamationum Mel. tomus I. philoſophicus. II. medicus ac iuridicus, III. theologicus, Arg 1570. 8.
453 Vergilii Opera c. Mel. et aliorum ſcholiis, Tigur. 1570. 8.
454 Epiſtolarum lib. I. editus a C. Peucero, Vit. 1570. 8.
455, 456 Prima et ſecunda pars Chronici Carionis latine expoſiti et aucti, Vit. 1570. 8.
457 Loci — *deutſch*, *Witt. Pet. Seitz*, 1571. 4.
458 Grammatica graeca nunc perfectior edita ſtudio I. Camerarii, Lipſ. 1571. 8.
459 Catecheſis -- ex corp. doctr. chriſt. Vit. 1571. 8.
460 Orationum quae ſcriptae et recitatae ſunt in Acad. Vit. ab A. 1565—1571. (tomus VI.) Vit. 1571. 8.
461 Liber de Anima, Vit. 1571. 8.
462 Corpus doctr. chriſt. Lipſ. 1572. 8.
463 Catecheſis — ex ſcriptis Mel. et corp. doctr. Vit. 1572. 8.
464 Sententiae S. Patrum de coena Dn. Vit. 1574. 8.
465 Σωματοποιια διαλεκτικη. Corpus differendi doctrinae. ſeu erotemata dialectices Mel. — autore Val. Erythraeo. Arg. 1574. fol.
466 Alter libellus Epiſtolarum, Vit. 1574. 8.
467 Elementorum Rhetorices L. II. M. Cruſii quaeſtionibus et ſcholiis illuſtrati, Baſil. 1574. 8.
468 *Sprüche der h. Vätter vom Nachtmal des Herrn, Witt.* 1575. 4.
469 Chronicon Carionis, Genev. 1576. 8.

470 Euangeliorum domin. expoſitio aut. P. Ebero, Franc. 1576. 8.
471 Loci — Vit. Io. Crato, 1577. 8.
472 Graecae linguae erotemata M. Neandri c. praef. Mel. Vit. 1577. 8.
473 Examen — Vit. 1579. 8.
474, 475 Chronique et Hiſtoire uniuerſelle par I. Carion, augmentée par Mel. et Peucer, á Geneve, 1579. 8. Tomes II.
476 Epigrammatum libri VI. Vit. 1579. 8.
477 Corpus doctr. chriſt. Arg. 1580. 8.
478—81 Chronicon Carionis — Vit. 1582—1591. 8. Partes IV.
482 Theoricae nouae Planet. G. Purbachii ab E. Reinholt auct. c. praef. Mel. Vit. 1580. 8.
483 Element. Rhetorices Libri II. Vit. 1582. 8.
484 Epigrammata Mel. ſelectiora c. formulis precum, hiſtoriis — collecta a Petro Hegelando et iconibus exornata a Sig. Feyrabend, Franc. 1583. 4.
485 Erotemata dialect. et rhetor. contracta a Luca Loſſio, Franc. 1583. 8.
486 Erotemata dialectices, Lipſ. 1584. 8.
487 Lycurgi oratio contra Leocratem gr. c. praef. Mel. Vit. 1587. 8.
488 Orationum ſcholae Melanchthonianae — tomus VII. Serveſt. 1586. 8.
489 Examen — Vit. 1588. 8.
490 P. Rami et P. Mel. Dialectica c. n. Fr. Beurhuſii, Franc. 1588. 8.
491 Epiſtolae ad Alb. Hardenbergium, Brem. 1589. 8.
492 Ad Epiſtolarum lib. I. et II. libellus tertius editus opera C. Pezelii, Brem. 1590. 8.
493 Analyſis element. rhetor. Mel. opera Iac. Helandi, Franc. ad Oder. 1590. 8.
494 Heſiodi opera et dies vnacum duab. praef. et lucul. enarrat. Mel. Lipſ. 1591. 8.

495 Examen — Vit. 1593. 8.
496 Chronicon Carionis — Franc. ad M. 1594. 8. Partes III. 2 Voll.
497—500 Poſtilla Melanthoniana — collecta a C. Pezelio P. I. Heidelb. 1594. P. II. III. Hanouiae 1594. P. IV. ib. 1595. 8.
501 Loci — Vit. Sig. Gronenberg, 1595. 8.
502 Compendium Grammaticae lat. Norib. 1595. 8.
503 Examen theologicum c. explicationibus C. Pezelii, Neoſt. 1597. 8.
504 Conſilia ſ. Iudicia theol. collecta et nunc primum edita ſtudio et opera C. Pezelii, Neuſtad. 1600. 8. Partes II.
505 *Chriſtl. Berathſchlagungen vnd Bedencken — getreulich zuſammengebracht durch C. Pezelium, Newſtadt* 1600. 8.
506 Loci — *deutſch, nach dem Exemplar* 1536. *Nürnb.* 1601. 4.
507 Chronicon Carionis — Bernae 1601. 8.
508 Poemata Heſiodi, acceſſ. enarratt. Mel. edit. ab Er. Schmidio, Vit. 1601. 8.
509—11 Stigelii, Io. Poemata, Vol. I—III. Ien. 1577, 1601. 8 Volumini tertio adiectae ſunt centum epp. Mel. ad Stigelium.
512 *Chriſtl. Berathſchlagungen — Newſtadt*, 1603. 8.
513 Veriſimilia theol. iuridica ac politica de regni ſubſidiis et oneribus ſubditorum, Franc. 1606. 8.
514 Βατραχομυομαχια Homeri, opera Leonh. Lycii, addita ſunt et Mel. ſcholia, Lipſ. 1607. 8.
515 Epiſtola *an Hertzog Moritzen zu Sachſen von der Expedition wider Keyſer Carl V. nebſt einem andern Schreiben Mel.* ſ. l. 1610. 4.
516 Epiſtolarum liber IV. editus a I. Sauberto, Norib. 1640. 8.
517 Appendix L. IV. Epiſtolarum, Nor. 1645. 8.

518 Liber quintus et vltimus Epiſtolarum, Nor. 1646. 8.
519 Epiſtolarum liber continens praeclara multa cum eccleſ. tum polit. et hiſtorica, Lugd. B. 1647. 8.
520 Diſp. de variis articulis fidei, ſ. l. 1678. 4.
521 Diſp. de diſcrimine verae Eccl. Dei et aliorum hominum, 1678. 4.
522 Tredecim diſp. doctorales ſub praeſid. Luth. et Mel. Giſſ. 1679. 4.
523 Oratio de veris Philoſophiae initiis, Norib. 1680. 4.
524 Comment. 70 Interpretum verſ. a I. Pearſonio. cui adiuncta eſt Mel. Epiſtola eiusdem fere argumenti, Helmſt. 1694. 4.
525 Grammatica latina recognita ac locupletata ab E. Schmidio, Lipſ. 1698. 8.
526 Hypomnemata et alia quaedam ad Grammat. Mel. Lipſ. 1696. 8.
527 *Vnterricht der Viſitatorn* — *Onolzb.* 1716. 4.
528 Proluſio orthod. in Annum Iubil. Eccl. Rom. a. 1724 habendum, ſ. Mel. diſp. de Iubilaeo c. n. recuſa Vlm. 1724. 4.
529 Vita M. Lutheri expoſita a Mel. c. n. C. A. Heumanni, Gött. 1741. 4.
530 Epitome Examinis opera I. Sauberti, Nor. 1752. 8.
531 *Churſächſiſche Viſitationsartickel deutſch u. lat. mit einer hiſt. Einleitung von G. T. Strobel, Altd.* 1776. 8.

Scripta quaedam ſine indicio anni.

532 Bucolica Vergilii adiectis ſcholiis — Norimb. ap. I. Petreum. 8.
533 Sententiae Salomonis iuxta hebr. veritatem, Franc. ad Oder. 8.
534 Loci theol. — Lipſ. in off. Voegel. 8.
535 I. L. Viuis, Viti Amerbachii, P. Melanchth. et Conr. Geſneri libri de Auima, Baſil. 8.
536 *Die fürnemſten Vnterſcheid zwiſchen rayner Chriſtl. leer des Euang. vnd der abgött. papiſt. Lere, Augſp. Phil. Vlhart,* 4.

SECTIO

SECTIO POSTERIOR.

SCRIPTA AD ILLVSTRANDAM VITAM MELANCHTHONIS.

1 *Albany*, Ge. a Chyrkei fletus Vraniae ad Albim in fun. Melancht. Vit. 1560. 4.

2 *Andreae*, I. H. Bretta Creichgouiae illuſtrata, Heidelb. 1769. 4.

3 *Argentinenſis* Schola in Mel. funus, fol. pat.

4 *Bacmeiſteri*, Io. Acta Philippica, Tubing. 1719. 4.

5 *Backmeiſteri*, Luc. formae precationum piarum collectae ex ſcriptis Mel. Vit. 1559. 8.

6 — — Lipſ. 1581. 8.

7 *Ballenſtedtii*, I. A. Programma, in quo decas I. Epiſt. Mel. Helmſt. 1755. 4.

8 — — in quo decas altera Epp. Mel. Helmſt. 1760. 4.

9 *Balthaſaris*, I. H. Pars I. Hiſtoriae locorum theol. Mel. Gryph. ſ. a. 4.

10 Bedencken *der Theologen oder Beſchluſs des Landtages zu Leipzig im Dec.* 1548. *von wegen des Augſp. Interims, mit Scholien Galli vnd Flacii, Magd.* 1550. 4.

11 Bericht *aller Rathſchleg vnd Antwort ſo die Theologen zu Wittenb. von dem Buch Interim — Witt.* 1559. 4.

12 Bericht *wie Melanchthon ſein Leben hie auff Erden geendet — Witt.* 1590. 4.

13 - 16 *Vier andere Ausgaben dieſes* Berichts 1) *Frankf. am M.* 1560. 8. 2) *Nürnb.* 1560. 4. 3) *Wittenb.* 1560. 8. 4) *Frankf. am M.* 1561. 8.

17 *Endlicher* Bericht *vnd Erklärung beider Vniuerſitäten Leipz. vnd Witt.* — Witt. 1570. 4.
18 Bertrams, *I. C. Geſchichte des ſymb. Anhangs der Schmalk. Artikel und anderer, Schmalk. Schriften Mel. Altd.* 1770. 8.
19 Beytrag, *hiſt. zu dem 200jährigen Ehrengedächtnis Mel. Altenb.* 1760. 8.
20 *Boceri*, Io. Epicedion Mel. Vit. 1560. 4.
21 *Boden*, B. G. L. Melanchthon in barbariem ſeculi ſui non lenis, carmine celebratus, Vit. 1760. 4.
22 *Boehmii*, I. G. oratio de Melanchth. meritis in Acad. Lipſ. Lipſ. 1760. 4.
23 *Boquini*, P. iudicii Mel. de S. Coena iuſta defenſio adu. Heshuſium, Genev. 1562. 4.
24 Boſen, *A. I. Cantate zum Gedächtnis des vor 200 Jahren allhier verſtorbenen Melanchth. Witt.* 1760. 4.
25 *Boſe*, G. M. Progr. ad memoriam Mel. alterum poſt ſeculum celebrand. Vit. 1760. 4.
26 *Ein* Brieff *der Prediger zu Hamburg an die Theol. zu Witt. von den Mitteldingen — und Mel. Antwort, Magd.* 1549. 4.
27 Brünners, *Th. Grabſchrifft Mel.* Fol. pat.
28 Bürgers, *J. Q.* Conf. doctr. Sax. Eccl. *nebſt einem hiſt. Vorbericht, Frankf.* 1722. 8.
29 *Bütemeiſteri*, I. I. Melanchthonis vaticinium memorabile de nunc regnante Caeſare Carolo VI. Wolfenb. 1731. 4.
30 Calender, *curieuſer Geſchichts-, oder kurzes Zeitregiſter über das Leben P. Mel. von F. C. F. Frankf. u. Leipz.* 1698. 8.
31 *Camerarii*, Ioach. de P. Mel. ortu, totius vitae curriculo et morte narratio, Lipſ. 1566. 8. editio prima.
32 — — Lipſ. 1566. 8. editio ſecunda.
33 — — Lipſ. 1591. 8.
34 — — Lipſ. 1592. 8.

35 *Camerarii*, Ioach. Epitaphium P. Mel. Vit. 1560. fol. pat.

36 *Chemnitii*, M. iudicium de controuerſiis quibusd. ſuperiori tempore circa quosdam A. C. articulos agitatis, Vit. 1594. 8.

37 *Cochlaei*, Io. Philippicae quatuor in Apologiam Mel. Lipſ. 1534. 4.

38 — Philippica quinta in tres libellos Mel. nuper aeditos, 1540. 4.

39 — Confutatio abbreuiata adu. Did. Fauent. Mel. Lipſ. 1534. 4.

40 — de libero arbitrio hom. adu. locos comm. Mel. 1525. 8.

41 *Cogeleri*, I. imagines elegantiſſ. collectae partim ex praelectionibus Mel. Vit. 1558. 8.

42 — Vit. 1560. 8.

43 — Vit. 1561. 8.

44 *Corput*, Abr. van de, Leven ende Dood van Phil. Melanthon, t'Amſt. 1662. 8.

45 Cramers, *J. A. Luther v. Melanchthon*, 2 *Oden*, *Frankf. u. Leipz.* 1773. 8.

46 *Crellii*, P. Epitome praecipuae doctrinae, quae in locis theol. Mel. de ſingulis articulis traditur, Vit. 1561. 8.

47 *Cruſii*, Chriſti. Progr. ad memoriam Mel. celebrandam, Vit. 1760. 4.

48 *Daubii*, Pet. Querela Germaniae de obitu Mel. Sabini, Lotichii et Stigelii, Vit. 1562. 4.

49 *Defenſio* iuſta et moderata Mel. adu. ſcriptum maledicum Theologorum Viteb. Refutatio hiſt. tract. Peuceri - - Hanoviae, 1601. 4.

50 *Doctrina* ſcholae Melanchth. de filio Dei collecta, Serneſt. 1588. 8.

51 *Dregeri*, Nic. Epicedion in obitum Mel. Vit. 1560. 4.

52 *Dürnhoferi*, Laur. imago Mel. fol. pat.
53 *Eckii* excuſatio ad ea que falſo ſibi P. Mel. grammaticus Vuitt. ſuper theol. diſp. Lipſ. adſcripſit, 1519. 4.
54 *Eckhardi*, P. I. Vindiciae Lutheri et Mel. ab infami pictura commendatariorum Iutreboc. Iutreb. 1738. 4.
55 Ehre *Melanchthons gerettet wider die Beſchuldigungen Herrn Prof. Hauſens*, *Altd.* 1773. 8.
56 *Einem*, I. I. von, Melanchthoniana, Helmſt. 1730. 8.
57 *Epiſtola* a Wernero Paſt. Barb. ſcripta ex mandato Flacii ad Mel. et reſp. Mel. 1558. 4.
58 *Epiſtola* concionatorum Hamb. de rebus adiaphoris et reſp. Mel. ſ. l. et a. 8.
59 *Epiſtolae* Scholaſticorum Academiae Viteb. Vit. 1571. 4.
60 *Ericei*, N. Syluula ſentent. exempl. hiſtoriarum ex Luth. et Mel. cum priuatis tum publ. relationibus, Franc. 1566. 8.
61 *Expoſitio* ex actis Synodicis et aliis collecta de libro Auguſtano Interim - - Vit. 1559. 4.
62 *Feuſtkingii*, I. H. diſſ. de Philippiſmo Henoticorum nouiſſimis Irenicorum conſiliis oppoſita, Vit. 1710. 4.
63 *Flacii*, Matth. reſp. ad epiſtolam P. Mel. Magd. 1549. 8.
64 — Omnia latina ſcripta contra adiaphoricas fraudes, Magd. 1550. 8.
65 — *Entſchuldigung an die Vniuerſ. Witt. der Mittelding halben, item ſeine Brieff an Mel. ſamt etlichen andern Schriften - - Magd.* 1549. 4.
66 — *Bericht von etl. Artikeln Chriſtl. Lehr u. von ſeinem Leben, und von den Adiaph. Handlungen wider die falſchen Geticht der Adiaphoriſten*, 1559. 4.

67 Flacii, *Matth. gründl. Verlegung des langen Comments der Adiaphoriſten*, *Ihena*, 1560. 4.

68 — *Verantwortung vom Logo vnd andern aufflagen*, 1561. 4.

69 *Franci*, M. M. Halle et P. Streub in cinerem Mel. 1560. 4.

70 *Frimelii*, Io. Witeberga a Caluiniſmo grauiter diuexata et diuinitus liberata, *Wittenb.* 1646. 4.

71 *Gottſchedii*, I. C. Progr. de Melanchthone communi Praeceptore Germ. Lipſ. 1760. 4.

72 *Hane*, I. F. diſſ. de Melancht. moderatione in A.C. negotio conſpicua, *ſ. Philippi Leiſetretten*, Kilon. 1730. 4.

73 *Haslobii*, Mich. Idyllia quatuor de Clar. Viris Luthero, Mel. Sabino et Lotichio, Franc. ad Od. 1560. 4.

74 *Hechtii*, God. literarum inter Saxonas inſtauratoris ſummi Melanchthonis memoria, Vit. 1718. 4.

75 *Heerbrandi*, Iac. oratio fun. in obitum Mel. Vit. 1560. 4.

76 — Tubing. 1560. 4.

77 *Helingi*, Maur. libellus verſificatorius ex gr. et lat. ſcriptoribus collectus. c. praefatione apologetica pro P. Melancht. Norib. 1590. 8.

78 *Henrici*, Mart. Epicedion in obitum Mel. Vit. 1560. 4.

79 *Heshuſii*, Til. reſp. ad praeiudicium Mel. de controuerſia Coenae Dn. 1560. 4.

80 *Heumanni*, C. A. diſp. de Conf. Aug. lenitate c. epp. Mel. Hannover 1730. 4.

81 *Hilderici*, Edonis, carmen de Melancht. optime de ſcholis, rep. et eccleſia merito, Baſil. 1580. 4.

82 *Hoenonii*, Ant. Epicedion de morte Mel. Vit. 1760. 4.

83 Hofmanns, *Dan. Tractat von der Moderation Mel. in dem Streit vom h. Abendmal*, *Helmſt.* 1592. 8.

84

84 Hofmanns, *G. D. Abhandl. von Mel. Verdienſten um die deutſche Reichs-Staatsgeſchichte*, *Tüb.* 1760. 4.

85 Kedd, *Joa. Unredlichkeit Mel. im X Art. der Augſp. Conf.*, *Straub.* 1654. 4.

86 Klag *und Troſtſchrifft bey dem Abſchied Mel. Nbg.* 1560. 4.

87 Lehr *vnd Meynung P. Mel. von der waren gegenwertigkeyt Chriſti im h. Abentmal aus ſeinen eigenen ſchrifften zuſammengezogen*, *Witt.* 1560. 4.

88 de *Locorum* theol. Mel. orthod. puritate et vtilitate adſertio et ſubſcriptio praecipuorum aliquot Doctorum, Franc. ad M. 1579. 4.

89 — — Gorlic. 1580. 4,

90 — al. ed. ſub titulo: de Mel. Locis comm. Teſtimonia praecipuorum Theologorum, Serueſt. 1590. 4.

91 Löſchers, *V. E.* Hiſtoria motuum *zwiſchen den Luth. u. Reformirten*, *3 Theile*, *Franckf.* 1723. 4.

92 *Loſſii*, Luc. annotationes in Grammat. Mel. Franc. 1552. 8.

93 — — quaeſtiones in Euang. dom. ex praelect. et ſcriptis Mel. Vit. 1560. 8.

94 *Lotichii*, P. Sec. Elegia in obitum Mel. Vit. 1560. 4.

95 *Ludouici*, Laur. analyſis trium dialog. Theodoreti methodo doctrinae Melanchth. conſcripta, Neuſt. 1604. 8.

96 — — Synopſis doctr. de filio Dei florentis ſcholae Melanchth. Amberg. 1605. 8.

97 — — de vet. Eccl. certaminibus orationes, imaginem contentionum huius aetatis depingentes, Heidelb. 1614. 8.

98 *Lyttichii*, Alb. incunabula doctr. euang. quibus continentur quaeſtiunculae examinis theol. ex ſcriptis Mel. collectae, Gorlic. 1587. 8.

99 *Maioris*, Io. Exequiae Mel. in Acad. Vit. factae, de rebus item diuinis eiusdem poemata, Vit. 1561. 8.

100 — — Epitaphium in mortem Mel. fol. pat.
101 — — Parentalia anniuerſaria nonum facta Melanchthoni, Vit. 1569. 4.
102 — — — — decimum facta Mel. Viteb. 1575. 4.
103 *Manlii*, Io. Locorum comm. collectanea ex lectionibus Mel. ej. libellus medicus ex Mel. ſcriptis collectus, Baſil. 1563. 8.
104, 105 — — Franc. ad M. 1568. 8. Franc. ad M. 1594. 8.
106 Marci, *I. D. hiſt. Nachricht von dem Convent zu Coswig, Wolfenb.* 1737. 8.
107 *Matthaei*, Io. Quaeſtiones duae: prima, num doctrina Mel. de S. Coena ſit quaedam media ſententia inter Luth. et Caluini dogma: ſecunda, vtrum Melancht. ſecutus ſit Caluini dogma — Franc. ad M. 1592. 4.
108 *Matheſii*, Io. Epitaphium Mel. fol. pat.
109 — — *Grabſchrifft Mel.* fol. pat.
110 *Mayeri*, I. F. de lenitate P. M. diſſ. Gryph. 1707. 12.
111 — — Gryphisw. 1717. 4.
112 *Meiſteri*, Ioach. lachrymae ad tumulum Mel. Vit. 1562. fol. pat.
113 — — in librum Mel. vitam complexum opera Camerarii nuper editum carmen, Vit. 1569. 4.
114 — — beatae manes Mel. Gorlic. 1580. 4.
115 — — Vindiciae contra Philippomaſtigas, ſiue defenſio ſcriptorum et meritorum Mel. Brem. 1584. 4.
116 *Memoria* Mel. finito poſt eius obitum ſeculo ſecundo auctoritate Ord. Philoſ. Witteb. celebrata, Lipſ. 1760. 4.
117 *Milleri*, I. P. Progr. de ſtudio pacis Mel. Vlm. 1760. 4.
118 Mörlin, *Joach. wider die Landlügen der Heidelb. Theologen, Eisleb.* 1565. 4.

119 *Molleri*, Henr. Epitaphium Mel. Vit. 1560. fol. pat.
120 — Elegia de obitu et exequiis Mel. Vit. 1560. 4.
121 Müllers, *A. L. erneuertes Alterthum Mel. der Chriſtl. Kirche*, *Jena*, 1730. 8.
122 *Muhlii*, Henr. de ſtudio aequitatis tuendae aſſerendaeque orthodoxiae maxime neceſſario diſſ. adj. eſt C. Crucigeri de puritate doctrinae in Eccl. conſeruanda oratio vnacum duabus epp. Luth. et Mel. Kil. 1708. 8.
123 — — al. ed. Kilon. 1712. 4.
124 *Mylii*, Mart. Chronologia ſcriptorum Mel. Gorlic. 1582. 8.
125 *Narratio* breuis exponens quo fine vitam in terris ſuam clauſerit Mel. cum breui morbi deſcriptione, Vit. 1760. 4.
126 *Niemeieri*, I. A. Progr. quo exhibetur Pentas Mel. Epp. nondum edit. c. annotatt. Hal. 1761. 4.
127 *Nyſaei*, Io. Tabulae loc. comm. theol. Mel. Baſil. 1560. fol.
128 *Oecolampadii*, Io. Dialogus, in quo oſtenditur, quid de Euchariſtia vet. Eccl. Doctores ſenſerint, et de hac eorund. teſtimonia olim a Mel. collecta accurate expenduntur — Heidelb. 1572. 8.
129 — — Baſil. 1590. 8.
130 *Orationes*, epitaphia et ſcripta edita de morte Mel. omnia — Vit. 1561. 8.
131 *Orationes* aliquot recitatae in Acad. Vit. eo tempore, quo praelectiones publ. Mel. obitu interruptas aliqui ex Prof. continuare coeperunt, Vit. 1560. 4.
132 Oſianders, *A. Widerlegung der Antwort Mel. ſamt Pomerani u. Förſters Leſtergezeugnis wider mein Bekentnis* — *Königſp.* 1552. 4.
133 *Pammingeri*, Sig. Epitaphium Mel. fol. pat.
134 *Pegaei*, Th. Epitaphium Mel. fol. pat.
135 *Peuceri*, Caſp. tract. hiſt. de Mel. ſententia de controu. coenae dom. Amberg. 1596. 4.

136 *Peuceri*, Caſp. Hiſt. carcerum et liberationis diuinae, Tigur. 1605. 8.

137-44 *Pezelii*, Chriſtoph. Argumentorum et obiectionum de praecip. art. doctr. chriſt. cum reſp. quae paſſim extant in ſcriptis Mel. Neoſt. 1580 - 1594. Part. I - VIII.

145 — Apologia verae doctrinae de definitione Euangelii, Vit. 1571. 4.

146 — *Antwort auf Hofmanns Buch von der Moderation Mel. Bremen* 1591. 8.

147 — *Bericht von den verbeſſerten Exemplarien der A.C. vnd daß Mel. vngütlich zugelegt werde, als ſolte er nach Luth. Tod erſt ein newe Lehre vom abentmal eingeführt haben*, *Bremen* 1591. 4.

148 *Praetorii*, Abd. locorum theol. Mel. analyſes, Vit. 1569. 8.

149 *Probi*, Ant. Elegia de memoria et obitu Mel. Vit. 1561. 4.

150 *Progr.* Lipſ. quo ſimul recolitur memoria mortis Mel. et meritorum eius in Acad. Lipſ. 1760. 4.

151 *Ranſtii*, Io. Elegia de Mel. fol. pat.

152 *Raphaelis*, Franc. Philetas ecloga de morte Mel. Vit. 1560. 4.

153 Ratzenbergers, *Matth. geheime Geſchichte von den Chur- u. Sächſ. Höfen — mit Anmerkungen G. T. Strobels*, *Altd.* 1774. 8.

154 *Refutatio* flaccidae reſp. Flaccii, quam tit. defenſionis oppoſuit Epiſt. Scholaſticorum, Vit. 1558. 4.

155 *Refutatio* Peuceri libri de Mel. ſententia de S. Coena, conſcripta a facult. theol. Viteb. Vit. 1599. 4.

156 — Viteb. 1606. 8.

157 *Reichelii*, C. A. Progr. de meritis Mel. in remp. Norimb. Nor. 1760. fol.

158 *Rembi*, Ad. Querela de obitu Mel. Vit. 1560. 4.

159 *Reſponſio* vera ad toties cum faſtidio et nauſea repetitas virulentiſſ. et falſiſſ. criminatt. Flacii, ſcripta epiſtolae forma ab Acad. Vit. Scholaſticis, Vit. 1559. 4.

160 *Richteri*, Creg. iudicia florentis ſcholae Mel. de lectione bonorum Auctorum, Vit. 1592. 8.

161 Roſenbergs, *A. G. Abhandl. von der erſten Kirchenviſitation in der Evang. Kirche, welche von Luth. Mel. u. a. gehalten worden, Bresl.* 1754. 4.

162 *Ruef*, Th. Tyrolenſis, in obitum Mel. fol. pat.

163 *Sabini*, Stigelii et Collini breuia Epitaphia dedicata tumulo Mel. Vit. 1560. 4.

164-66 *Sagittarii*, Th. Exercitatio dialectices Phil. Mel. I. II. et III. Ien. 1610. 1611. 4.

167 *Schlüſſelburgii*, Conr. Theologia Caluiniſtica P. I-III. Franc. 1594. 4.

168-80 — Catalogus Haereticorum, P. I - XIII. Franc. 1597 etc. 8.

181 *Schirmeiſteri*, Steph. querela lugubris de obitu Mel. Vit. 1560. 4.

182 *Schorckelii*, Sig. Elegia in tumulum Mel. Vit. 1560. 4.

183 *Schuhmacheri*, H. A. diſſ. de timore Mel. Grimm. 1730. 4.

184 *Schwarzii*, F. I. Memoria Mel. ante duo ſaecula mortui, Torg. 1760. 4.

185 Schwenckfeld, *Caſp. Verantw. vff das außſchreiben Mel. vnd anderer Theologen zu Naumburg* - ſ. l. et a. 4.

186 *Scriptum* publice propoſitum in Acad. Vit. quo ſcholaſtici conuocati ſunt ad deducendum funus Mel. Vit. 1560. 4.

187 *Scriptum* publice propoſitum in Acad. Vit. de ordine aliquot lectionum publ. conſtituto poſt obitum Mel. Vit. 1560. 4.

188 Sendbrieff *an einen fürnemen Thumbherrn des Stiffts Eychſtatt von D. Jo. Cochles newlich außgangner Schrifft an K. M. wider P. Mel.* 1544. 4.

189 *Smythaei*, Rich. confutatio eorum quae Mel. obiicit contra Miſſae ſacrificium propitiatorium, Lovan. 1562. 8.

190 — de Miſſae ſacrificio enarratio ac breuis repulſio argumentorum Mel. Louan. 1562. 8.

191 *Sohnii*, Ge. Synopſis Corporis doctr. Mel. theſibus breuiter comprehenſae, Heidelb. 1588. 4.

192 *Sonntagii*, Chriſtph. diſſ. de praecipuorum ſaec. 16 et 17 Theologorum Lutheranorum eruditione, meritis et ſcriptis, Altd. 1710. 4.

193 *Staphyli*, Frid. Theologiae Lutheri trimembris epitome, 1558. 4.

194 — Defenſio pro trimembri theol. Luth. — Niſſae, 1560. 8.

195 *Stieberi*, G.F. Hiſt. theol. dogm. Luth. et Mel. opera reſtauratae, et comment. de locis comm. Mel. Guſtr. 1719. 8.

196 *Stigelii*, Io. explicatio comment. Mel. de Anima, Mulhuſ. 1570. 8.

197 *Stock*, I.C.W. de vario animo Mel. in A.C. Ien. 1765. 4.

198 *Strigelii*, Vict. *ὑπομνηματα* in Mel. Erotemata Dialect. 1579. 8.

199, 200 — in Mel. Epitomen Philoſ. moralis, P. I. II. Neap. 1580. 8.

201—204 — Loci theologici, quibus loci comm. Mel. illuſtrantur, P. I-IV. Neap. Nemet. 1581. 4.

205 — ſcholae hiſtoricae in Mel. Chronicon Carionis, Neap. 1586. 8.

206 — Locus de Sacramentis expoſitus cum explicatione definitionis coenae dn. in examine theol. Mel. Neoſt. 1589. 4.

207 *Strobels*, G. T. Melanchthoniana, *oder Sammlung einiger Nachr. zur Erleuterung der Geſchichte Mel. Altd.* 1771. 8.

208 — *Nachricht von den Verdienſten Mel. um die h. Schrift*, *Altd.* 1773. 8.

209 — *Von Mel. öftern Aufenthalt u. Verrichtungen in Nürnberg*, *Altd.* 1774. 8.

210 — *vermiſchte Beiträge zur Geſchichte der Litteratur*, *Altd.* 1774. 8.

211 — Bibliotheca Melanchthoniana, 1775. 8.

212 — *Verſuch einer litterär Geſchichte von Mel. locis theol. als dem erſten evangel. Lehrbuch. Altd.* 1776. 8.

213 *Teſtimonia* Lutheri de ſocio laborum et periculorum ſuorum Mel. Gorlic. 1580. 4.

214 Via, *Joh. a, Antwort auff den Abſchied der Confeſſioniſten* - ſ. l. et a. 4.

215 *Viruesii*, Alf. Philippicae diſputationes XX. adu. Lutherana dogmata per P. Mel. defenſa, Colon. 1545. 4.

216 *Vnicornii*, Pauli, interpret. reſp. Mel. ſ. iudicii de controu. Coen. dn. Vrſell. 1562. 8.

217 —, adu. Theologos Heidelb. apologia, in qua plenius declaratur iudicium Mel. de quibusd. h. t. controu. Vrſell. 1565. 8.

218 *Vollandi*, I. I. merita Mel. in rem litter. Norimb. Alt. 1719. 4.

219 *Weberi*, I. P. oratio de meritis Mel. in A. C. primariis, Ien. 1743. 4.

220 — Andr. Progr. de prima loc. comm. Mel. editione, Kilon. ſ. a. 4.

221 *Weigelii*, Ge. Epicedion in hon. et mem. Mel. Vit. 1560. 4.

222 Wiederleg. *des Calv. Büchleins: hiſt. Bericht von Mel. Meinung in dem Streit von des Herrn Nachtmal, verfert. durch die Prof. der theol. Fac. zu Witt.* 1598. 4.

223 — *des Calvin. Teſtaments, Conf. u. Leichpredigt Caſp. Peucers, Witt.* 1603. 4.

224 Wigandi, Joh. *ob die newen Wittenberger ſtets einig mit den alten gelehrt, vnd ob Lutheri vnd Philippi Schrifften durchaus gantz einig vnd einhellig, Königsb.* 1575. 4.

225 — de generatione filii Dei, an cogitando generetur? Franc. ad M. 1590. 8.

226 *Winshemii*, Viti, oratio habita in funere Mel. Vit. 1560. 4.

227 Zeugniſſe *daſs Mel. Lehre von den Art. Chriſtl. Religion recht vnd vntadelich ſey. Görlitz* 1587. fol. pat.

INDEX.

Albertus, Marchio Brandenb. Rochlitii capitur 248. concitat bellum Franconicum et vaſtat terras Bambergenſes, Wurceburg. & Noribergenſes 313. tranſit in caſtra Gallica 311. praelium committit cum Mauritio Elect. Sax. 314
Albertus, Comes Mansfeldenſis, legatus ad Carolum Imp. in Hiſpaniam deſignatur 104
Aldeburgum, caſtellum prope Bambergum, inexpugnabile aliquando creditum, ab Alberto Brand. inflammatum 314
Aleſius, Alex. Scotus, intereſt colloquio Wormatienſi 188. Naoburgico 320. cum Melanchthone Noribergam proficiſcitur 332
Anabaptiſtarum origo & opiniones 46
Andreanus Cardinalis in Scotia iugulatur 237
Anna, filia Melanchth. vxor Sabini 207. obit 266
Argentorat. ciuitas ritus quosdam impios abrogat 114
Auguſtana comitia a. 1530. 119. Decretum Auguſtanum aſperius 135. Conuentus a Carolo Imp. indicitur & liber Interim cuditur 259. 263. Paſtores ciuitate expelluntur 299. conuentus a. 1555. 327
Auguſto, Sax. Duci, Epiſcopatus Merſeb. adminiſtratio committitur 216. in Dania apud Regem ſocerum eſt 315. 344
Auius quidam contra Melanchth. ſcribit 354

B.

Bambergenſis ager diripitur & vaſtatur ab Alberto Brandenb. 313. ciuitas in eius poteſtatem tradita atrociter uexatur 314
Barbara, Jo. Reuteri filia, mater Melanchth. 2. coniugio filii offenſa nupſit iterum 5
Barones qui olim dicti 241
Batarus, Claudius, glorioſus Italus 3
Baumgartnerus, Hier. Senator Norib. ex Spirenſi conuentu redux capitur 204
Bebelius, Henr. 14
Bederotius, Iac. 196
Bellaius, Guil. Langaeus 145

Bellum Franconicum ab Alberto Brand. concitatum 313.
Bellum Germanicum ſ. Schmalcaldicum 244
Bembus, Petr. 169. 173
Berbetomagenſia vide Wormatienſia.
Blaureri, Thomae, Conſtantienſis encomium 270
Bohemi multi ob euangelium perſecuti & eiecti. 341
Bornerus, Caſp. Aſtronomiae ſtudioſus 72. moritur 261
Braſſicanus, Io. 15
Bremius, Io. uocatur Tubingam 158. tempore belli germanici exul 256. ſcribit confeſſionem fidei Synodo Trid. exhibendam 297
Bretta, patria Melanchthonis 1
Brittanniae rex vxorem repudiat et iugum Pontif. Rom. excutit 140. ſtatus religionis in hoc regno mutatur 318
Brunſuicenſis conuentus 176
Bucerus, Mart. accerſitur ab Hermanno Archiep. Colon. ad reform. Eccl. 202. moritur in Brittannia 293. uaria de eo 294 —
Bugenhagen, Io. Pomeranus, obit 355
Burcardus, Franc. Vinarienſis comes Melanchth. in patriam 88
Buſchius, Herm. amantiſſimus Melanchth. 92

C.

Camerarius, Hier. frater Ioachimi moritur 214
Camerarii, Ioach. arcta cum Melanchthone amicitia 36. 84. ſcholae Noriberg. praefectus 103. Tubingam uocatur 142. Vitebergam proficiſcitur 179. Lipſiam ad docendas litteras uocatur 184. de uita Mel. publici iuris facienda diu ambigit 237. belli tempore ad Stibarum Herbipolin ſe confert 249. Norimbergae confederat 254. moderatio eius in religionis diſſidiis 273. Melanchthonem paulo ante obitum viſitat 364
Camicianus, Andr. Francus 26
Campegius, Thom. Cardinalis 93
Capito, Wolfg. obit 196
Capnion vide Reuchlinus.
Cappadox Caeſarienſis venit Vitebergam 358
Carinus, Lud. 91
Caroloſtadius, Andr. adeſt colloquio Lipſienſi diſputaturus cum Eccio 35. patrocinatur Anabaptiſtis 49. turbas mouet 98

Ca-

Carolus V. Imp. Lutherum accerſit Wormatiam 44. indicit comitia Auguſtana 119. de ſynodo congreganda agit cum P. Clemente 137. cum Rege Galliae in gratiam redit 176. copias Elect Sax. Mulbergi profligat 248. Melanchthoni ſuccenſet 268. ius & maieſtatem Imperii in manus Electorum tradit 357. moritur in Hiſpania 358
Carolouicius, Chriſtoph. laudatur 310
Cellarius, Mart. addictus ſectae Anabaptiſtarum 49
Chriſtophori, Baronis de Limperg bona indoles 241
Ciconia, Nic. auctor ſectae Anabaptiſtarum 45
Cochlaeus, Io. edit Philippicas in Melanchthonem 127
Colonienſis reformatio 200
Conſtantia paene expugnata 270
Cordorum, Euricii & Valerii, patris & filii, encomia 211
Crannerus, Thom. Epiſcopus Cantuar. interficitur 331
Crappia, Catharina, vxor Melanchth. 38. moritur 350
Crato, Adam, 36. 89. 321
Crato, Io. Vratislauienſis laudatur 242
Crocus, Rich. litteras graecas Lipſiae profitetur 27
Cruciger, Caſp. condiſcipulus Camerarii 44. moritur 291

D.

Demetrius Myſus Diac. Eccl. gr. Conſtantinopol. 359
Diazius, Io. a fratre germano trucidatur 235
Dryander, Franc. Hiſpanus, intimus Melanchthonis amicus 324

E.

Eberhardus Dux Wirtenb. laudatur 14
Ebneri, Hier. Senatoris Norib. encomium 101
Eccius, Io. diſputat Lipſiae cum Caroloſtadio 35. adeſt colloquio Wormat. 187. 192
Eduardi Regis Angliae mors 316
Eraſmus Roterod. 90. obit 161
Erneſtus Palatinus Epiſcopus Naumburg. moritur 197

F.

Faber, Io. reſiſtit puriori religioni 112
Farneſius, Hippol. Cardinalis adeſt in conuentu Ratisb. 212
Ferdinandus Rex Rom. admiratur virtutem Elect. Sax. 249

Flacii, Matth. turbulentum ingenium 274. edit cum Gallo libellos contumelioſos in Melanchth. 279. euocat Mel. ad colloquium 334
Flacianorum calumniae 277. iteratae turbae 356. improbitas 334
Forſterus, Io. hebr. litter. peritiſſimus obit 320
Franciſcus Rex Galliae inuitat Melanchthonem epiſtola ad eum miſſa 151
Fridericus Elect. Palat. ſollicitus eſt de vera religione conſtituenda 223
Fridericus Elect. Sax. vocat Mel. Vitebergam 23. illius mors 99
Fronſpergius, Melch. comes Mel. Noribergam 102
Fuxius, Io. Eques Franconicus 100

G.

Gallia religioni puriori inimica 144. 272
Gallus, Nic homo factioſus, coniungit ſe cum Flacio ad opprimendum Melanchthonem 276. 280
Garbitius, Matth- uir pius & doctus 274
Gelenius, Sigism. inuitatur Noribergam ad operas ſcholaſticas 103
Gelous, Sigism. Pannonicus familiaris Melanchthoni 323
Georgius Princeps Anhaltinus fit adiutor Epiſc. Merſeburg. 216. conuitiis petitur a Flacianis 279. mors illius & encomium 317
Georgii Sax Ducis obitus. 182
Gerbelius, Nic. vir integerrimus moritur 360
Granuellanus, Ant. Praeſul Atrebatenſis 299
Granuellanus, Nicol. Praeſes colloquii Wormat. 186
Gropperus, Io. initio fauet reformationi 201
Grynaeus, Sim. in magno eſt periculo Spirae 112. moritur 196

H.

Hagenoenſis conuentus 185
Heidelbergae litteris incumbit Melanchthon 11. ſtudium huius academiae erga Melanchthonem 92
Heltus, Ge. vir eruditus caelebs moritur 213
Heluetici motus 114
Henningus Goeda, Praepoſitus Viteb. 342
Henrici Regis Angliae diuortium & defectio a Papa 140

Henricus Sax. Dux ſuccedens fratri Georgio euangelium promouet 182
Hermannus, Archiep. Colon. reformationis cupidus 200. inuitat ad hoc inſtitutum Bucerum & Melanchthonem 201. excluditur a Pontif. Rom. communione eccleſiaſtica 235. ab imperatore gubernatione terrarum priuatur 256
Heſſus, Eob inuitatur Noribergam 102. obit 196
Hetus, Nic. Anglus ob eruditionem & humanitatem laudatur 156
Hungarus, Io. magiſter Melanchthonis 6
Huttenus, Vlr. monachos uarie exagitat 19. aduerſus Eraſmum ſcribit & moritur 99

I.

Iena muſarum ſedes erigitur 254. inſolentia & peruerſitas quorundam ibi docentium 255
Interim liber, euulgatur 262. uarii conuentus huius libri cauſa inſtituti, *ibid.*
Interimiſtae & Adiaphoriſtae qui dicti 278
Ioachimus Elect. Brand. conciliare ſtudet Landgrauium Imperatori 246. 251
Iohannes, Elect. Sax. pacis amans 106. inſpici iuſſit ſtatum Eccleſiarum ditionis ſuae *ibid.* moritur 136
Iohannes, fidelis miniſter Melanchthonis 41.
Iohannes Frider. Elect. Sax. fortiſſime dimicans captus eſt 248. obit 326
Ionas, Iuſt. amicus Mel. moritur 342
Irenaeus, Matth. Frid. familiaris Camer. obit 180

L.

Languetus, Hub. Melanchth. familiaris praedicatur 324
Latimer, Io. Anglus octogenarius crematur 331
Lemnius, Sim. libello epigrammatum turbas mouet Vitebergae 178
Lipſiae colloquium habitum 35. oppugnatur 248. academia a Mauritio reſtauratur 257
Ludouicus, Comes Neogardienſis, legatus ad Colloqu. Wormat. 344. laudatur 346
Ludouicus Palatinus obit 204
Luſcinius, Ottm. 91

Lutherus, Mart. adu. indulgentias diſputat 31. ſummo amore complectitur Melanchthonem 32. Lipſiae cnm Eccio diſputat 35. Wormatiae coram proceribus imperii cauſam dicit 44. uxorem ducit 99. Schmalcaldiae in grauem morbum incidit 166. in patriam proficiſcens moritur 228. quousque trahenda ſit eius auctoritas 229

M.

Magdeburgi obſidio 273. ciues imperii hoſtes declarantur 276. Flacius & Gallus ibi conſederant & in Melanchth. contumelioſos libros edunt 279. occupatur a Mauritio Elect. Sax. 304

Maria, Brittanniae regina, ſtatum eccleſ. mutat 318

Marpurgenſis conuentus 117

Mauritius Sax. Dux adipiſcitur Electoratum 257. Acad. Lipſ. & Vitebergenſem reſtaurat 257. protegit Melanchthonem 268. eius ſolicitudo circa librum Interim 282. ad liberandum Landgrauium aggreditur Imperatorem 307. Pax inter eum & Caeſarem ſancitur 309. virtus in eo animoſa 315. vulneratus in proelio uictor moritur, *ibid.*

Maximilianus Imper. cum Italo ſingulari certamine congreditur 3. conuentum agit Auguſtae Vind. 23

Mechlinium pulueribus ictu fulminis incenſis vaſtatur 237

Medmannus, Petr. 262

Melanchthon, Philippus, patria Bretta-Palatinus 1. eius parentes 2. praeceptores in ſchola Brettana & Phorcenſi 6. indoles & ingenium 7. pronunciatio nonnihil balbutiens 8. Reuchlinus in ſtudia eius ſaepius inquirit et eum ſummopere diligit 9. 10. magiſtri eius in Academia Heidelbergenſi 12. & Tubingenſi 15. fit Bacularius 13. Magiſter artium 16. Naucleri Chronicon correctum & auctum edit 17. Reuchlinum adiuuat & defendit adu. Monachos 18. Profeſſor Vitebergenſis conſtituitur 24. cum Luthero intima amicitia 31. adfuit colloquio Lipſienſi 35. uxorem ducit 38. domeſticae uitae ratio 40. diſputat cum Anabaptiſtis 49. aſſiduitas & ſtudium in docendo 54. habitus corporis & animi 55. inſomnia laborat 56. a medicinis abhorret 57. comitas in eo ſuauis 60. diſputator egregius 61. ſcripta publica Acad. ſolus componebat 63. calculo grauiter laborat 66. magnificos apparatus epulorum deteſtatur 67. eius

eius ueſtitus 68. linguae hebr. cognitio 70. mathematices 71. quam orationis & eloquentiae rationem tenuerit 73. facultas diuinandi & praeſagiendi 76. excolit ſtudium Phyſices & Medicinae 77. Aſtronomiae & Chiromantices 78. abhorret a rixis & contentionibus 80. conſtans cum Camerario amicitia 84. proficiſcitur cum eo in patriam 88. in hoc itinere colloquitur cum Nauſea 93. cum Philippo Landgrauio 94. Noribergam ad conſtituendam ſcholam accerſitur 100. uiſitat Eccleſias Sax. & libellum doctrinae ſummam continentem componit 107. matrem amittit 109. ad conuentum Spirenſem proficiſcitur 109. ad Marpurgenſem 117. ad Auguſtana comitia 119. ſtudium eius in conficienda confeſſione fidei 120. lenitas & timiditas a multis iniuſte reprehenditur 121. Apologia A. C. ab eo ſcripta 131. inuitatur Tubingam 141. Rex Galliae ad congreſſum litteris ad eum miſſis inuitat 144. Voraeus idem urget ut ſecum in Galliam proficiſcatur 148. conſilium itineris Gallici abiicit 152. in patriam & Tubingam ad ordinandas res academicas abit 158. de ſcalis lapſus os ſacrum grauiter affligit 161. conſilium eius de Cancellariatu Tubingenſi 162. euocatur ad conuentum Schmalcaldenſem 165. calumniis maleuolorum uexatur 168. in Brittanniam inuitatur 175. Lemnii epigrammata multum moleſtiae ei creant 178. euis iter ad conuent. Francofurt. 181. conſulitur de reſtauranda Acad. Lipſica 184. Hagenoam proficiſcens in grauiſſimum morbum incidit Vinariae 185. intereſt Colloquio Wormatienſi 186. ad comitia Ratisb. proficiſcens curru deiectus manum grauiter affligit 194. in Galliam iterum inuitatur 196. ab Archiep. Colon. expetitur ad reform. Eccleſias 201. diſſenſio inter eum & generum Sabinum 206. filia eius Anna Sabini vxor moritur 209. 266. Lutherus contra eum concitatus 210. teſtimonium ordinationis Georgii Anhalt. ab eo confectum 219. intereſſe debebat conuentui Ratisb. ſed ſuaſu maleuolorum hoc iter intermiſſum 221. comitatur Lutherum in patriam abeuntem 228. mors Lutheri Melanchthoni perquam luctuoſa 229. dolor eius ingens tempore belli 234. liber eius de eccleſiae auctoritate uarie exceptus 237. eius conſilium de modis reſtinguendi bellum 247. Serueſtae tempore belli commoratur 250. Vitebergam redit ibique manere ſecum conſtituit 254. 257. in odium Imperatoris & uitae diſcrimen incurrit 264. 267. Mauritius El. Sax. eum tuetur 268. Flacium omni humanitate

nitate complectitur 275. multum patitur a grege Flacianorum 278. eius nomen & doctrina multorum obtrectationibus petitur 284. Oſiander eum contumeliis appetit 285. ſcribit repetitionem Aug. Conf. 296. ad Trident. ſynodum mittitur 304. ſed Norimbergae permanet 306. accedit ad conuentum Numburgenſem 320. familiaritas eius cum externis hominibus 323. Noribergam ad dirimendas Oſiandricas controuerſias proficiſcitur 332. adeſt colloquio Wormat. cuius progreſſionem turbant Flaciani 342. accerſitur ab Electore Palat. Heidelbergam 349. abſens domo amittit uxorem 350. reſpondet criminationibus Staphyli & Auii 354. placida eius & beata mors 360. 386. controuerſiae de S. Coena & iudicium eius 365. aduerſariorum Mel. peruerſitas improbitas, temeritas 368. 374. 376. laus eius & praeclare, geſtorum ſumma 390.

Menii, Iuſti, varia fortuna & mors 354

Merſeburgenſis Epiſcop. adminiſtratio committitur Auguſto Duci Sax. 216

Michael, comes Wertheimenſis, laudatur 241. moritur 244

Micyllus, Iac. 349

Milichius, Iac. 358

Monnerus, Baſil. 348

Montanus, Io. 243

Moronus, Io. & Hieron. 328

Morus, Thom. capite plectitur 143

Moſellanus, Petr. 26. 89

Mulbergi Elect. Sax. Io. Frid. victus captusque eſt 248

Munſterer, Sebald. 44. obit 183

N.

Naopurgi conuentus ob rixas Pruſſiacas 320

Naucleri, Io. chronicon a Melanchthone auctum editur 17

Nauſea, Frid. colloquitur cum Mel. 93

Neſenus, Guil. iuuenis doctus 88. moritur miſero modo 95

No-

Norimbergae ludus litterarius conſtituitur 100. pax religionis ibi conditur 136. peſtis & clades ſcholae 139. Carolus Imp. vrbem ingreditur victor cum omnibus copiis 252. grauiter affligitur ab Alberto Brandenb. 313. motus Oſiandrici 332

Nucelius, Caſp. Senator Norib. 101

Numburgenſis Epiſcopus deſignatur Iulius Pflug 197

O.

Oecolampadius, Io. 113

Oſiander, Andr. hebr. litteras profitetur Noribergae 285. praeficitur habendis concionibus in aede Laurentiana *ibid.* relinquit vrbem & confert ſe in Pruſſiam 286. turbat eccleſ. doctrinam, *ibid.*

Otho Henricus, Elect. Palat. 349

P.

Packianum foedus 106

Paetus, Ge. Vorchemius 37

Pamgertnerus vide Baumgaertnerus.

Peucerus, Caſp. gener Melanchthonis 351

Pflugius, Iulius, inuito Electore Sax. deſignatur Epiſcopus Numburg. 197. eius encomium 198

Philippi, Landgrauii Haſſiae, colloquium cum Melanchthone 94. illius conſilio inſtituitur conuentus Marpurgi 117. diſſidium Eccleſiarum Saxon. et Heluet. componere ſtudet 142. reſtituit Vlricum Duc. Wirteb. in ditionem terrae ſuae 141. Francofurti ad M. in morbum incidit 182. Imperatoris fidei ſe committens in cuſtodiam datur parumque humaniter tractatur 251

Phorcenſis ſchola a Melanchth. frequentata eſt per duos annos 8.11

Pirkheimerus, Bilib. Senator Norib. eruditione clarus 25

Polus, Reginaldus, Cardinalis, 223

Proteſtantium nomen unde 115

R.

Ratisbonenſis conuentus a. 1541. p. 193. a. 1546. p. 221. diſſoluitur indignante Imperatore 232

Reales inter & Nominales Philoſophos diſſenſio 22

Reinbold, Eraſm. Mathematicus obit 316

Reuchlinus, Io. ſummo amore complectitur Melanchthonem 9. nomen Schwarzerd mutat in Melanchthon 10. adiuuatur & vindicatur ab Hutteno & Melanchthone adu. monachos 18. commendat Mel. Friderico Elect. Sax. ad profeſſionem Viteb. 24

Reuterus, Io. praefectus oppidi Brettae, auus paternus Mel. 2

Rochlitii capitur Albertus Brandenb. 248

Rotingius, Mich. uocatur Noribergam 103

Rubianus, Crotus, amicus Hutteni 89

Rungius, Iac. Pomeranus, cum Mel. Noribergam iter facit 332

Ruſticorum ſeditiones 98

S.

Sabinus, Georg. Annam, Melanchthonis filiam, uxorem ducit 207. demigratio in Boruſſiam ſocero ingrata 258. eius vxor moritur 266. relinquit Boruſſiam 319

Sadoleti, Iac. Cardinalis, epiſtola ad Melanchthonem 169

Schmalcaldienſis conuentus a. 1537. inſtituti acta 165

Schnepfius, Erh. 256

Schonerus, Io. Mathematicus Norib. 103

Siccingenſis, Franc. 90

Sidoniſus, Mich. varia fortuna vſus eſt 217. 345

Silberbornerus, Io. comitatur Mel. in patriam proficiſcentem 88

Simlerus, Io. Magiſter ſcholae Phorcenſis 8

Sittardus, Cornel. Medicus Norib. moritur 211

Sleidanus, Io. interfuit conuentui Naumburgenſi 321

Soci-

Socinus, Laelius, Melanchthonis videndi gratia patriam reliquit 323
Socinus, Marianus, Ictus celeberrimus, 323
Spalatinus, Ge. peculiaris ſacerdos Elect. Sax. 57
Spangelius, Pallas, Theologus Heidelbergenſis 12
Spenglerus, Lazarus, Syndicus Norib. 101
Spiera, Franc. Italus deſperans obiit 269
Spirenſis conuentus a. 1529. 109. 114.
Stadianus, Franc. 15
Staphylus, Frid. olim diſcipulus & amicus Mel. poſt inimicus uehementiſſimus 127. 346. 353
Stibarus, Dan. Canonicus Herbipolenſis laudatur 249. moritur 330
Stigelii, Io. elogium 255
Stoefflerus, Io. 15
Stuebnerus, Marcus, Anabaptiſta 47
Sturciades, Ge. Medicus inſignis 97. 166. 185
Sturmii, Iac. elogium 317
Sturmius, Io. 146
Sueofurtum inflammatum 322

T.

Tezelius, Io. indulgentias circumfert uenales 31
Theodoricus, Vitus, concionator Norib. 252
Tridentina Synodus 293. litterae Mauritii Elect. Sax. ad eam 304
Tubingae litteris incumbit Melanchthon 13. huius academiæ reſtauratio 141. controuerſia ibi orta ob Cancellarium 161. incendium ibi ortum foedam ſtragem dedit 186

V.

Veterator nuncupatur Melanchthon ab Heshuſio 87. 375
Vienna oppugnata a Turcis 118

Viſi-

Viſitatio Eccleſiarum Saxonicarum 106
Vitebergam vocatur Melanchthon 23
Vlrici Ducis Wirtemb. reſtitutio in terras ſuas 141
Voraeus, Barnab. 148

W.

Wirtenbergenſes Theologi nimis molles in diiudicanda cauſa Oſiandri 319
Wormatienſia comitia a. 1521. 44. colloquium 1540. 86. conuentus a. 1545. 212. colloquium a. 1557. 342
Wurceburgenſes agri deuaſtantur per Albertum Brandenb. 313

Z.

Zieglerus, Bernh. 70. 311
Zutphanienſis, Henr. martyrium 97

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410

Digitized by Google

Digitized by Google